Videt q̄ amor nō sit in ꝙcupiscibili. dr. n. Sap. viij. Hanc sz sapiaz amaui ꝛ exquisiui a iuuētute mea. ſz ꝙcupiscibilis cū sit ꝑs appetitus sensitiui nō pōt tēdere in sapiaz q̄ nō ꝓpr̄hendit sensu. g̃ amor ñ ē in ꝙcupiscibili. Dre. amor videt esse idē cuilibet passioni. Dic̄. n. Aug⁹. in. xiij. de ci. dei. Amor inhiās hīte q̄d amat cupiditas ē id aūt bñs. cogit fruēs leticia. ꝛ fugiēs q̄d ei aduersat ñor ē. idq̄ si acciderit sentiēs tristicia ē. ſz nō oīs passio ē in ꝙcupiscibili. ſz ñor etiā hic enūerat⁹ ē in irascibili. g̃ nō ē simpl⁹r dd. q̄ amor sit in ꝙcupiscibili. Dre. Diony. i. iij. c. de di. no. ponit quēdā amorē naturalē. ſz amor naturalis magis videt pertinere ad vires naturales q̄ sunt aīe vegetabil⁹. g̃ amor nō simpl⁹r ē in ꝙcupiscibili. Sz ꝙ q̄d ꝑbs dic̄ in. q̄. topico. q̄ amor ē in ꝙcupiscibili. Rñ. dd. q̄ amor ē aliq̄. ad appetitum p̄tinens cum vtriusq̄ obiectum sit bonū. vñ ſm differentiam appetitus ē dīa amoris. est. n. q̄dam appetitus nō consequēs apprehensionem ip̄ius appetētis sed alterius. ꝛ hmōi dr appetitus naturalis. res. n. naturales appetunt quod eis conuenit ſm suam naturam. nō per apprehensionem ꝓpriam. sed p̄ apprehensionem insistentis naturam. vt in primo libro dictum est. Alius autem est appetitus consequens apprehensionem ip̄ius appetentis. sed ex necessitate non ex iudicio libero. ꝛ talis est appetitus sensitiuus in brutis. qui tamen in hominibus aliquid libertatis p̄ticipat inquantum obedit rōni. Alius autem est appetitus consequens apprehensionem appetentis ſm liberum iudicium. ꝛ talis est appetitus rōnal⁹ siue intellectiuus qui dr voluntas. In vnoquoq̄ autem hr̄ appetituum amor dr illud quod est principium motus tendentis in finem amatum. In appetitu autem naturali principium hmōi motus est connaturalitas appetētis ad id in quod tendit. que dici potest amor naturalis. sicut ipsa connaturalitas corporis grauis ad locum medium dr per grauitatem. ꝛ potest dici amor naturalis. ꝛ similiter coaptatio appetitus sensitiui vel voluntatis ad aliquod bonum. id est. ipa complacentia boni dicitur amor sensituus vel intellectiuus seu rationalis. Amor igitur sensituus est in appetitu sensitiuo. sicut amor intellectiuus in intellectiuo appetitu. ꝛ pertinet ad concupiscibilem. quia dicitur per respectum ad bonum absolute. non per respectum ad arduum. quod est obiectum irascibilis. Ad primum ergo dicendum q̄ auctoritas illa loquitur de amore intellectiuo vel rationali. Ad secundum dicendum q̄ amor dicitur esse timor. gaudium. cupiditas. ꝛ tristicia. non quidem essentialiter sed causaliter. Ad tertium dicendum. q̄ amor naturalis non solum ē in viribus aīe vegetatiue. sed in oībus potētijs aīe. ꝛ etiam in

ōmnibꝫ ptibꝫ corpis. ⁊ vlt in oībꝫ rebꝫ. qz vt Diony. dic̄ in .iiij.c. de di.no. Oībꝫ ē pulchꝝ ⁊ bonū amabile cū vnaq; qꝫ res habeat connaturalitatem ad id quod est sibi conue niens ſm suam naturam.

Ad scm sic procedit.

Videt̄ q amor nō sit passio. Nulla.n. vt⁹ passio ē. Iz oīs amor ē vtus q̄dā. vt dic̄ Diony. .iiij.c. de di.no. g̃ amor nō ē passio. Pre. amor ē vnio q̄dā vel nexus ſm Aug⁹. in li. de tri. Iz vnio vel nexus nō ē passio. Iz magis relatio. ergo amor nō ē passio. Pre. Damas. dic̄ in li.ij. q passio ē motus quidā. amor aūt nō importat motū appetitus q̄ ē desideriū. Iz principiū hmōi motus. ergo amor non est passio. Sz ꝓ ē qđ pbs dic̄ in. viij. ethi. q amor ē pas sio. Rn. dd. q passio ē effectus agētis in patiēte. agēs aūt naturale duplicē effectū inducit in patiēs. Nā primo quidē dat formā. scđo dat motū ꝙsequentē formā. sic ge nerās dat corpi grauitatē ⁊ motū ꝙsitē ipam. ⁊ ipa grauitas q̄ē principiū motus ad locū ꝙnaturalē. ꝓpter grauita tē pōt q̄dāmō dici amor natural. sic etiam i ꝑm appetibile dat appetitui primo quidē quandā coaptationē ad ipm q̄ est q̄dā complacētia appetibil' ex q̄ sequit̄ motus ad appe tibile. nā appetitiuus motus circulo agit̄. vt dr̄ .i.ij. d aīa appetibile. n. mouet appetitū faciēs q̄dāmō in eius intētio nem. ⁊ appetitus tēdit in appetibile realiter ꝙsequendum vt sit ibi finis mot⁹ vbi fuit principiū. Prima ergo īmu tatio appetitus ab appetibili vocat̄ amor. qui nihil ē aliud q̄z complacētia appetibil'. ⁊ ex hac complacētia sequit̄ mo tus in appetibile. qui est desideriū. ⁊ vltimo quies que ē gaudiū. Sic ergo cū amor ꝙsistat in q̄dā immutatōe appe titus ab appetibili. manifestū ē q amor ē passio. ꝓprie qui dem ſm q ē in ꝙcupiscibili. cōiter aūt ⁊ extēso nōie ſm q ē in voluntate. Ad .i. ergo dd. q qz vtus significat pri cipiū motus vel actōis. ideo amor inq̄tum ē principium appentiui motus a Dionysio vocat̄ vtus. Ad .ij. dd. q vnio ptinet ad amorē inq̄tū p complacentiā appetit⁹ amās se hz ad id qđ amat. sicut ad sei ꝑm vel ad aliq̄d sui. ⁊ sic pz q amor nō ē ipa relatio vnionis. Iz vnio est ꝙsis amorē. vel ⁊ Diony. dic̄ q amor ē vtus vnitiua. Et pbs dicit in. ij. polince. q vnio ē opus amoris. Ad .iij. dd. q amor ⁊ si nō noiet motū appetitus tendentē in appenbile noīat tn̄ motum appetitus quo immutat̄ ab appetibili vt ei appetibile complaceat.

Ad tertium sic procedit

Videt̄ q amor sit idē qđ dilectio. Diony. n. .x.c. d di.no. dic̄ q hoc mō se hūt amor ⁊ dilectio sic̄ ⁊truor ⁊ bis duo rectilineū ⁊ rectas hns lineas. Iz ista significāt idem. ergo amor ⁊ dilectio significāt idē. Pre. appetitiua mot⁹ ſm oba differūt. Iz idē est obiectū dilectōis ⁊ amoris. g̃ sunt idē. Pre. si dilectio ⁊ amor in aliq̄ differūt. maxīe in hoc differre vident̄ q dilectio sit in bono accipiēda. amor aūt in malo. vt quidā dixerūt. ſm q Aug⁹. narrat in .xiij. d ci ui. dei. Iz hoc mō nō differūt. qz vt ibidē Aug⁹. dic̄. In sa cris scripturis vtrūq; accipit̄ in bono ⁊ in malo. g⁹ amor ⁊ dilectio nō differūt sic̄ ipe Aug⁹. ibidē ꝙcludit. q non ē aliud amorē dicere ⁊ aliud dilectionē dicere. Sz ꝓ est qđ Diony. dicit. iij. c. de di.no. q q̄busdā scōz visum est diuinius esse nomē amoris q̄z nomē dilectōis. Rn. dd q ⁊truor notia inueniunt̄ ad idē q̄dāmō ptinētia. s. amor dilectio. charitas. ⁊ amicitia. differūt tn̄ in hoc q amicitia ſm pbm in. viij. ethi. est q̄ habitus. amor aūt ⁊ dilectio si gnificant̄ p modū actus vel passionis. charitas āt vtroq; mō accipi pōt. differenter tn̄ significat̄ actus per ista tria. Nā amor cōmunius inter ea ē. oīs. n. amor dilectio ē vel charitas. Iz nō ecōuerso. addit. n. dilectio sup amorē elec tionē ꝓcedentē vt ipm nomē sonat. vñ dilectio nō est in cōcupiscibili Iz in voluntate tm̄. ⁊ ē in sola rōnali natura. charitas aūt addit sup amorē pfectionē quandā amoris inq̄tum id qđ amat̄ magni pciī extimat̄. vt ipm nomen designat. Ad .i. ergo dd. q Diony. loquit̄ de amore ⁊ dilectōe ſm q sunt in appetitu intellectiuo. sic. n. amor id ē qđ dilectio. Ad .ij. dd. q obiectū amoris ē cōmunius q̄z obiectū dilectōis. qz ad plura se extendit amor. q̄z dile ctio. sicut dictum est. Ad .iij. dd. q nō differūt amor ⁊ dilectio ſm dr̄iaz boni ⁊ mali. Iz sic dictū est. in pte tn̄ in tellectiua idem ē amor ⁊ dilectio. ⁊ sic loquit̄ ibi Aug⁹. de amore. vñ paz post subdit q recta volūtas est amor bon⁹ ⁊ q̄ puersa volūtas ē malus amor. Quia tn̄ amor qui ē passio concupiscibil' plurimos inclinat ad malū. inde ha buerunt occasionem qui ꝓdictā dr̄iaz assignauerunt.

Ad .iij. dd. q ideo aliqui posuerunt etiā in ipa voluntate nomē amoris esse diuinius noīe dilectōis. qz amor im por tat quādam passionem p̄cipue ſm q est in appetitu sensi tiuo. dilectio autē ꝑsupponit iudiciū rōnis. magis autem in deum homo pōt tendere per amorē passiue q̄dāmō ab ipo deo attractus q̄z ad hoc eum ꝓpria rō possit ducere. qđ ptinet ad rōnem dilectionis vt dictum est. ⁊ ꝓpter hoc di uinius est amor q̄z dilectio.

Ad quartum sic procedit

Videt̄ q amor incōueniēter diuidat̄ in amorē amicitie ⁊ ꝙcupie. Amor. n. ē passio. amicitia vero ē habitus vt dicit pbs in. viij. ethi. sed habitus non pōt esse ps diuisiua pas sionis. ergo amor nō inconueniēter diuidit̄ p amorē con cupiscentie ⁊ amorem amicitie. Pre. nihil diuidit̄ p id quod ei connūerat̄. nō. n. homo ꝙnūerat̄ aīali. sed ꝙcupia ꝙnūerat̄ amori sicut alia passio ab amore. ergo amor non pōt diuidi p ꝙcupiaz. Pre. ſm pbm in. viij. ethi. tripler est amicitia. vtilis. delectabil'. ⁊ honesta. sed amicitia vtil' ⁊ delectabil' hz ꝙcupiaz. ergo concupiscentia non debet di uidi contra amicitiam. Sed contra. quedam dicimur amare. quia ea concupiscimus sicut dr̄ aliquis amare vi num ꝓpter dulce quod in eo concupiscit. vt dr̄ in .viij. topi. sed ad vinum ⁊ ad hmōi nō habemus amicitiam. vt dr̄ in viij. ethi. ergo alius est amor concupiscentie. ⁊ alius amor amicitie. Rn. dd. q sicut pbs dicit in .ij. rhetor. Amare est velle alicui bonū. Sic ergo motus amoris in duo ten dit. s. in bonū qđ quis vult alicui vel sibi. vel alij. ⁊ in il lud cui vult bonū. ad illud ergo bonū qđ quis vult alte ri habet̄ amor ꝙcupie. ad illud aūt cui aliquis vult bonū habet̄ amor amicitie. hec aūt diuisio ē ſm prius ⁊ posteri⁹ Nā id qđ amat̄ amore amicitie simplr̄ ⁊ p se amat̄. quod aūt amat̄ amore ꝙcupie nō simplr̄ ⁊ ſm se amat̄. Iz ama tur alteri. Sicut. n. ens p se simplr̄ est qđ hz esse. ens aūt ſm quid ē qđ ē in alio. ita ⁊ bonū qđ ꝙuenit̄ cū ente. sim pliciter q̄dem ē qđ ipaz hz bonitatē. qđ aūt est bonū alte rius ē bonū ſm q̄d. ⁊ ꝓpōs amor q̄ amat̄ aliq̄d vt ei sit bo nū est amor simplr̄. amor aūt q̄ amat aliq̄d vt sit bonū alte rius. ē amor ſm q̄d. Ad .i. ergo dd. q amor nō diuidit̄ p amicitiā ⁊ ꝙcupiaz. Iz p amorē amicitie ⁊ ꝙcupie. nā il le ꝓpr̄ amic⁹ cui aliq̄d bonū volum⁹. illd aūt dicim⁹ cō cupiscere qđ volum⁹ nobis. Et p hoc pz solutio ad .ij. Ad .iij. dd. q in amicitia vtil' ⁊ delectabil' vult q̄dē aliq̄s

aliquod bonū amico. ⁊ q̄ꝫtū ad hoc saluaf ibi rō amicitie. Sz q̄ illud bonū refert vlterius ad suā delectatōez ⁊ vtilitatē. inde ē q̄ amicitia vtilis ⁊ delectabilis inq̄ꝫtū trahitur ad amorē ꝓcupiscentie deficit a rōne vere amicitie.

Questio. XXVII.

Deinde ꝓsiderandū

est de cā amoris. Et circa hoc querunf q̄tuor. Primo vtruz bonū sit sola cā amoris. Scdo vtr̄ ognitio sit sola cā amoris. Tertio vtr̄. silitudo. Quarto vtr̄ aliqua alia anime passionum

Ad primū sic proceditur

Videf q̄ nō solū bonū sit cā amoris. Bonum. n. non ē cā amoris nisi q̄ amaf. sz ꝓtingit etiā malū amari. fm illud ps. Qui diligit iniquitatē odit aiaz suā. alioq̄n oīs amor eet bonus. g̃ nō solū bonū ē cā amoris. Pre. pbs dicit in. ij. etbi. q̄ eos q̄ mala sua dicūt amam⁹. g̃ videf q̄ malū sit cā amoris. Pre. Diony. dic. viij. ca. de di. no. q̄ nō solū bonū sz etiā pulchr̄ ē oībus amabile. Sz contra ē qđ Aug⁹. dicit. viij. de tri. Nō amaf certe nisi bonū solū. g̃ bonū est cā amoris. Rn. dd. q̄ sicut supꝰ dictū ē. amor ad appetitiuā potētiā ptinet q̄ est vis passiua: vñ obiectū eius ꝓpaf ad ipaz sic cā motus vel actus ipius. oz igif vt illud sit ꝓprie cā amoris qđ ē amoris obiectū. amoris aūt ꝓprium obiectū est bonū. q̄ vt dictū ē amor importat q̄daz ꝓnaturalitatē vel ꝓplacētiā amātis ad amatū. vnicuiq̄ aūt ē bonū id qđ est sibi ꝓnaturale ⁊ ꝓportionatū. vñ relinq̄f q̄ bonū sit ꝓpria cā amoris. Ad. i. g̃ dd. q̄ malū nunq̄ amaf nisi sub rōe boni. s. inq̄ꝫtū est fm q̄d bonū. ⁊ apprehendif vt simplr bonū. ⁊ sic aliqnis amor ē malus inq̄ꝫtū tēdit in id qđ nō est simplr vr̄ bonū. ⁊ p hunc modū bō diligit iniq̄tatē. inq̄ꝫtū p iniquitatē adipiscif aliqđ bonū. puta delectatōez vel pecuniā vel aliquid hmōi. Ad. ij. dd. q̄ illi qui mala sua dicūt nō ꝓpter mala amant sz ꝓpter hoc q̄ dicūt mala. hoc. n. qđ ē dicere mala sua hz rōnē boni inq̄ꝫtū excludit fictōez seu silatōez. Ad. iij. dd. q̄ pulchr̄ ē idē bono sola ratōne differēs. cū. n. bonū sit qđ oīa appetūt. de rōe boni est q̄ in eo quietef appetitus. sed ad rōnē pulchri ptinet q̄ in eius aspectu seu cognitōe q̄ietef appetitus. vñ ⁊ illi sensus pcipue respiciūt pulchr̄ q̄ maxīe cognoscitiui sunt. s. visus ⁊ auditus rōi deseruientes dicimus. n. pulchra visibilia. ⁊ pulchros sonos. in sensibilibus aūt alioꝝ sensuū nō vtimur nomīe pulchritudinis. nō. n. dicimus pulchros sapores aut odores. Et sic pz q̄ pulchr̄ addit supꝰ bonū quendā ordinē ad vim cognoscitiuam. ita q̄ bonū dicat id qđ simplr ꝓplacet appetitui. pulchr̄ aūt dicat id cuius ipa apprehensio placet.

Ad scdm sic proceditur.

Videf q̄ cognitio nō sit cā amoris. q̄. n. aliq̄d q̄rat hoc cōtingit ex amore. sz aliq̄ q̄runf q̄ nesciunf. sicut scīe. cū. n. in his idē sit eas habere qđ eas noscere. vt Aug⁹. dicit in li. lxxxiij. q. Si cognoscerenf haberenf ⁊ nō q̄rerenf. g̃ cognitio nō. ē cā amoris. Pre. eiusdē rōis videf eē q̄ aliquid incognitū amef. ⁊ q̄ aliq̄d amef plus q̄ꝫ cognoscaf sz aliq̄ amanf plus q̄ꝫ cognoscanf. sicut ds qui in hac vita pōt p seipm amari. nō aūt p seipm cognosci. g̃ cognitō nō est cā amoris. Pre. Si cognitio eet cā amoris nō posset inueniri amor vbi nō ē cognitio. sz in oībus rebus inuenif amor. vt dic Diony. in. iiij. c. de di. no. nō aūt in oībus inuenif cognitio. g̃ cognitio nō est cā amoris. Sz ꝰ ē qđ

Aug⁹. phat in. x. de tri. q̄ nullus pōt amare aliq̄d incognitū. Rn. dd. q̄ sic dictū ē bonū ē cā amoris p modum obiecti. bonū aūt nō ē obm appetit⁹. nisi put ē apꝓbē̄sum ⁊ ideo amor requirit aliquā apprehensionē boni qđ amaf. ⁊ ꝓpter hoc pbs dicit. viij. etbi. q̄ visio corpalis ē ꝓncipium amoris sensitiui. ⁊ silr prēplatio spūalis pulchritudinis vel bonitatis ē principiū amoris spūalis. sic igif cognitio est cā amoris ea rōe q̄ ⁊ bonū. qđ nō pōt amari nisi cognitum. Ad. i. g̃ dd. q̄ ille qui q̄rit sciaz non oīo ignorat eā. sed fm aliquid eā ꝓcognoscit vel in vli. vel in aliq̄ eius effectu. vel p hoc q̄ audit eā laudari. vt Aug⁹. dicit in. x. de tri. sic aūt eā cognoscere nō est eā habere. sz cognoscere eā pfecte. Ad. ij. dd. q̄ aliquid requirif ad pfectōem cognitionis qđ nō requirif ad pfectōez amoris. Cognitio. n. ad rōnē ptinet cuius ē distinguere inter ea q̄ fm rē sunt piuncta. ⁊ ꝓponere q̄dāmō ea q̄ sunt diuersa vnum alteri compando. ⁊ iō ad pfectōez cognitōis requirif q̄ hō cognoscat sigillatim q̄cq̄d est in re. sic ptes ⁊ vtutes ⁊ ꝓprietates. sz amor ē in vi appetitiua q̄ respicit rē fm q̄ in se est Vñ ad pfectōez amoris sufficit q̄ res put in se apprehendif amef. ob hoc g̃ ꝓtingit q̄ aliquid plus amaf q̄ꝫ cognoscaf. q̄ pōt pfecte amari. etiā si nō pfecte cognoscaf. sicut maxīe pz in sciētijs q̄s aliqui amāt ꝓpter aliquā summariā cognitōez quā de eis hīt. puta q̄ sciāt rhetoricā eē sciaz p quā hō pōt psuadere. ⁊ hoc in rhetorica amāt. Et silr rē dd. circa amorē dei. Ad. iij. dd. q̄ etiā amor naturalis qui ē in oīb⁹ rebus causaf ex aliq̄ cognitōe. nō quidē in ipis rebus naturalibus existente. sed in eo qui naturam in stituit. vt supra dictum est.

Ad tertium sic proceditf

Videf q̄ silitudo nō est cā amoris. idē. n. nō ē cā ꝰrioꝝ. sz silitudo est cā odij. dr. n. Prouerbi. viij. q̄ inter supbos sp sunt iurgia. Et pbs dicit in. viij. etbi. q̄ figuli corrixantur ad inuicē. g̃ silitudo nō est cā amoris. Pre. Aug⁹. dicit in. iiij. ꝓfes. q̄ aliquis amat in alio qđ ee nō vellet. sicut hō amat bystrionē qui nō vellet esse bystrio. hoc aūt nō ꝓtingeret si silitudo esset ꝓpria cā amoris. sic. n. hō amaret in altero qđ ipe haberet vel vellet habere. g̃ silitudo nō est cā amoris. Pre. Quilibet hō amat id q̄ indiget. etiā si illud nō habeat. sicut infirmus sanitatē. ⁊ pauꝑ diuitias. sz inq̄ꝫtum indiget ⁊ caret eis hz dissilitudinē ad ipa. g̃ non solū silitudo sz dissilitudo est cā amoris. Pre. pbs dic in. ij. rhetori. q̄ bōficos in ꝓsperitate ⁊ salutē amamus. ⁊ silr eos qui circa mortuos seruāt amicitiā oēs diligūt. nō aūt oēs sunt tales. g̃ silitudo nō est cā amoris. Sed ꝰ est qđ dr Eccl. xiij. Omne aīal diligit sile sibi. Rn. dd q̄ silitudo ꝓprie loquēdo est cā amoris. sz ꝓsiderandū est q̄ silitudo inter aliq̄ pōt attēdi dupliciter. Uno mō ex hoc q̄ vtrūq̄z hz idē in actu. sic duo hītes albedinē dicunf sile. Alio mō ex hoc q̄ vnū hz in potētia ⁊ in q̄dā inclinatōne illud qđ aliud hz in actu. sic si dicamus q̄ corpus graue extīs extra suū locū hz silitudinē cū corpe graui in suo loco exīti. vel etiā fm q̄ potēna hz silitudinē ad actū ipm. nā in ipa potentia q̄dāmō est actus. Primus g̃ silitudis modus causat amorē amicitie seu beniuolētie. ex hoc. n. q̄ aliqui duo sunt sile q̄i hītes vnā formā. sunt q̄dammō vnū in forma illa. sicut duo homines sunt vnū in spē hūanitatis. ⁊ duo albi in albedine. ⁊ ideo affectus vnus tendit in alterū. sicut in vnū sibi. ⁊ vult ei bonum sicut ⁊ sibi. sed scdus modus silitudinis causat amorē ꝓcupie vel amicitiā vtilis seu delectabilis. q̄ vnicuiq̄ exīti in potētia inq̄ꝫtum

bmõi ineſt appetitus ſui actus. ⁊ in eius ꝓsecutõe delectat̃ ſi ſit ſentiẽs ⁊ cognoſcẽs. Dictũ ẽ aũt ſup̃ q̃ in amore cõcupiſcẽtie amãs ꝑprie amat ſeip̃m cũ vult illud bonũ qđ ꝓcupiſcit. magis aũt vnuſquiſq; ſeip̃m amat q̃ aliũ. qz ſibi vnus eſt in ſubſtantia. alteri vero in ſimilitudine alicuius forme. ⁊ ideo ſi ex eo qui eſt ſibi ſil̃is in ꝓncipatõne forme impediat̃ ipemet a ꝓſecutõe boni quod amat efficit̃ ei odioſus. nõ inq̃tum eſt ſimilis ſed inq̃tum eſt ꝑticeps boni impediti ꝓprii. ⁊ ꝓpter hoc figuli contendunt̃ ad inuicem. quia ſe inuicem impediũt in ꝑticeps lucro. ⁊ inter ſuperbos ſunt iurgia. qz ſe inuicẽ impediũt in ꝑticeps excellentia quã ꝓcupiſcunt. Et p̃ hoc ꝑz ꝓbl̃o ad. i. ¶ Ad. ij. dđ. q̃ in hoc etiã q̃ aliquis in altero amat quod in ſe amat. inuenitur bonum ſil̃itudinis ſm̃ ꝓportionabilitatẽ. nam ſicut ſe hz alius ad hoc qđ in alio amat̃. ita ipe ſe hz ad hoc qđ in ſe amat. puta ſi bonus cãtor bonum amet ſcriptorẽ. attendit ibi ſil̃itudo ꝓportionis ſm̃ q̃ vterq; hz qđ ꝓuenit ei ſm̃ ſuam artem. ¶ Ad. iij. dđ. q̃ ille qui amat hoc quo indiget hz ſil̃itudinem ad id quod amat. ſicut quod eſt potentia ad actum. vt dictũ eſt. ¶ Ad. iiij. dđ. q̃ ſm̃ eandem ſil̃itudinem potentie ad actũ ille qui nõ eſt liberal̃ amat eum qui eſt liberalis inq̃tum expectat ab eo aliquid qđ deſiderat. ⁊ eadẽ rõ eſt de ꝑſeuerãte in amicitia ad eũ qui nõ ꝑſeuerat. vtrobiq; n. videt̃ eſſe amicitia ꝓpter vtilitatẽ ¶ Vel dđ. q̃ hz nõ omnes homines habeãt hmõi virtutes ſm̃ habitũ completũ. hñt tñ eas ſm̃ q̃dam ſeminalia rõnis. ſm̃ que qui nõ habet virtutem diligit virtuoſum tanq̃ ſue naturali rõni conformem.

Ad quartum ſic ꝓcedit̃

Videt̃ q̃ aliq̃ alia paſſio poſſit eẽ cã amoris. Dicit. n. pbs in. vij. ethi. q̃ aliqui amant̃ ꝓpter delectationẽ. ſed delectatio ẽ paſſio q̃dã. g̃ aliq̃ alia paſſio ẽ cã amoris. ¶ Pre. deſideriũ q̃dã paſſio ẽ. ſed aliq̃s amamus ꝓpter deſideriũ qđ ab eis expectamus. ſicut apparet in oĩ amicitia q̃ eſt ꝓpter vtilitatẽ. g̃ aliq̃ alia paſſio ẽ cã amoris ¶ Pre. Aug. dicit in. x. de tri. Cuius rei adipiſcẽde ſpem quiſq; nõ gerit. aut tepide amat. aut oĩo nõ amat. q̃uis q̃ pulchra ſit videat. g̃ ſpes ẽ etiã cã amoris. ¶ Sz̃ hoc eſt q̃ oẽs alie affectões aĩe ex amore cauſant̃. vt Aug⁹. dic̃ in. xiij. đ ci. dei. ¶ Rñ. dđ. q̃ nulla alia paſſio aĩe ẽ q̃ non ꝑſupponat aliquẽ amorẽ. cũ rõ ẽ. qz oĩs alia paſſio aĩe importat motũ ad aliq̃d vel quietẽ in aliq̃. oĩs aũt motus in aliq̃d vel quies in aliq̃ ex aliq̃ ꝓnaturalitate vel coaptatõne ꝓcedit q̃ ptinet ad rõnẽ amoris. vñ impoſſibile ẽ q̃ aliq̃ alia paſſio aĩe ſit cã vl̃ oĩs amoris. ꝓtingit tñ aliquã aliã paſſionẽ eſſe cãz amoris alic⁹. ſic̃ etiã vnũ bonũ ẽ cã alterius. Ad. i. g̃ dđ. q̃ cũ aliq̃s amat aliq̃d ꝓpter delectatõez. amor qdẽ ille cãt̃ ex delectatõne. ſz delectatio illa item cãt̃ ex alio amore ꝓcedẽte. nullus. n. delectat̃ niſi in re aliq̃ mõ amata. ¶ Ad. ij. dđ. q̃ deſideriũ rei alic⁹ ſp̃ ꝑſupponit amorez illius rei. ſz deſideriũ alic⁹ rei põt eſſe cã vt res alia amet̃. ſic qui deſiderat pecuniã amat ꝓpter hoc eũ a q̃ pecuniam recipit. ¶ Ad. iij. dđ. q̃ ſpes cãt̃ vel auget amorẽ. ⁊ hoc rõne delectatõis. qz delectatõez cauſat. eiã rõne deſideriũ. qz ſpes deſideriũ fortificat. nõ. n. ita intẽſe deſideramus que nõ ſperamus. ſed tñ ⁊ ipa ſpes eſt alicuius boni amati.

Queſtio XXVIII.

Deinde conſideranduz

eſt de effectibus amoris. Et circa hoc querũtur ſex. Primo vtr̃ vnio ſit effectus amoris. Secõ vtr̃ mutua inheſio. Tertio vtr̃ extaſis ſit effectus amoris. Quarto vtr̃ zelus. Quinto vtr̃ amor ſit paſſio leſiua amantis. Sexto. vtrum amor ſit cã omnium que amans agit.

Ad primum ſic. ꝓcedit̃

Videt̃ q̃ vnio non ſit effectus amoris. Abñtia. n. vnioni repugnat. ſz amor compatit̃ ſecũ abñtiã. Dicit. n. Apl̃us ad Gal. iiij. Bonũ emulamini in bono ſp̃. loquẽs de ſe ipſo. vt glo. dicit. ⁊ nõ tñ cũ pñs ſim apud vos. g̃ vnio nõ eſt effectus amoris. ¶ Pre. Dis vnio aut eſt p̃ eſſentiã ſicut forma vnit̃ materie ⁊ accñs ſubiecto ⁊ ꝑs toti vel alteri ꝑti ad conſtitutõez totius. aut eſt p̃ ſil̃itudinẽ vel generis vel ſpeciei vel accñtis. ſed amor nõ cauſat vnionẽ eẽntie. alioquin nunq̃ haberet̃ amor ad ea q̃ ſunt p̃ eſſentiaz diuiſa. vnionem aũt q̃ eſt p̃ ſil̃itudinẽ amor nõ cauſat. ſz magis ab ea cauſat̃ vt dictum eſt. g̃ vnio nõ ẽ effect⁹ amoris. ¶ Pre. Senſus in actu fit ſenſibile in actu. ⁊ intellectus in actu fit intellectiuũ in actu. nõ aũt amans in actu fit amatũ in actu. g̃ vnio magis eſt effectus cognitõis q̃ amoris. ¶ Sed contra ẽ quod dicit Diony. iiij. c. de di. no. q̃ amor quilibet eſt virtus vnitiua. ¶ Rñ. dđ. q̃ duplex ẽ vnio amantis ad amatũ. Una quidem ſm̃ rem. puta cum amatũ pñtialiter adeſt amanti. Alia vero ſm̃ affectum. que quidem vnio ꝓſid erãda eſt ex apprehenſione p̃cedente. nam motus appetitiuus ſequit̃ apprehenſionem. cum aũt ſit duplex amor. ſ. ꝓcupiẽ ⁊ amicitie. vterq; ꝓcedit ex quadam apprehenſione vnitatis amati ad amãtem cum. n. aliquis amat aliquid q̃ ꝓcupiſcẽs illud. apprehendit illud q̃ pertinens ad ſuum bñ eſſe. Sil̃iter cum aliquis amat aliquẽ amore amicitie vl̃ ei bonum ſicut ⁊ ſibi vult bonum. vñ apprehendit illum vt alterũ ſe. inq̃tum. ſ. vult ei bonum ſicut ⁊ ſibiipi. ⁊ inde eſt q̃ amicus dr̃ eſſe alter ipe. ⁊ Aug⁹. dicit in. iiij. ꝓfeſſ. Bene quidam dixit de amico ſuo dimidium anime ſue. Primaz ergo vnionẽ amor facit effectiue. quia mouet ad deſiderandum ⁊ querendũ pñtiam amati quaſi ſibi conuenientis ⁊ ad ſe pertinentis. Secam aurem vnionem facit formaliter. quia ipe amor eſt talis vnio vel nexus. vñ Aug⁹. dicit in. viij. de tri. q̃ amor eſt q̃dã iunctura quedam aliqua duo copulans vel copulare appetens. amantem. ſ. ⁊ quod amat̃. q̃. n. dicit copulans refert̃ ad vnionem affectus ſine qua non eſt amor q̃ vero dicit copulare intendens ꝓtinet ad vnionẽ realẽ. ¶ Ad. i. ergo dđ. q̃ obiectio illa procedit de vnione reali quam quidem requirit delectatio ſicut cauſam. deſideriũ vero eſt in reali abñtia amati. amor vero ⁊ in abñtia ⁊ in pñtia. ¶ Ad. ij. dđ. q̃ vnio tripl̃r ſe hz ad amorem. Quedam. n. vnio eſt cã amoris. ⁊ hec quidem eſt vnio ſubſtantialis inq̃tum ad amorem quo quis amat ſeip̃m. inq̃tum vero ad amorem quo quis amat alia eſt vnio ſimilitudinis vt dictum eſt. Quedã vero vnio eſt eſſentialiter ipe amor ⁊ hec eſt vnio ſm̃ coaptationem affectus. que quidẽ aſſimilat̃ vnioni ſubſtantiali inq̃tum amans ſe hz ad amatum. in amore quidem amicitie vt ad ſeip̃m. in amore autem ꝓcupiẽ vt aliquid ſui. Quedam vero vnio eſt effect⁹ amoris. ⁊ hec eſt vnio realis quã amans querit de re amata. ⁊ hec quidẽ vnio eſt ſm̃ quemẽtiam amoris. vt. n. pbs dicit. ij. politice. Ariſtophanes dixit q̃ amantes deſiderarent ex ambobus fieri vnũ. ſz qz ex hoc accideret aut ambos aut altez corrumpi querunt vnionẽ que ꝓuenit ⁊ decet. vt. ſ. ſimul ꝓuerſent̃ ⁊ ſimul colloquant̃. ⁊ in alijs ꝓiungãtur hmõi. ¶ Ad. iij. dđ. q̃ cognitio ꝑficit̃ p̃ hoc q̃ cognitũ

vnīꝫ cognoscenti ſm ſuā ſilitudinē. ſed amor facit q̄ ipa res q̄ amaꝫ amāti aliq̄ mō vniaꝫ vt dictū eſt. vñ amor eſt magis vnitiuus q̄ cognitio.

Ad ſcdm ſic proceditur.

Videꝫ q̄ amor cauſet mutuā inhęſionē. ſ. vt amans ſit in amato. ⁊ ecōuerſo. qđ. n. ē in altero ꝓtineꝫ in eo. ſz nō pōt idē eſſe ꝓtinēs ⁊ ꝓtentū. ergo p amorē nō pōt cauſari mutua inhęſio vt amatū ſit in amāte ⁊ econuerſo. Ꝑre. nihil pōt penetrare in interiora alicuius integri niſi per aliquā diuiſionē. ſz diuidere q̄ ſunt ſm rē ꝓiuncta non ptinet ad appetitū in q̄ eſt amor. ſz ad rōnem. g̃ mutua inhęſio nō ē effectus amoris. Ꝑre. ſi p amorem amās eſt in amato ⁊ econuerſo. ſequeꝫ q̄ hoc mō amatū vniaꝫ amanti ſic amās amato. ſz ipa vnio ē amor. vt dictū ē. ergo ſeqꝫ q̄ ſp amās ameꝫ ab amato. qđ pz eſſe falſum. nō ergo mutua inhęſio ē effectus amoris. Sz̄ eſt qđ dr. i. Jo. iiij. Qui manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. charitas aūt eſt amor dei. ergo eadē rōe quilibet amor facit amatū eſſe in amāte ⁊ econuerſo. Rñ. dđ. q̄ iſte effectus mutue inhęſionis pōt intelligi ⁊ q̄tū ad vim apprehenſiuā. ⁊ q̄tū ad vim appetitiuā. Nā q̄tū ad vim apprehenſiuā amatū dr eſſe in amāte in q̄tū amatū immoraꝫ in apprehenſione amantis. ſm illud Prou. i. Eo q̄ habeam vos in corde. Amās vero dr eſſe in amato ſm apprehenſionē. in q̄tū amās non eſt ꝓtentus ſupficiali apprehenſione amati. ſed nitiꝫ ſingula q̄ ad amatū ptinēt intrinſecus diſquirere. ⁊ ſic ad interiora eius ingrediꝫ. ſicē de ſpū ſancto qui ē amor dei. dr. i. ad Corin. ij. q̄ ſcrutaꝫ etiā ꝓfunda dei. Sz q̄tū ad vim appetitiuā amatū dr eſſe in amante ꝓut eſt p quandā complacentiā in eius affectu. vt vel deſideꝫ in eo aut in bonis eius apud pñtiam. vel in abſtia p deſideriū tendat in ipm amatū p amorē ꝓcupie. vel in bona q̄ vult amato eius p amorē amicitie. non quidē ex aliq̄ extrinſeca cā. ſicut cū aliquis deſiderat aliquid ꝓpter alterꝫ. vel cū aliquis vult bonū alteri ꝓpter aliquid aliud. ſz ꝓpter complacentiā amati interius radicatā. vñ ⁊ amor dr intimus. ⁊ dicunt viſcera charitatis. Ecōuerſo aūt amās ē in amato. aliter quidem p amorē ꝓcupie. aliter p amorē amicitie. Amor nāq̄ ꝓcupie nō requieſcit in q̄cunq̄ extrinſeca aut ſupficiali adeptione vel fruitione amati. ſed q̄rit amatuꝫ pfecte habere. q̄i ad intima illius pueniēs. in amore vero amicitie amās eſt in amato inq̄tū reputat bona vel mala amici ſicē ſua. ⁊ voluntatē amici ſicē ſuā. vt q̄i ipe in ſuo amico videaꝫ bona vel mala pati ⁊ affici. ⁊ ꝓpter hoc ꝓprium eſt amicoꝫ eadē velle ⁊ in eodē triſtari ⁊ gaudere. ſm pōm in. ix. ethi. ⁊ in. ij. rhet. vt ſic inq̄tū q̄ ſunt amici eſtimat ſua. amās videaꝫ eſſe in amato. q̄ſi idē factus amato. inq̄tū aūt econuerſo vult ⁊ agit ꝓpter amicū ſicē ꝓpter ſe ipm. q̄i reputās amicū idē ſibi. ſic amatū eſt in amante. Pōt aūt ⁊ tertio mō mutua inhęſio intelligi in amore amicitie ſm viā redamationis inq̄tū mutuo ſe amāt amici. ⁊ ſibimuicem bona volūt ⁊ opant. Ad. i. ergo dđ. q̄ amatū ꝓtineꝫ in amāte inq̄tū eſt impſſum in affectu eius p quādam complacentiā. econuerſo vo amās ꝓtinetur in amato inq̄tū amās ſequiꝫ aliq̄ mō illud qđ eſt intimum amati. nihil. n. phibet diuerſo mō eſſe aliquid ꝓtinēs ⁊ cōtentū. ſicut genus continēꝫ in ſpē ⁊ econuerſo. Ad. ij. dđ. q̄ rōis apprehenſio p̄cedit affectū amoris. ⁊ ideo ſicut rō diſquirit ira affectus amoris ſubintrat in amatū. vt ex dictis pz. Ad. iij. dđ. q̄ illa rō ꝓcedit de tertio mō mutue inhęſionis q̄ nō inueniꝫ in quolibet amore.

Ad tertium ſic proceditur

Videꝫ q̄ extaſis nō ſit effectus amoris. Extaſis. n. q̄ddam alienatōez importare videꝫ. ſz amor nō ſp facit alienationē. ſunt. n. amātes interdū ſui cōpotes. ergo amor nō facit extaſim. Ꝑre. amans deſiderat amatū ſibi vniri. magis ergo amatū trahit ad ſe q̄ etiā ꝓgat in amatū extra ſe exiens. Ꝑre. amor vnit amatū amanti. ſicē dictū ē. ſi ergo amās extra ſe tendit vt in amatū ꝓgat. ſequiꝫ q̄ ſp plꝰ diligat amatū q̄ ſeipm. quod pz eſſe falſum. nō ergo extaſis ē effectus amoris. Sed cōtra eſt qđ Dionyſ. dic. iiij. ca. de di. no. q̄ diuinꝰ amor extaſim facit. ⁊ q̄ ipe deus propter amorē eſt extaſim paſſus. cū ergo quilibet amor ſit q̄dam ſilitudo ꝓncipata diuini amoris. vt ibidem dr. videtur q̄ quilibet amor cauſet extaſim. Rñ. dđ. q̄ extaſim pati aliquid dr cū extra ſe ponit. quod quidem ꝓtingit ⁊ ſm vim apprehenſiuā. ⁊ ſm vim appetitiuā. ſm vim apprehēſiuā aliquis dr extra ſe poni. q̄n ponit extra cognitionem ſibi ꝓpriā. vel q̄ ad ſuꝑiorem ſublimaꝫ. ſicut homo dum eleuaꝫ ad comꝓhendenda aliq̄ q̄ ſunt ſuꝑ ſenſum ⁊ rōnē dr extaſim pati. inq̄tū ponit extra connaturalē apprehenſionem rōis ⁊ ſenſus. vel q̄ ad inferiora deꝓrimit. puta cū aliquis in furiā vel amentiā cadit dr extaſim paſſus. ſm appetitiuā vero ꝓtem dr aliquis extaſim pati q̄n appetitus alicuius in alterꝫ ferꝫ exiens quodāmō extra ſeipm. primā quidem extaſim facit amor diſpoſitiue. inq̄tū. ſ. facit meditari de amato. vt dictū eſt. Intenſa aūt meditatio vnīꝫ abſtrahit ab aliis. Sed ſcđam extaſim facit amor directe ſimplr quidem amor amicitie. amor aūt ꝓcupie nō ſ impliciter ſed ſm quid. Nā in amore ꝓcupie quodāmō ferꝫ amans extra ſeipm. inq̄tū. ſ. nō ꝓtentus gaudere de bono quod habet. querit frui aliquo extra ſe. ſed q̄ illud extrinſecū bonū querit ſibi habere. nō exit ſimplr extra ſe. ſed talis affectio in fine infra ipam' ꝓcludiꝫ. ſed in amore amicitie affectus alicuius ſimplr exit extra ſe. q̄ vult amico bonum ⁊ opaꝫ bonū. q̄i gerēs curā ⁊ prudentiā ipius ꝓpter ipm amicū. Ad. i. ergo dđ. q̄ illa rō ꝓcedit de prima extaſi. Ad. ij. dđ. q̄ illa rō ꝓcedit de amore ꝓcupie qui nō facit ſimplr extaſim. vt dictū eſt. Ad. iij. dđ. q̄ ille qui amat in tantū extra ſe exit inq̄tum vult bona amici ⁊ opatur. nō tñ vult bona amici magis q̄ ſua. vñ nō ſequiꝫ q̄ alterꝫ plus q̄ ſe diligat.

Ad quartum ſic proceditur.

Videꝫ q̄ zelus nō ſit effectus amoris. zelus. n. eſt ꝓtētionis principium. Elñ dr. i. ad Corin. iij. Cum ſit inter vos zelus ⁊ contentio nōne. ſed ꝓtentio repugnat amori. ergo zelus non eſt effectus amoris. Ꝑre. obiectum amoris ē bonū qđ ē cōmunicatiuū ſui. ſz zelus repugnat cōmunicationi. ad zelum. n. ptinere videꝫ q̄ quis nō patiꝫ ꝓximum in amato. ſicut viri dicunt zelare vxores q̄s nolūt habere cōmunes cū ceteris. ergo zelus non eſt effectus amoris. Ꝑre. zelus nō eſt ſine odio. ſicē nec ſine amore. dr. n. in ps. Zelaui ſuꝑ inimicos. nō ergo dz dici magis effectus amoris q̄ odij. Sed cōtra eſt qđ Dionyſ. dic. iiij. ca. de di. no. q̄ deus appellat zelotes ꝓpter multū amorē quem hz ad exīa. Rñ. dđ. q̄ zelus quocūq̄ mō ſumaꝫ ex intētione amoris ꝓuenit. manifeſtū eſt. n. q̄ q̄to aliq̄ vtus intenſius tendit in aliquid. fortius repellit omne contrariū vel repugnās. Cum igiꝫ amor ſit quidā motus in amatū vt Aug⁹. dic in li. lxxiij. q. Intēſus amor q̄rit excludere oē id qđ ſibi repugnat. aliter tñ hoc ꝓtingit in amore ꝓcu-

piscētie. ꝛ aliter in amore amicitie. Nā in amore ꝓcupiē intense aliquid ꝓcupiscat. mouef̄ ꝺ omne illud qꝺ repugnat ꝓsecutōi vel fruitioni quiete eius qꝺ amaf̄. ꝛ hoc mō viri dicunt̄ zelare vxores. ne ꝑ eorū aliox impediaf̄ singularitas quā in vxore q̄rūt. sicꝫ etiā qui q̄runt excellētiā mouent̄ ꝺ eos qui excellere videnf̄ q̄ impediētes excellētiā eox. ꝛ iste est zelus inuidie. de q̄ ꝺr in ps. Noli emulari in malignātibus. neqꝫ zelaueris faciētes iniquitatem. Amor aūt amicitie q̄rit bonū amici. vñ qñ est intēsus facit eoꝫ moueri ꝺ omne illud qꝺ repugnat bono amici. ꝛ ꝯz hoc aliquis ꝺr zelare ꝓ amico. qñ si q̄ dicunt̄ vel siūt ꝓtra bonū amici bō repellere studet. Et ꝑ hūc etiā modū aliqs ꝺr zelare ꝓ deo qñ ea q̄ sunt contra honorē vel voluntatē dei repellere ꝺm posse conaf̄. ꝺm illud. iij. Regū. xix. Zelo zelatus sum ꝓ dño exercituū. ꝛ Job. ij. sup illud. Zelus domus tue comedit me. dicit glo. q bono zelo comedit̄ q̄libet ꝑua q̄ viderit corrigere satagit. si nequit tolerat ꝛ gemit. Ad. i. ergo dꝺ. q aplꝰ ibi loquit̄ de zelo inuidie qui quidem est cā cōtentōis. nō ꝺ rē amatā. ꝯz ꝓ re amata ꝺ impedimēta ipius. Ad. ij. dꝺ. q bonū amat̄ inq̄ntum est cōicabile amāti. vñ omne illud qꝺ ꝑfectōez huius cōicationis impedit efficit̄ odiosum. ꝛ sic ex amore boni zelus causaf̄. Ex defectu aūt bonitatis ꝓtingit q q̄dā ꝑua bona nō pñt integre simul possideri a multis. ꝛ ex amore taliuz causaf̄ zelus inuidie. non aūt ꝓprie ex his q̄ integre pñt a multis possideri. Nullus. n. inuidet alteri de cognitōe veritatis q̄ a multis integre cognosci pōt. ꝯz forte de excellentia circa cognitōez huius. Ad. iij. dꝺ. q hoc ꝑ accidens quod aliqs odio bz ea q̄ repugnāt amato ex amore ꝓcedit. vñ zelus ꝓprie ponit effectus amoris magis q̄ odij.

Ad quintum sic ꝓcedit.

Videf̄ q amor sit passio lesiua. Languor. n. signat lesionem quandā languētis. Sed amor causat languorē. ꝺr. n. Canti. ij. Fulcite me floribus. stipate me malis. q amore langueo. g̃ amor est passio lesiua. Pre. liquefactio ē q̄dā resolutio. sed amor est liq̄factiuus. ꝺr. n. Canti. v. Anima mea liq̄facta est vt dilectus meus locutus est. g̃ amor est resolutiuus. ē ergo corruptiuus ꝛ lesiuus. Pre. feruor designat quendā excessum in caliditate. qui quidē excessꝰ corruptiuus est. ꝯz feruor causaf̄ ex amore. Diony. n. vij. c. ce. Die. inter ceteras ꝓprietates ad amorē seraphin ꝓtinentes ponit calidū ꝛ acutū. ꝛ supferuēs. Et Canti. viij. ꝺr de amore. q lāpades eius sunt lampades ignis atq̄ flāmaꝝ. ergo amor ē passio lesiua ꝛ corruptiua. Sed ꝺ est qꝺ dicit Diony. iiij. c. de di. no. q singula seipa amāt ꝓtē tiue. i. seruatiue. ergo amor nō est passio lesiua. ꝯz magis ꝓseruatiua ꝛ ꝑfectiua. Rñ. dꝺ. q sicut sup̄ dictum est. amor signat coaptationē quandā appetitiue ꝯtutis ad aliqꝺ bonū. nihil aūt qꝺ coaptaf̄ ad aliquid qꝺ est sibi ꝙniēs ex hoc ledit̄. ꝯz magis si sit possibile ꝑficit ꝛ meliorat̄. qꝺ vero coaptaf̄ ad aliquid qꝺ nō est sibi conueniens ex hoc ledit̄ ꝛ deteriorat̄. Amor g̃ boni conueniētis est ꝑfectiuus ꝛ melioratiuus amātis. amor aūt boni qꝺ non est conueniēs amāti est lesiuus ꝛ deterioratiuus amātis. Vñ marie homo ꝑficit̄ ꝛ meliorat̄ ꝓ amorem dei. ledit̄ aūt ꝛ deteriorat̄ ꝑ amorē peccati. ꝺm illud Osee. ix. Facti sunt abominabiles sicut ea q̄ dilexerūt. Et hoc quidē sic dictū est de amore ꝯtū ad id qꝺ est formale in ipo. qꝺ est. s. ex ꝑte appetitus. ꝯtū vero ad id qꝺ est materiale in passione amoris qꝺ est ītmutatio aliq̄ corpalis. accidit q amor sit lesiuus ꝓpter excessum immutatōis. sicut accidit in sensu ꝛ in omni actu virtutis aīe qui exercef̄ ꝓ aliqua immutationē organi corpalis. Ad ea vero que in contrarium obiciunt̄ dꝺ. q amori attribui pñt q̄tuor effectus proximi. s. liq̄factio. fruitio. languor ꝛ feruor. inter q̄ primū ē liq̄factio q̄ opponit̄ ꝯgelatōi. Ea. n. q̄ sunt ꝯgelata. in seipis constricta sunt vt nō possint de facili subintrātōez alterius pati. ad amorē aūt ꝑtinet q appetitus coaptef̄ ad receptionem boni amati ꝓut amatū est in amāte. sicut iam sup̄ dictum est. Vel frigidis congelatio vel duritia est dispositio repugnās amori. sed liq̄factio importat quandā mollificationem cordis q̄ exhibet se cor habile vt amatū in ipm̄ subintret. Si ergo amatum fuerit pñs ꝛ habitum causaf̄ delectatio siue fruitio. si autem fuerit abñs consequuntur due passiones. s. tristicia de abñtia que signaf̄ ꝓ languorē. Vel frigidis ꝛ Tullius in. iij. de tusculanis q̄stionibus maxime tristiciam egritudinem nominat. ꝛ intensum desiderium de cōsecutione amati. quod signaf̄ ꝑ feruorem. ꝛ isti q̄dē sunt effectus amoris formaliter accepti ꝺm habitudinem appetitiue ꝯtutis ad obiectum. sed in passione amoris cōsequuntur aliqui effectus his ꝓportionati ꝺm immutationez organi.

Ad sextuz sic ꝓceditur

Videf̄ q amās nō agat oīa ex amore. Amor. n. q̄dā passio est. vt supra dictū est. sed nō omnia q̄ agit bō agit ex passione. sed q̄dam agit ex electōe. ꝛ q̄dam ex ignorantia. vt ꝺr in. v. ethi. ergo nō omnia q̄ homo agit. agit ex amore. Pre. appetitus est principium motus ꝛ actionis in omnibus animalibus. vt ꝯz in. iij. de aīa. Si igit̄ oīa q̄ quis agit. agit ex amore. alie passiones appetitiue ꝓris erunt superflue. Pre. nihil causaf̄ simul a contrarijs causis. ꝯz q̄dam fiunt ex odio. nō ergo omnia sunt ex amore. Sed contra est qꝺ Diony. dic. iiij. c. de di. no. q ꝓpter amorem boni oīa agūt q̄cunq̄ agunt. Rñ. dꝺ. q omnis agens agit ꝓpter finē aliquem. vt supra dictū est. finis aūt est bonum desideratum ꝛ amatū vnicuiq̄. Vñ manifestum est q omne agēs qꝺcunq̄ sit agit quācunq̄ actionē exaliq̄ amore. Ad. i. g̃ dꝺ. q obiectio illa ꝓcedit de amore qui est passio in appetitu sensitiuo exñs. nos autez loquimur nunc de amore cōiter accepto ꝓut comꝓhendit sub se amorem intellectualē. rōnalem. aīalez. naturalē. sic. n. Diony. loquit̄ de amore ī. iij. c. dꝺ di. no. Ad. ij. dꝺ. q ex amore sicut iā dictū est causant̄ ꝛ desiderium ꝛ tristicia ꝛ delectatio ꝛ ꝓpñs oēs alie passiones. vñ omnis actio q̄ ꝓcedit ex q̄cunq̄ passione ꝓcedit etiā ex amore sicut ex ꝓprima cā. vñ nō supfluūt alie passiones q̄ sunt cause ꝓxime. Ad. iij. dꝺ. q odium etiā ex amore causaf̄. sicut infra dicet̄.

Questio. XXIX.

Deinde ꝓsiderādum

est de odio. Et circa hoc q̄runtur sex. Primo vtrū cā ꝛ obiectū odij sit malū. Secꝺo vtrū odium causet̄ ex amore. Tertio vtrum odium sit fortius q̄ amor. Quarto vtrū aliquis possit habere odio seipum. Quinto vtrū aliquis possit habere odio veritatē. Sexto vtrū aliquid possit haberi odio in vniuersali.

Ad primum sic ꝓceditur.

Videf̄ q obiectū ꝛ cā odij nō sit malū. omne. n. qꝺ ē in q̄tū hmōi bonū ē. si igit̄ obiectū odij sit malū. sequit̄ q nulla res odio habeaf̄. ꝯz solū defectus alicuius rei. qꝺ pz ee falsuz Pre. odire malū ē laudabile. Vñ in laudē q̄rundā ꝺr

tꝫ. Sacha. iiij. ꝙ leges optime custodiebant, ꝓpter oēz pontificis pietatē. ⁊ aīos odio bñtes mala. si igit nihil odiat nisi malū. sequit ꝙ oē odiū sit laudabile. qđ ꝑz esse falsuz

Ꝓre. idē nō est sil' bonū ⁊ malū. ſz idē diuersis ē odibile ⁊ amabile. ꝯ odiū nō solū est mali. ſz etiā boni

Sz ꝯ. odiū ꝛriat amori. ſz obm amoris ē bonū. vt supꝰ dictuz est. ꝯ obiectū odij est malū.

Rñ. dđ. ꝙ cū appetit⁹ naturalis ueriuet ab aliq̄ apprehensione ſz nō ꝓiūcta. eadem rō videt esse de inclinatōe appetitus naturalis ⁊ appetitus aīalis qui sequit apprehensionē ꝓiunctā. sic supra dictū est in appetitu aūt naturali hoc manifeste apparet. ꝙ sic vnū quodq̄ hz naturalem ꝓsonantiā vel aptitudinē ad id qđ sibi ꝓuenit q̄ ē amor naturalis. ita ad id qđ ē repugnās ⁊ corruptiuū hz dissonantiā naturalem q̄ est odiū naturale Sic igit ⁊ in appetitu aīali seu intellectiuo amor est consonantia q̄dam appetitus in id qđ apprehendit. vt conuenies. odiū vo est dissonātia q̄dā appetitus ad id qđ apprehendit vt repugnās ⁊ nociuum. sicut aūt omne conueniens in q̄tum hmōi hz rōnem boni. ita omne repugnans in q̄tum hmōi hz rōnem mali. ⁊ ideo sicut bonū est obiectum amoris. ita malum est obiectum odij.

Ad. i. ꝯ dđ. ꝙ ens inq̄tū ens nō hz rōnem repugnātis. sed magis cōuenientis. qz oīa conueniunt in ente. sed ens inq̄tum est hoc ens determinatū hz rōnem repugnātis ad aliqđ ens determinatū. ⁊ ſm hoc vnū ens est odibile alteri ⁊ est malum. ⁊ si nō in se. tñ ꝑ compatōez ad alterū.

Ad. ij. dđ. ꝙ sicut aliquid apprehendit vt bonum qđ nō est vere bonū. ita aliqđ apprehendit vt malum qđ nō est vere malum. vñ ꝓtingit q̄ndoq̄ nec odiū mali. nec amorē boni eē bonum

Ad. iij. dđ. ꝙ ꝓtingit idē esse amabile ⁊ odibile diuersis ſm appetitū quidē naturalem. ex hoc ꝙ vnū ⁊ idē est conueniens vni ſm naturam ⁊ repugnans alteri. sic calor conuenit igni ⁊ repugnat aq̄. ſm appetitum vo aīalem. ex hoc ꝙ vnū ⁊ idem apprehendit ab vno sub rōe boni. ⁊ ab alio sub rōe mali.

Ad secm sic procedit.

Videt ꝙ amor nō sit cā odij. Ca. n. q̄ ex opposito diuidunt̄ naturaliter sunt sil'. vt dr in p̄dicamētis. ſz amor ⁊ odium cū sint ꝛria ex opposito diuidunt. ꝯ naturaliter sunt simul. nō ꝯ amor est cā odij.

Ꝓre. vnū ꝛrioꝝ nō est cā alteri. sed amor ⁊ odiū sunt ꝛria. ꝯ ꝛc.

Ꝓre. posterius nō est cā prioris. ſz odiū est ꝓius amore vt videt. nā odium importat recessum a malo. amor vo accessum ad bonum. ꝯ amor nō est cā odij.

Sed ꝯ est qđ dic Aug⁹. xiiij. de ci. dei. ꝙ oēs affectōes causant ex amore. ergo ⁊ odiū cum sit q̄dam affectio aīe.

Rñ. dđ. ꝙ sic supra dictū est. amor ꝓsistit in q̄dam conuenientia amātis ad amatū. odium vo ꝓsistit in q̄dā repugnātia vel dissonantia. oportet autē in q̄libet ꝓius ꝓsiderare quid ei cōueniat q̄ qđ ei repugnet Per hoc. n. aliqđ est repugnās alteri. qz est corruptiuum vel impeditiuū eius qđ est conueniens. vñ necesse est ꝙ amor sit prior odio ⁊ ꝙ nihil odio habeat. nisi ꝑ hoc ꝙ contrariat conuenienti qđ amat. ⁊ ſm hoc omne odiū ex amore causat.

Ad. i. ergo dđ. ꝙ in his q̄ ex opposito diuidūtur q̄dā inueniunt̄ q̄ sunt naturaliter simul ⁊ ſm rē ⁊ ſm rōnem. sicut due spēs aīalis. vel due species coloris. q̄dam vo sunt simul ſm rōnem. sed vnū realiter est ꝓius altero ⁊ cā eius. sicut ꝑz in spēbus nūeroꝝ. figuraꝝ ⁊ motuū. q̄dam vo nō sunt simul. nec ſm rem. nec ſm rōnem. tic substā na ⁊ accñs. nā substātia realiter est cā accñtis. ⁊ ens ſz rōnem ꝓius attribuit substātie q̄ accñti. qz accñti nō attribuit nisi inq̄tū est in substātia. amor aūt ⁊ odiū naturaliter quidē sunt simul ſm rōnem. ſz nō realiter. vñ nihil ꝓhibet amorē esse cām odij.

Ad. q. dđ. ꝙ amor ⁊ odium sunt ꝛria q̄ accipiunt circa idē. ſz q̄ sunt de ꝛriis non sunt ꝛria. ſz se inuicē ꝓsequentia. eiusdem. n. rōnis est ꝙ amet aliquid ⁊ odiat eius ꝛriū. ⁊ sic amor vnius rei ē cā ꝙ eius contrariū odiat.

Ad. iij. dđ. ꝙ in executōe pri⁹ est recedere ab vno termino q̄ accedere ad alterū terminū sed in intētione est ecōuerso. ꝓpter hoc. n. recedit ab vno termino vt accedat ad alterū. motus aūt appetitiuus magis ptinet ad intentionem q̄ ad executōez. ⁊ iō amor est prior odio. cū vtrunq̄ sit motus appetitiuus.

Ad tertium sic procedit

Videt ꝙ odiū sit fortius amore. Dic. n. Aug. in li. lxxxiij q. Nēo est q̄ nō magis dolorē fugiat q̄ appetat voluptatē ſz fingere dolorē ptinet ad odiū. appetitus aūt voluptatis ptinet ad amorē. ergo odiū ē fortius amore.

Ꝓre. debilius vincit a fortiori ſz amor vincit ab odio. q̄ñ. ſ. amor couertit in odiū. ergo odiū ē fortius amore.

Ꝓre. affectio aīe ꝑ effectū manifestat. ſz fortius insistit hō ad repellēdū odiosum q̄ ad ꝓsequendū amatū. sic etiā bestie abstinent a delectabilibꝫ ꝓpter verbera. vt Aug. introducit in li. lxxxiij q. ergo odiū est fortius amore.

Sed ꝯ. bonū est fortius q̄ malū. qz malū nō agit nisi virtute boni. vt Dion. dicit. c. iiij. de di. no. ſz odiū ⁊ amor differūt ſm differentiā boni ⁊ mali. ergo amor ē fortior odio.

Rñ. dđ. ꝙ impossibile est effectum sua cā esse fortiorē. omne aūt odiū ꝓcedit ex aliq̄ amore. sic ex cā. vt supra dictū est. vñ impossibile est ꝙ odiū sit fortius amore simpl'r. ſz oportet vlterius ꝙ amor simpl'r loquēdo sit odio fortior. fortius. n. mouetur aliqđ in fine q̄ in ea q̄ sunt ad finē. recessus aūt a malo ordinat ad consecutōez boni sic ad finem. vñ simpl'r loquēdo fortior ē motus aīe in bonū q̄ in malū. ſz tñ aliqñ videt odiū fortius amore ꝓpter duo. Primo q̄dem. quia odium est magis sensibile q̄ amor. cum. n. sensus ꝓceptio sit in q̄dam immutatōe. ex quo aliquid iam immutatum est. nō ita sentit sicut qñ est in potentia immutari. vñ calor febris ethice q̄uis sit maior. non tñ ita sentit sicut calor tertiane. qz calor ethice iam versus est q̄i in habitū ⁊ naturam. ⁊ ꝓpter hoc etiam amor magis sentit in absentia amati. sicut Aug. dic in. x. de tri. ꝙ amor non ita sentit cum non ꝓdit eū indigentia. ⁊ ꝓpter hoc etiam repugnātia eius quod odit sensibilius ꝓcipit q̄ conuenientia eius quod amat. Secdo qz non compat odium ad amorem sibi correspondentē. ſm. n. diuersitatē bonoꝝ est diuersitas amorum in magnitudine ⁊ quitate. quibus ꝓportionant̄ opposita odia. vñ odium qđ corrūdet maiori amori magis mouet q̄ minor amor

Et ꝑ hoc ꝑz rñsio ad. i. nam amor voluptatis est minor q̄ amor conseruatōnis suiipius. cui rñdet fuga doloris. ⁊ ideo magis fugit dolor q̄ amet voluptas.

Ad. ij. dđ. ꝙ odium nunq̄ vinceret amorē nisi ꝓpter maiorem amorē cui odium corrūdet. sic homo magis diligit se q̄ amicum. ⁊ ꝓpter hoc ꝙ diligit se hz odio etiā amicum si sibi contrariet.

Ad. iij. dđ. ꝙ ideo intensius aliquid opat ad repellendum odiosa. quia odium ē magis sensibile.

Ad quartum sic procedit.

Videt ꝙ aliqs possit seipm odio habere. Dicit. n. in p̄s. Qui diligit iniq̄tatē odit aīaz suā. ſz multi diligūt iniq̄tatē. ꝯ multi odiūt seipos.

Ꝓre. illū odim⁹ cui volum⁹

ꝛ oꝑamur malum. sed qñqꝫ aliquis vult ꝛ oꝑatur sibiipsi malum. puta qui interimit seipos. ergo aliqui seipos bñt odio. ℙre. Boe. dic in. ij. de ꝓsol. ꝙ auaritia facit hoies odiosos. exq̄ ꝑt accipi ꝙ omnis hō odit auarꝫ sed aliqui sunt auari. g̃ illi odiũt seipos. ℨz contra ē qđ apl's dicit ad Ephe. v. ꝙ nēo vnqꝫ carnē suā odio habuit. ℜñ. dđ. ꝙ impossibile est ꝙ aliqs ꝑ se loquendo odiat seipm. naturaliter. n. vnūquodqꝫ appetit bonū. nec ꝑt aliqs aliquid sibi appetere nisi sub rōe boni. nā malū est ꝑter voluntatē. vt Diony. dic. iiij. c. de di. no. amare autem aliquē est velle ei bonū. vt supꝫ dictū est. ꝙ necesse ē ꝙ aliquis amet seipm. ꝛ impossibile est ꝙ aliquis odiat seipm ꝑ se loquendo. ꝑ accñs tñ ꝓtingit ꝙ aliquis seipm odio habeat. Et hoc dupl'r. ℭ no mō ex ꝑte bom quod sibi aliquis vult. accidit. n. qñqꝫ illud qđ appetit vt ſm qđ bonum esse simpl'r malum. ꝛ ſm hoc aliquis ꝑ accidens vult sibi malū. qđ est odire. ℭ lio mō ex parte suiipius cui vult bonū. vnūquodqꝫ. n. maxie est id qđ est ꝓncipalius in ipo. vñ ciuitas dr facere id qđ rex facit. q̄i rex sit tota ciuitas. ℳanifestū est ergo ꝙ homo maxime est mēs hois. ꝓtingit aūt ꝙ aliqui estimāt se maxime illud quod sunt ſm naturam coꝛpalem ꝛ sensitiuā. vñ amāt se ſm id qđ estimant se esse. sed odiunt id quod vere sunt dum volũt contraria rōni. ꝛ vtroqꝫ mō ille qui diligit iniquitatē odit non solum animam suā. sed etiam seipm. Et ꝑ hoc ꝑz rñsio ad. i. ℭd. ij. dđ. ꝙ nullus sibi vult ꝛ facit malū nisi inqꝫtum apprehendit illud sub rōe boni. nam ꝛ illi qui intermunt seipos. hoc ipm quod est mori apprehendūt sub rōne boni inqꝫtum est terminatum alicuius miserie vl' doloris. ℭd. iij. dđ. ꝙ auarus odit aliquod accidens suum non tñ ꝓpter hoc odit seipm sicut eger odit suam egritudinem ex hoc ipo ꝙ se amat. ℭel. dđ. ꝙ auaritia odiosos facit alios. non aūt sibiipi. quinimo causat ex inordinato sui amore. ſm quem de bonis tempalibus plus sibi aliquis vult qꝫ debeat.

Ad quintum sic ꝓcedit.

Videt ꝙ aliquis nō possit habere odio veritatē. Bonū. n. ꝛ ens ꝛ verꝫ conuertunt. sed aliquis nō ꝑt habere odio bonitatem. ergo nec veritatē. ℙre. omnes hoies naturaliter scire desiderant. vt dr in principio metaphi. sed sciētia nō ē nisi veroꝝ. ergo veritas naturaliter desiderat ꝛ amatur. sed quod naturaliter ineſt. sp ineſt. nullus ergo ꝑt habere odio veritatem. ℙre. pbs dicit in. ij. rhetor. ꝙ hoies amant non fictos. sed nō nisi ꝓpter veritatem. ergo homo naturaliter amat veritatem. nō ergo eam odio hz.

ℨed ℨ est qđ apl's dicit ad Gal. iiij. Factus sum vobis inimicus verꝫ dicēs vobis. ℜñ. dđ. ꝙ bonū ꝛ verꝫ ꝛ ens sunt idem ſm rem. sed differūt rōne. bonū. n. hz rōez appetibilis. nō aūt ens vel verꝫ. qr bonū est qđ oīa appetūt ꝛ ideo bonū ſm rōnem boni non ꝑt odio haberi. nec in vl'i nec in ꝓticulari. ens aūt ꝛ verꝫ in vl'i quidem odio haberi non ꝑt. qr dissonantia est cā odij. ꝛ conuenientia causa amoris. ens aūt ꝛ verꝫ sunt cōia omnibus. sed in ꝓticulari nihil ꝓhibet quoddam ens ꝛ quoddam verꝫ odio haberi. inqꝫtum hz rōnem ꝓprij ꝛ repugnantis. contrarietas. n. ꝛ repugnantia non aduersat rōni entis ꝛ veri sicut aduersat rōni boni. Contingit autem verꝫ aliquod ꝓticulare tripliciter repugnare vel contrariari bono amato. ℭ no mō ſm ꝙ veritas est causaliter ꝛ originaliter ipis rebus. ꝛ sic homo qñqꝫ odit aliquam veritatem dum vellet nō esse verum quod est verꝫ. ℭ lio mō ſm ꝙ veritas est in cognitōe ipius hominis que impedit ipm a ꝓsecutiōe amati. sicut si aliqui vellent nō cognoscere veritatez fidei vt libere peccarent. ex quoꝫ ꝑsona. dr Job. xxij. Sciam viaꝫ tuaꝫ noluimus. Tertio mō habet odio veritas ꝓticularis tanqꝫ repugnans ꝓut est in intellectu alterius. puta cum aliquis vult iacere in peccato. odit ꝙ aliquis veritatem circa peccatum suum cognoscat. ꝛ ſm hoc dicit Aug⁹. in. x. confeſſ. ꝙ homines amant veritatem lucentem. odiūt eam redarguentem. Et ꝑ hoc ꝑz rñsio ad. i. ℭd. ij. dđ. ꝙ cognoscere veritatem ſm se est amabile. ꝓpter quod dicit Aug⁹. ꝙ amant eam lucentem. sed ꝑ accñs cognitio veritatis ꝑt esse odibilis inqꝫtum impedit ab aliq̄ desiderato. ℭd iij. dđ. ꝙ ex hoc ꝓcedit ꝙ nō ficti amant ꝙ hō amat ſz se cognoscere veritatē quā hoies nō ficti manifestāt.

Ad sextuz sic ꝓceditur

Videt ꝙ odiū nō possit esse alicuius in vl'i. Odiū. n. ē passio appetitus sensitiui q̄ mouet ex sensibili apprehensione. sed sensus nō ꝑt apprehendere vl'e. g̃ odiū nō ꝑt esse alicuius in vl'i. ℙre. odiū causat ex aliq̄ dissonātia q̄ cōmunitati repugnat. sed cōitas est de rōe vl'is. g̃ odiū non ꝑt esse alicuius in vl'i. ℙre. obiectū odij est malū. malum aūt est in rebꝫ ꝛ nō in mēte. vt dr in. vi. metaphi. cū g̃ vl'e sit solum in mente q̄ abstrahit vl'e a ꝓticulari. videtur ꝙ odiū nō possit esse alicuius vl'is. ℨed ℨ est qđ pbs dicit in. ij. rhetor. ꝙ ira sp fit inter singularia. odiū aūt etiā ad genera. furem. n. odit ꝛ calumniatorē vnusquisqꝫ ℜñ. dđ ꝙ de vl'i dupl'r ꝓtingit loqui. vno mō ſm ꝙ subest intentioni vniuersalitatis. alio mō dr de natura cui talis intentio attribuit. alia ē. n. ꝓsideratio hois vl'is. ꝛ alia hominis in eo ꝙ est bō. Si igit vl'e accipiat ꝓmo mō. sic nulla potentia sensitiue ꝓtis neqꝫ apprehensiua neqꝫ appetitiua potest in vl'e. qr vl'e fit ꝑ abstractiōez a materia indiuisibili in q̄ radicat oīs ꝛtus sensitiua. ꝑt tñ aliq̄ potentia sensitiua ꝛ apprehensiua ꝛ appetitiua ferri in aliquid vl'r. sic dicimus ꝙ obiectū visus est color ſm gen⁹. nō qr visus cognoscat calorem vl'ez. sed qr ꝙ color sit cognoscibilis a visu. non conuenit colori inqꝫtum est hic color. sed inqꝫtum ē color simpl'r. Sic ergo odium etiam sensitiue ꝓtis ꝑt respicere aliquid in vl'i. qr ex natura communi aliquid aduersat animali. ꝛ non solum ex eo ꝙ est ꝓticularis sicut lup⁹ oui vñ ouis odit lupum generaliter lz ira semꝑ causat ex aliq̄ ꝓticulari. qr ex aliquo actu ledentis. actus aūt ꝓticulariuz sunt. ꝛ ꝓpter hoc pbs dicit ꝙ ira semꝑ est aliquid ꝓticulare. odium vero ꝑt esse ad aliquid in genere. sed odiuz ſm ꝙ est in ꝓte intellectiua cum sequat apprehensionem vl'ez intellectus. ꝑt vtroqꝫ mō esse respectu vl'is. ℭd. i. ergo dđ. ꝙ sensus non apprehendit vl'e ꝓut est vl'e. apprehēdit tñ aliquid cui ꝑ abstractiōnem accidit vniuersalitas ℭd. ij. dđ. ꝙ id quod commune est omnibus non ꝑt esse rō odij. sed nihil ꝓhibet aliquid esse commune multis qđ tñ dissonat ab aliis. ꝛ sic est eis odiosum. ℭd. iij. dđ. ꝙ illa obiectio ꝓcedit de vl'i ſm ꝙ subsistat intentioni vniuersalitatis. sic. n. non cadit sub apprehensiōe vel appetitu sensitiuo.

Deinde ꝓsiderādum

est de concupiscentia. Et circa hoc querūtur quattuor. ℙrimo vtrꝫ concupia sit in appetitu sensitiuo tm̃. Secundo vtrum concupiscētia sit passio specialis. Tertio vtrum sint alique concupiscentie naturales ꝛ aliq̄ nō naturales. Quarto vtrum concupia sit infinita.

Ad primum sic procedit

Videt q concupiscentia nō solū sit in appetitu sensitiuo. Est.n. quedā concupia sapie. vt dr Sap. vi. Concupiscentia sapie ꝓducit ad regnū ꝑpetuū. sz appetitus sensitiuus nō pōt ferri in sapiam. g cōcupia non est in solo appetitu sensitiuo. ¶ Pre. Desideriū mandator dei nō est in appetitu sensitiuo. imo apls dic Ro. vij. Nō habitat in me hoc est in carne mea bonū. sz desideriū mandator dei sub cōcupia cadit. fm illud ps. Concupiuit aīa mea desi. iust. tuas. g cōcupia nō ē solum in appetitu sensitiuo. ¶ Pre. cuilibet potentie est concupiscibile ꝑpriū bonū. g cōcupia est in qlibet potentia aie z nō solum in appetitu sensitiuo.

¶ Sz contra est qd Damas. dicit q irrōnale obediens z psuasibile rōi diuidit in cōcupiaz z irā. hec autem ē irrōnalis anime ps pulsiua passiua z appetitiua. g concupiscentia est in appetitu sensitiuo. ¶ Rn. dō. q sicut ps dicit in. i. rhet. Concupiscētia est appetitus delectabilis. est autem dupler delectatio. vt infra dicet. vna q est in bono intelligibili. quod est bonum rōnis. alia que ē in bono fm sensum. Prima quidem delectatio videt esse anime tm. Secda aūt est aie z corpis. q sensus ē vtus in organo corporeo. vñ z bonū fm sensum est bonū totius coniūcti. ral aūt delectatōnis appetitus videt esse concupia q sil pertineat z ad aiam z ad corpus vt ipm nomē concupie sonat. vñ concupia ꝑprie loquēdo est in appetitu sensitiuo. z in vi concupiscibili q ab ea denominat. ¶ Ad. i. ergo dō. q appetitus sapie vel alior spūalium bonor interdū concupiscentia nominat. vel ꝑter silitudinē quandā. vel ꝑter intentionem appetitus superioris ptis ex quo fit redūdantia in inferiorem appetitum. vt simul etiam ipe inferior appetitus suo mō tendat in spūale bonum consequēs appetitum superiorem. z etiam ipm corpus spūalibus ō seruiat. sicut in ps. dr. Cor meum z caro mea exultauerūt in deum viuum. ¶ Ad. ij. dō. q desiderium magis ptinere pōt ꝑprie loquendo nō solum ad inferiorem appetitum. sed etiam ad superiorem. non.n. importat aliquam cōsociationem in cupiendo sicut concupiscentia. sed simplicem motum in rem desideratam. ¶ Ad. iij. dō. q vnicuiq potentie anime appetere competit ꝑpriū bonum appetitu naturali qui sequit apprehensionem. sz appetere bonum appetitu animali qui non sequit apprehensionem ptinet solum ad vim appetitiuam. appetere autem aliqd sub rōne boni delectabilis fm sensum quod ꝑprie est cōcupiscere. ptinet ad vim concupiscibilem.

Ad secm sic procedit.

Videt q concupiscentia non sit passio specialis potentie concupiscibilis. ¶ Passiones.n. distinguunt fm obiecta. sz obiectum concupiscibilis est delectabile fm sensum. qd etiam est obiectum concupiscentie. fm ps̄m in. ij. rhetor. ergo concupiscentia non est passio specialis in concupiscibili. ¶ Pre. Aug. dicit in li. lxxxiij. q. q cupiditas est amore ꝓ transeuntium. z sic ab amore non distinguit. omnes autem passiones speciales ab inuicem distinguuntur. ergo concupiscentia non est passio specialis in concupiscibili. ¶ Pre. cuilibet passioni concupiscibilis opponit aliq passio specialis in concupiscibili. vt sup̄ dictum est. sz concupiscentie non opponit aliqua passio specialis in concupiscibili. dicit.n. Damas. q expectatum bonum concupiscentiam constituunt. psis vero leticiam. silr expectatū malum timorem. psis vero leticiam. ex quo videt q sicut tristicia contrariat leticie. ita timor contrariat cōcupiscentie. timor autem non est in concupiscibili sed in irascibili. nō ergo cōcupiscentia ē specialis passio in concupiscibili.

Sed cōtra est q cōcupiscentia causat ab amore z tendit in delectationem. que sunt passiones concupiscibilis. z sic distinguit ab alijs passionibus concupiscibilis tanquam passio specialis. ¶ Rn. dō. q sicut dictum est bonum delectabile fm sensum est communiter obiectum concupiscibilis. vñ fm eius differentias diuerse passiones concupiscibilis distinguunt. Diuersitas autem obiecti pōt attendi vel fm naturam ipius obiecti. vel fm diuersitatem in virtute agendi. diuersitas qdem obiecti actiui que est fm rei naturam facit materialem differentiam passionū. sed diuersitas que est fm virtutem actiuam facit formalez differentiam passionum. fm quam passiones specie differunt. est autem alia rō vtutis motiue ipius finis vel boni fm q est realiter pfis z fm q est abfis. nam fm q est p sens facit in seipo quiescere. fm autem q est abfis facit ad seipm moueri. vñ ipm delectabile fm sensum inquantum appetitum sibi adaptat quodammodo z conformat causat amorem. inquantum vero abfis attrahit ad seipsum causat concupiscentiam. inquantum vero pfis quietat in seipso causat delectationem. Sic ergo concupiscentia est passio differens specie z ab amore z a delectatōne. sed concupiscere hoc delectabile vel illud facit concupiscētias diuersas numero. ¶ Ad. i. ergo dō. q bonum delectabile nō est absolute obiectum concupiscentie. sed sub rō ne abfitis. sicut z sensibile sub rōne preteriti est obiectum memorie. hmōi.n. pticulares conditōnes diuersificāt speciem passionum. vel etiam potentiarum sensitiue partis que respicit particularia. ¶ Ad. ij. dō. q illa predicatio ē per causam nō per essentiam. non.n. cupiditas est per se amor. sed amoris effectus. Vel aliter dō. q Augu. accipit cupiditatem large ꝓ quolibet motu appetitus qui potest esse respectu boni futuri. vñ comprehendit sub se z amorē z spem. ¶ Ad. iij. dō. q passio que directe opponitur concupiscentie innominata est. que ita se habet ad malum sicut concupiscentia ad bonum. sed quia est mali abfitis sicut z timor. qñq loco eius ponitur timor. sicut z qñq cupiditas loco spei. qō.n. est ꝓpriū bonum vel malum. qnasi nō reputat. z ideo ꝓ omni motu appetitus in bonum vl in malum arduum.

Ad tertium sic procedit

Videt q ꝯcupia nō sint qdā naturales z qdā nō naturales. Concupia.n. ptinet ad appetitū aialem vt dictū est. sz appetitus naturalis diuidit contra aialem. ergo nulla cōcupiscētia ē naturalis. ¶ Pre. diuersitas materialis nō facit diuersitatē fm spēz. sz solū fm nūez. q qdem sub arte nō cadit. sed si q sint ꝯcupie naturales z nō naturales nō differunt nisi fm diuersa obiecta ꝯcupiscibilia qō facit materialem differentiam z fm numez tm. nō ergo diuidēde sunt ꝯcupie ꝑ naturales z nō naturales. ¶ Pre. rō cōtra naturā diuidit. vt ps in. ij. phic. sicigit in hoīe est aliqua ꝯcupia nō naturalis. oportet q sit rōnalis. sz hoc esse nō pōt. qr ꝯcupia cū sit passio qdā ptinet ad appetitū sensitiuū. non aūt ad voluntatē q est appetitus rōnis. nō ergo sunt ꝯcupiscētie aliq nō naturales. ¶ Sed ꝯ est q ps in. iij. ethi. z in. i. rhet. ponit qsdā ꝯcupias naturales z qsdā nō naturales. ¶ Rn. dō. q sicut dictū ē. ꝯcupia est appetitus boni delectabil, dupler aūt aliqd ē delectabile. Vno mō qr ē cō

uenies nature animalis. sic cibus et potus et alia hmõi. et hmõi concupia delectabilis dr naturalis. Alio mõ dr aliqd esse delectabile. qz ẽ conueniẽs animali sm apprehensionẽ. sic cuz aliqs apprehendit aliqd vt bonũ et conueniẽs. p quũ delectatur ipo. et hmõi delectabilis concupia dr nõ naturalis. et solet magis dici cupiditas. Prime g concupie naturales cões sunt hoibus et altis animalibus. qz vtriqz est aliqd cõueniẽs et delectabile sm naturã. et in his oẽs hoies cõueniũt. vñ et pbs in. iij. ethi. vocat eas cões et necessarias. sz scde concupie sunt ppie hoim. q3 ppriũ est excogitare aliqd vt bonũ et conueniẽs pter id qd nã requirit. vñ et in. i. rhet. pbus dicit pmas concupias eẽ irrõales. scdas vo cũ rõe. Et qz diuersi diuersimode rõcinant. iõ et scde dicunt i. iij. ethi. ppie et apposite sunt supnales. Ad. i. g dd. q illd id qd appetit appetitu naturali põt appeti appetitu animali cũ fuerit apprehensũ et sm hoc cibus et potus et hmõi q appetunt naturaliter. põt eẽ concupiscentia naturalis. Ad. ij. dd. q diuersitas concupiarum naturaliũ a nõ naturalibus nõ est materialis tm. sed etiã quodammõ formalis inq3tum procedit ex diuersitate obi actiui. obiectum aũt appetitus est bonum apprehensum. vñ ad diuersitatẽ actiui pertinet diuersitas apprehensionis puta. s. apprehendit aliqd vt conueniẽs absoluta apprehensione ex q causant concupie naturales. qs pbs in rhetor. vocat irrõnales. et puta apprehendit aliqd cũ deliberatõne ex q causant concupie nõ naturales. q3pter hoc in rhetorica dicunt cũ rõne. Ad. iij. dd. q in hoie nõ solum est rõ vis que pertinet ad partem intellectiuam. sed etiam rõ particularis que pertinet ad partem sensitiuam. vt in. i. lib. dictum est. et sm hoc etiam concupiscentia que est cum rõe põt ad appetitum sensitiuum pertinere. et ppter hoc appetitus sensitiuus põt etiam a rõne vel imoueri mediante imaginatione particulari.

Ad quartum sic procedit

Videt q concupiscentia non sit infinita. Obiectum. n. concupiscentie est bonum quod hz rõnem finis. qui autẽ ponit infinitum excludit finem. vt dr in. ij. metaphi. ergo concupiscentia non potest esse infinita. Pre. concupiscentia est boni conuenientis cum procedat ex amore. sz infinitum cum sit improportionatum non potest esse conueniens. ergo concupia nõ potest esse infinita. Pre. infinita nõ est transire. et sic in eis non est peruenire ad vltimum. sed concupiscenti sit delectatio p hoc q attingit ad vltimũ finẽ. ergo si concupia esset infinita sequeret q nunq3 fieret delectatio. Sz cõ est quod pbs dicit in. i. poli. q in infinitum concupiscentia exĩte homines infinita desiderãt.

Rñ. dd. q sicut dictum est. duplex est concupiscentia. vna naturalis. et alia non naturalis. Naturalis quidem concupiscentia nõ potest esse infinita in actu. est. n. eius q natura requirit. natura vero intendit in aliquid finitũ et certum. vñ nunq3 homo concupiscit infinitum abũ vel infinitum potum. sed sicut in natura contingit esse infinitum in potentia p successionẽ. ita hmõi concupiam contingit infinitam esse p successionem. vt. s. post adeptum cibũ iterato alia vice desideret cibũ vel qdcunq3 aliud qd natura requirit. qz hmõi corpalia bona cum aduenerũt nõ ppetuo manẽt. sed deficiunt. Unde dixit dns samaritane. Joh. iiij. Qui biberit ex hac aqua sitiet iterato. Sed concupia nõ naturalis oio est infinita. sequit. n. rõnem vt dictum est. rõi aũt competit infinitum procedere. vñ qui concupiscit diuitias põt eas concupiscere nõ ad aliquẽ certũ terminũ. sed simpliciter diuitem esse q3tumcunq3 põt. Põt et alia rõ

XXXI

assignari sm pbm in. i. poli. quare q̃dam concupia sit finita et q̃dam infinita. sp. n. concupia finis est infinita. finis. n. p se cõcupiscit vt sanitas. vñ maior sanitas magis cõcupiscit. et sic in infinitum. sicut et si album p se disgregat. magis album magis disgregat. concupia vo eius qd ẽ ad finem nõ est infinita si sm illam mensuram appetit qua cõuenit fini. vñ q finem ponũt in diuitijs bñt concupiaz diuitiaz in infinitum. q aũt diuitias appetũt ppter necessitatem vite. concupiscũt diuitias finitas sufficientes ad necessitatem vite. vt pbs dicit ibidem. Et eadem est rõ dcõ cupiscentia quarumcunq3 aliaz rerum. Ad. i. g dd. q omne quod concupiscit accipit vt q̃ddam finitum. vel qz est finitum sm rem put concupiscit semel in actu. vel qz est finitum sm q cadit sub apprehensione. non. n. põt sub rõne infiniti apprehendi. qz infinitum est cuius q3titatem accipientibus sp est aliqd extra sumere. vt dr in. iij. phi.

Ad ij. dd. q rõ q̃dammõ est virtutis infinite inq3tũ põt in infinitum aliqd cõsiderare. vt apparet in additõe nũeroz et lineaz. vñ infinitũ aliquomõ sumptũ est pportionatũ rõi. Nam vle quod rõ apprehendit ẽ quodammõ infinitũ inq3tum in potẽtia cõtinet infinita singularia. Ad. iij. dd. q ad hoc q aliqs delectet nõ requirit q ola consequat q̃ cõcupiscit. sed q in quolibet concupito qd consequit delectet.

Questio. XXXII

Deinde psiderãdum

est de delectatõe et tristicia. Circa delectatõem vo considerãda sunt q3tuoo. Primo de ipa delectatione sm se. Scdo de causis delectatõis. Tertio de effectibus eius. Quarto de bonitate et malicia ipius. Circa primum q3runt octo. Primo vtrum delectatio sit passio. Scdo vtz sit in tpe. Tertio vtrum differat a gaudio. Quarto vtrum sit in appetitu intellectiuo. Quinto de compatione delectationum superioris appetitus ad delectationem inferioris. Sexto de compatione delectationũ sensitiuarum ad inuicem. Septimo vtrũ sit aliqua delectatio non naturalis. Octauo vtrum delectatio possit esse cõtraria delectationi.

Ad primum sic pceditur.

Videt q delectatio nõ sit passio. Damas. n. ij. li. distinguit opatõez a passione. dicẽs q opatio ẽ motus q̃ ẽ sm naturã. passio vo ẽ motus p̃ naturã. sz delectatio est opatio. vt pbs dicit in. vij. et x. ethico. g delectatio nõ ẽ passio.

Pre. Pati est moueri. vt dr in. iij. phi. sed delectatio non consistit in moueri sed in motum esse. causat. n. delectatio ex bono iam adepto. g delectatio non est passio. Pre. delectatio consistit in quadam pfectione delectati. pficit. n. opationem. vt dr in. x. ethi. sed pfici non est pati vel alterari. vt dr in. vij. phi. et in. ij. de anima. g delectatio non est passio. Sed contra est q Aug⁹. in. x. de ciui. dei ponit delectatõnem siue gaudium vel leticiam inter alias passiones anime. Rñ. dd. q motus appetitus sensitiui ppie passio nominat. sicut sup̃ dictũ est. affectio autem quecunq3 ex apprehensione sensitiua procedens est motus appetitus sensitiui. hoc autem necesse est competere delectatõni. Nam sicut philosophus dicit in. i. rhet or. delectatio est quidam motus anime. et constitutio simul tota et sensibilis in naturam exĩtem. Ad cuius intellectum cõsiderandum est q sicut contingit in rebus naturalibus aliq consequi suas pfectões naturales. ita hoc contingit in aialibus. et q3uis moueri ad pfectõez nõ sit totũ sil. tñ consequi

naturalem pfectionem est totum simul. Nec aūt differen tia inter animalia ⁊ alias res naturales. q̄ alie res natura les q̄n constituunt in id quod conuenit eis ſm naturam. hoc non sentiunt. sed animalia hoc sentiunt. ⁊ ex isto sensu causaf quidam motus anime in appetitu sensitiuo ⁊ iste motus est delectatio. Per hoc ergo q̄ dr q̄ delectatio est motus anime. ponit in genere. Per hoc autem q̄ dr con stitutio in existentem naturam. i. in id quod existit in na tura rei. ponit causa delectatōnis. s. pñtia connaturalis bo ni. Per hoc autem q̄ dicit simul tota. ostendit q̄ constitu tio non debet accipi ꝓut est in constitui. sed ꝓut est in con stitutum esse quasi in termino motus. non. n. delectatio est generatio ꝓut plato posuit. sed magis consistit in fac tum esse. vt dr in. vij. ethico. Per hoc autem q̄ dicit sensi bilis. excludunf perfectiones rerum insensibilium. in qui bus non est delectatio. Sic ergo pz q̄ cum delectatio sit motus in appetitu animali consequens apprehensionem sensus. delectatio est passio anime Ad. i. ergo dō. q̄ ope ratio connaturalis non impedita est perfectio secunda. vt habetur in. ij. de anima. ⁊ ideo quando constituif res in ꝓ pria operatōne connaturali ⁊ non impedita. sequitur dele ctatio que consistit in perfectum esse vt dictum est. sic er go cum dr q̄ delectatio est operatio. non est predicatio per essentiam. sed per causam. Ad. ij. dō. q̄ in animali du plex motus considerari potest. vnus ſm intentionem fi nis qui pertinet ad appetitum. alius ſm executōnem. qui pertinet ad exteriorem operatōnem. Licet ergo in eo qui iam consecutus est bonum in quo delectatur cesset motus executionis quo tendit ad finem. non tamen cessat motus appetitue partis. que sic prius desiderabat non habitum ita postea delectat ur in habito. licet. n. delectatio sit quies quedam appetitus considerata presentia boni delectantis quod appetitui satisfacit. tamen adhuc remanet immuta tio appetitus ab appetibili. ratione cuius delectatio mot⁹ quidam est. Ad. iij. dō. q̄ quamuis nomen passionis magis ꝓprie conueniat passionibus corrupti uis ⁊ in ma lum tendentibus. sicut sunt egritudines corporales ⁊ tri stitia ⁊ timor in anima. tamen etiam in bonum ordinanf alique passiones. vt supra dictum est. ⁊ ſm hoc delectatio dr passio.

Ad scm sic proceditur.

Videf q̄ delectatio sit in re. Delectatio. n. est motus q̄ dam. vt in. i. rhero. phūs dic̄. sed motus omnis est in tem pore. ergo delectatio est in re. Pre. Diuturnū vl̄ mo rosum dr aliquid ſm tempus. sed alique delectatōes di cunf morose. ergo delectatio est in tempore. Pre. Pas siones aie sunt vnius generis. sed aliq̄ passiones aie sunt in tempore. ergo ⁊ delectatio. Sed ꝯ est quod phūs dic̄ in. x. ethi. q̄ ſm nullum tps accipiet quis delectatōez. Rñ. dō. q̄ aliquid contingit esse in tempore dupliter. Uno mō ſm se. Alio mō per aliud ⁊ q̄i p accns. Quia. n. tps est numerus successiuoꝝ. illa ſm se dicunf esse in tempe re quoꝝ rōne est successio. vel aliq̄d ad successionē ptinēs. sic motus. quies. locutio. ⁊ alia hmōi. ſm aliud vero ⁊ non p se dicunf esse in re illa re quoꝝ ratōne non est aliq̄ suc cessio. sed tamen alicui successiuo subiacent. sicut esse hoiez de sui rōne non hz successionem. non. n. est motus sed ter minus motus vel mutatōnis. s. generationis ipius. sz qr humanum esse subiacet causis transmutabilibus. ſm hoc hoiez e̊ est in re. Sic igit dō. est q̄ delectatio ſm se qui dem nō est in re. e̊. n. delectatio in bono iā adepto. qđ e̊ q̄i terminus motus. sz si illud bonū adeptū trālmutatōi sub iaceat. erit delectatio p accns in re. si aūt sit oīo intransi mutabile. delectatio nō erit in re. nec p se. nec p accns Ad. i. g̃ dō. q̄ fic̄ dr in. iij. de aīa. mot⁹ dupl'r dr. Uno mō q̄ est actus imperfecti. s. exīntis in potentia in q̄ꝫtū hmōi. ⁊ talis motus e̊ successiuus ⁊ in re. Alius aūt mot⁹ e̊ act⁹ perfecti. i. exīntis in actu. sicut intelligere. sentire. ⁊ velle. ⁊ hmōi. ⁊ etiā delectari. ⁊ hmōi motus nō e̊ successiu⁹. nec p se in re. Ad. ij. dō. q̄ delectatio dr morosa vel diu turna ſm q̄ p accns e̊ in re. Ad. iij. dō. q̄ alie passio nes nō habent ꝓ obiecto bonum adeptum sicut delectatio vñ plus hñt de rōne motus imperfecti q̄ꝫ delectatio. ⁊ p cō sequens magis delectationi conuenit nō eē in tēpe.

Ad tertium sic ꝓceditur.

Videf q̄ gaudiū sit oīo idē qđ delectatio. Passiones. n. aīe differūt ſm oba. sz idē e̊ obiectū gaudij ⁊ delectatōnis s. bonū adeptū. g̃ gaudiū e̊ oīo idē qđ delectatio. Pre. vnus mot⁹ nō terminaf ad duos terminos. sz idē e̊ mot⁹ q̄ terminaf ad gaudiū ⁊ delectatōez. s. ocupia. g̃ delectatio ⁊ gaudiū sunt oīo idē. Pre. si gaudiū e̊ aliud a delecta tione. videf q̄ pari rōe ⁊ leticia ⁊ exultatio ⁊ iocūditas sig nificēt aliq̄d aliud a delectatōe. ⁊ sic erūt oēs diuerse passi ones. qđ videf e̊ falsum. nō g̃ gaudiū differt a delectatōe Sz ꝑ est q̄ in brutis aīalibꝫ nō dicim⁹ gaudiū. sed in eis dicimus delectatōez. nō g̃ est idem gaudium ⁊ delecta tio. Rñ. dō. q̄ gaudium vt Auicē. dic̄ in li. suo de aīa. e̊ q̄dam spēs delectatōis. Est. n. cōsiderandū q̄ sic sunt q̄ dam ocupie naturales. q̄dā aūt nō naturales. sz ꝓsequūt rōnem. vt supꝝ dictū est. ita etiam delectatōnum q̄dā sunt naturales. ⁊ q̄dā nō naturales. q̄ sunt cū rōe. Uel sic Da mas. ⁊ Grego. nice. dicūt. q̄dā sunt corpales. q̄dā aīales. que in in idem redit. Delectamur. n. ⁊ in bis q̄ naturaliť concupiscimus ea adipiscēres. ⁊ in bis q̄ cōcupiscim⁹ ſm rōnem. sz nomē gaudij nō bz locū nisi in delectatōe q̄ cō sequiť rōnem. vñ gaudiū nō attribuimus brutis aīalibꝫ. sz solū nomē delectatōis. oē aūt qđ concupiscim⁹ ſm na turā. possumus etiā cū delectatōe rōis concupiscere. sz nō ecōuerso. vñ de oībꝫ de q̄bꝫ e̊ delectatio pōt eē gaudiū in hūmbꝫ rōnem. q̄ꝫ nō sp de oībꝫ sit gaudium. q̄ñq̄ꝫ. n. aliquis sentit aliquam delectationem ſm corpus de q̄ mē nō gaudet ſm rōnem. Et ſm hoc pz q̄ delectatio e̊ in pl⁹ q̄ꝫ gaudium. Ad. i. ergo dō. q̄ cum obiectū appetitus animalis sit bonum apprehensum. diuersitas apprehensio nis ptinet quodammō ad diuersitatem obiecti. ⁊ sic dele ctationes animales que dicunf etiam gaudia distinguūť a delectationibus corpalibus. que dicunf solum delecta tiones. sicut ⁊ de concupiscentijs supra dictum est. Ad ij. dō. q̄ similis differentia inueniť etiam in concupisce tijs. ita q̄ delectatio respondeat concupiscentie ⁊ gaudiū respondeat desiderio. quod magis videtur pertinere ad concupiscentiam animalem. ⁊ sic secundum differentiam motus est etiam differentia quietis. Ad. iij. dō. q̄ alia nomina ad delectationem pertinentia sunt imposita ab ef fectibus delectationis. Nam leticia imponitur a dilatatio ne cordis. ac si diceretur leticia. exultatio vero dr ab exteri oribus signis delectationis interioris. que apparent exte rius. inquantum sz interius gaudium ꝓsilit ad exterio ra. iocunditas vero dicitur a quibusdam spiritualibus le ticie signis vel effectibus. ⁊ tamen omnia ista nomina vi denť pertinere ad gaudium. nō. n. vtimur eis nisi in natu ris rōnalibus.

Ad quartum sic proceditur

Videt q̄ delectatio nō sit in appetitu intellectiuo. Dic̄. n. phūs in .i. rhet. q̄ delectatio ē motus q̄dā sensibil'. qui nō est in pte intellectiua. g̃ delectatio nō ē in pte intellectiua.

Pr̄e. delectatio ē passio q̄dā. sz oīs passio ē in appetitu sensitiuo. g̃ delectatio nō est nisi in appetitu sensitiuo.

Pr̄e. delectatio est cōis nobis ⁊ brutis. g̃ nō est nisi in pte q̄ nobis ⁊ brutis cōis est. Sed ctra est qđ in p̄s. dr. Delectare in dño. sed ad deū nō pōt extendi appetit⁹ sensitiuus. sz solū intellectiuus. g̃ delectatio pōt esse in appetitu intellectiuo. Rn. dd. q̄ sicut sup̄ dictum ē. Delectatio q̄dē sequit̄ apprehensionē rōnis. ad apprehensionē autem rōis nō solū p̄mouet̄ appetitus sensitiuus p̄ applicatōnem ad aliq̄d ptic̄ulare. sz etiā appetitus intellectiuus qui dr̄ uolūtas. ⁊ fm hoc in appetitu intellectiuo siue in uolūtate est delectatio q̄ dr̄ gaudiū. nō aūt delectatio corpal'. hoc tñ interest inter delectatōez utriusq̄ appetitus. q̄ delectatio appetitus sensibilis est cū aliq̄ trāsmutatōe corpali. delectatio aut̄ appetitus intellectiui nihil aliud ē q̄z simpl'r motus uolūtatis. ⁊ fm hoc Aug⁹. dicit in .xiij. de ci. dei. q̄ cupiditas ⁊ letitia nihil est aliud q̄z uolūtas in eor̄ psecutione q̄ uolumus. Ad. i. g dd. q̄ in illa diffinitōne pbi sensibile ponit̄ cōmuniter p̄ qua cunq̄z apprehensione. dicit. n. pbus in .x. ethi. q̄ fm omnem sensum est delectatio similiter aūt ⁊ intellectū ⁊ speculationem. Uel potest dici q̄ ipe diffinit delectationem appetitus sensitiui. Ad ij. dd. q̄ delectatio habet rationem passionis p̄prie loquendo. in q̄z tum est cum aliqua transmutatione corpali. ⁊ sic non est in appetitu intellectiuo. sed fm simplicem motuz sic. n. etiam est in deo ⁊ in angelis. unde dicit pbus in .vij. ethi. q̄ deus una simplici operatione gaudet. Et Diony. dicit in fi. cele. hierarchie. q̄ angeli nō sunt susceptibiles nostre passibilis delectationis. sed congaudent deo fm scoz ruptionis letitiam. Ad. iij. dd. est q̄ in nobis non solum est delectatio in qua communicamus cum brutis. sed etiam in qua communicamus cum angelis. unde ibidem Diony. dicit, q̄ sancti homines multotiens fiunt in participatione delectationum angelicarum. ⁊ ita in nobis est delectatio non solum in appetitu sensitiuo in quo communicamus cum brutis. sed etiam in appetitu intellectiuo in quo cōmunicamus cum angelis.

Ad quintū sic proceditur

Videt q̄ delectationes corpales ⁊ sensibiles sint maiores delectationibus spiritualibus intelligibilibus. Dñs. n. aliquam delectatōnem sequunt̄. fm phūm in .x. ethico. sed plures sequunt̄ delectationes sensibiles q̄z delectationes spūales intelligibiles. ergo delectatōes corpales sunt maiores. Pr̄e. magnitudo cāe ex effectu cognoscit̄. sed delectationes corpales būnt fortiores effectus. trāsmutāt. n. corpus ⁊ quibusdā insanias faciūt. ut dr̄ in .vij. ethi. ergo delectatōes corpales sunt fortiores. Pr̄e. delectatōnes corpales oportet tpare ⁊ refrenare. p̄p̄ter eaz̄ uehementiā. sed delectatōes spūales non oportet refrenare. ergo delectationes corpales sunt maiores. Sed contra est quod dr̄ in p̄s. q̄z dulcia faucibus meis eloquia tua sup̄ mel ori meo. Et phūs dicit in .x. ethi. q̄ maxima delectatio est que est fm operationem sapie. Rn. dd. q̄ sicut iam dictū est. delectatio p̄uenit ex conuunctōe conuenientis cum sentit̄ ⁊ cognoscit̄. In opibus autem anime p̄cipue sensitiue ⁊ intellectiue. est hoc considerādum q̄ cū nō transeāt in materiam exteriorē. sunt actus uel pfectōes operantis. s. intelligere. sentire. uelle. ⁊ hmōi. nā actōes q̄ transeūt in exteriorem materiā. magis sunt actōes ⁊ pfectōes materie trāsmutate. motus. n. ē actus mobil'a mouēte. Si igit̄ p̄dicte actiones aīe sensitiue ⁊ intellectiue ⁊ ipe sunt q̄dā bonum operantis. ⁊ sunt etiā cognite p̄ sensuz uel intellectū. uñ etiā ex ipis p̄surgit delectatio ⁊ nō solū ex eor̄ obiectis. Si igitur compet̄ delectatōes intelligibiles delectatōibus sensibilibus fm q̄ delectamur in ipis actōibus. puta in cognitōne sensus. ⁊ in cognitōe intellectus. nō ē dubium q̄ multo sunt maiores delectatōes intelligibiles q̄z sensibiles. mlt̄o. n. magis delectat̄ hō de hoc q̄ cognoscit aliq̄d intelligēdo q̄z de hoc q̄ cognoscit aliq̄d sentiēdo. qz intellectualis cognitio ⁊ pfectior ē. ⁊ etiā magis cognoscit̄. qz intellectus magis reflectit̄ sup̄ actū suū q̄z sensus. est etiā cognitio intellectiua magis dilecta. nullus. n. ē q̄ nō uellet magis carere uisu corpali q̄z uisu intellectuali. eo mō q̄ bestie uel stulti carēt. sic̄ Aug. dic̄ in li. de ci. dei. Sz si competent delectatōes intelligibiles spūales delectatōibus sensibilibus corpalibus. sic fm se ⁊ simpl'r loquēdo delectatōes spūales sūt maiores. ⁊ hoc apparet ex tria q̄ requirit̄ ad delectatōez s. bonū p̄iunctū ⁊ id cui p̄iungit̄. ⁊ ipa p̄iūctio. nā ipz bonū spūale ⁊ ē mai⁹ q̄z corpale bonū. ⁊ ē magis dilectū. cuius signū ē q̄ hoies etiā a maxīs corpalibus uoluptatibus abstinēt. ut nō pdāt bonoz̄ qui est bonū intelligibile. silr etiā ipa pz intellectiua ē multo nobilior ⁊ magis cognoscitiua q̄z pz sensitiua. Coniūctio etiā utriusq̄ ē ⁊ magis intima ⁊ magis pfecta ⁊ magis firma. Immo quidem ē. qz sensus sistit circa exteriora accīntia rei. intellectus uo penetrat usq̄z ad rei essentiā. obm. n. intellectus ē qđ qd ē. pfectior ergo ē. qz p̄iunctōi sensibilis ad sensum adiungit̄ motus qui ē actus impfectus. uñ ⁊ delectatōes sensibiles nō sunt tote sil'. sz in eis aliquid p̄trāsit ⁊ aliq̄d expectat̄ p̄summādū ut pz in delectatōe ciboz̄ ⁊ uenereoz̄. sz intelligibilia sunt absq̄z motu. uñ delectatōes tales sunt tote sil'. Est etiā firmior. qz delectabilia corpalia sunt corruptibilia ⁊ cito deficiūt. bona uo spūalia sunt incorruptibilia. Sz q̄ ad nos delectatōes corpales sunt magis uehementes p̄p̄ter tria. Primo. qz sensibilia sunt magis nota q̄ ad nos q̄z intelligibilia. Scdo etiā. qz delectatōes sensibiles cū sint passiones sensitiui appetitus sunt cū ali q̄ trāsmutatōne corpali qđ nō contingit in delectatōnibus spūalibus nisi p̄ quādam redundantiam a superiori appetitu in inferiorē. Tertio. qz delectatōnes corporales appetunt̄ ut medicine quedam contra corporales defectus uel molestias. ex quibus tristicie quedam consequunt̄. uñ delectatōes corpales tristicie hmōi supueniētes magis sentiunt̄. ⁊ p̄ consequēs magis acceptant̄ q̄z delectatōes spūales q̄ nō būnt tristicias p̄rias. ut infra dicet̄. Ad. i. ergo dd. q̄ ideo plures sequunt̄ delectatōnes corporales. quia bona sensibilia sunt magis ⁊ pluribus nota. ⁊ etiā qz homines indigent delectationibus. ut medicinis contra multiplices dolores ⁊ tristicias. ⁊ cum plures hominum nō possint attingere ad delectationes spūales. que sunt p̄prie uirtuosoz̄um. consequens est q̄ declinent ad corpales. Ad. ij. dd. q̄ transmutatio corporis magis contingit ex delectationibus corporalibus inquantum sunt passiones appetitus sensitiui

Ad tertium dicendum q̄ delectationes corpales sunt secundum partem sensitiuam que regulatur ratōne. ⁊ iō indigent temperari ⁊ refrenari per rōnem. sed delectationes spūales sūt fm mentem. que est ipa regula. uñ sunt fm seipas sobrie ⁊ moderate.

Ad sextum sic proceditur

Videt q delectationes que sunt fm tactum nō sint maiores delectationibus que sunt fm alios sensus. Illa. n. delectatio videt esse maxima qua exclusa gaudium omne cessat. sed talis est delectatio que est fm visum. Dicit. n. Tobie. v. Quale gaudium erit mihi qui in tenebris sedeo et lumen celi non video. g delectatio q est p visum est maxia inter sensibiles delectatōes. Pre. vnicuiq fit delectabile illud quod amat. vt phs dicit in. i. rhetor. sed inter alios sensus maxime diligit visus. ergo delectatio q est fm visum est maxia. Pre. principium amicitie delectabilis maxime est visio. sed cā talis amicitie est delectatio. ergo fm visum videt esse maxime delectatio. Sed contra ē qđ phs dicit in. iij. ethi. q maxie delectatōes sunt fm tactum. Rñ. dđ. q sicut iam dictum ē. vnūquodq inq̄tum amat efficit delectabile. sensus aūt vt dr in. i. metaphi. diligunt ꝓpter duo. s. ꝓpter cognitōez. et ꝓpter utilitatem. vñ et utroq mō ptingit esse delectationem fm sensum. Sed q ad apprehendere ipam cognitōez tanq̄ bonuz quoddā ꝓprium ē hois. ideo prime delectationes sensuū que. s. sunt fm cognitionem sunt ꝓprie hominum. delectationes autem sensuum inq̄tum diligunt ꝓpter utilitatez sunt communes omnibus animalibus. Si igit loquamur de delectatione sensus que ē ratione cognitionis. manifestum ē q fm visum est maior delectatio q̄ fm aliquē alium sensum. Si autem loquamur de delectatione sensus que est rōne utilitatis. sic maxime delectatio ē fm tactum. utilitas. n. sensibilium attendit fm ordinem ad cōservationem nature animalis. ad hanc autem utilitatem ꝓpinquius se habent sensibilia tactus. Est. n. tactus cognoscitiuus eorum ex quibus cōsistit animal. s. calidi et frigidi. et humidi. et sicci. et hmōi. vñ fm hoc delectationes q sunt fm tactum sunt maiores. quasi fini ꝓpinquiores. et ꝓpter hoc etiam animalia alia que non habent delectationem fm sensum nisi ratione utilitatis. non delectant fm alios sensus nisi in ordine ad sensibilia tactus. Neq. n. odoribus leporum canes gaudent. sed cibatione. neq leo voce bouis. sed comestione. vt dr in. iij. ethi. Cum igit delectatio tactus sit maxima ratione utilitatis. delectatio autem visus ratione cognitionis. si quis vtramq compare velit. inueniet simpliciter delectationem tactus esse maiorem delectatione visus. fm q consistit infra limites sensibilis delectationis. quia manifestum ē q id quod est naturale. in vnoquoq ē potentissimum. hmōi autem delectationes tactus sunt ad quas ordinant concupiscētie naturales. sicut cibi et venerea et hmōi. Sed si consideremus delectationes visus fm q visus deseruit intellectui. sic delectationes visus erunt potiores ea ratione qua et intelligibiles delectationes sunt potiores sensibilibus. Ad. i. ergo dđ. q gaudium sicut supra dictum ē. significat animalem delectationem. et hoc maxime ptinet ad visum. sed delectatio naturalis magis ptinet ad tactum Ad. ij. dđ q visus maxime diligit ꝓpter cognitionem. eo q multas rez dias nobis ostendit. vt ibidem dr. Ad. iij. dđ. q alio mō delectatio est cā amoris carnalis. et alio mō visio. nam delectatio et maxie q ē fm tactum est cā amicitie delectabilis p modū finis. visio aūt ē finis sic unū ē principiū motus. inq̄tū p visum amabilis imprimit spēs rei q allicit ad amādū. et ad ꝓcupiscēdū eius delectationem.

Ad septimum sic proceditur

Videt q nulla delectatio sit innaturalis. Delectatio. n. in affectib aie ꝓportionat quieti in corpib. sz appetit corpis naturalis nō desicit nisi in loco ꝓnaturali. g nec des appetit aialis q ē delectatio pōt esse nisi in aliq ꝓnaturali. nulla g delectatio ē nō naturalis. Pre. illud qđ ē ꝫ naturā ē violētū. sz oē violētū ē ꝓtristās. vt dr in. v. metaphi. g nihil qđ ē ꝫ naturā ē delectabile. Pre. ꝓstitui in ꝓpriā naturaz cū sentit causat delectatōez. vt pz in diffinitōe phi supra posita. sz ꝓstitui in naturā vnicuiq ē naturale. qz motus naturalis ē qui ē ad terminū naturalē. g oīs delectatio ē naturalis

Sz ꝫ ē qđ phs dic in. vij. ethi. q qdā delectatōes sunt egritudines et ꝫ naturā. Rñ. dđ. q naturale dr qđ est fm naturā. vt dr in. ij. phi. natura aūt in hoie dupliciter sumi pōt. Uno mō ꝓut intellectus et rō ē potissime hois natura. qz fm eā hō in spē ꝓstituit. et fm hoc naturales delectationes hoim dici pōt. qz sunt in eo qđ ꝙuenit ei fm rōnem sic delectari in ꝓtēplatōe veritatis. et in actib virtutū ē naturale hoi. Alio mō pōt sumi natura in hoie fm q ꝓdividit rōi. s. id qđ ē cōe hoi et aliis. ꝑcipue qđ rōi nō obedit. et fm hoc ea q ptinēt ad ꝓfuatōez corpis vel fm individuū vt cibus. potus. lectus. et hmōi. vel spēm. sic venereoz usus dicunt hoi delectabilia naturaliter. fm vtrasq gūt delectationes ptingit aliqs esse innaturales simpliciter loquēdo. sed cōnaturales fm qd. Contingit. n. in aliq individuo corrumpi aliqđ principioz naturalium speciei. et sic id quod est contra naturam speciei fieri p accidens naturale huic individuo. sicut huic aque calefacte est naturale q calefaciat. Ita igitur contingit q id quod est contra naturam hominis vel q̄tūm ad rationem. vel q̄tūm ad corpis conservationem fiat huic homini connaturale ꝓpter aliquaz corruptionem nature in eo exfite. que quidem corruptio pōt esse vel ex pte corpis. sicut ex egritudine. sicut febricitantibus dulcia videntur amara et econuerso. siue ꝓpt malam complexionem. sicut aliqui delectantur in comestione terre vel carbonum vel aliquorum hmōi. vel etiam ex pte anime. sicut ꝓpter ꝓsuetudinem aliqui delectantur in comedendo homines. vel in coitu bestiarum. aut masculorum. aut aliorum hmōi. que sunt fm naturam humanā. Et p hoc pz rōnsio ad obiecta.

Ad octauū sic proceditur

Videt q delectationi non sit delectatio contraria. Passiones enim anime speciem et contrarietatem recipiūt fm obiectum. obiectum autem delectationis est bonum. cum igit bonum non sit contrarium bono. sed bonum malo cōtrarietur. et malum malo. vt dr in predicamentis. videtur q delectatio non sit contraria delectationi. Pre. vni ē contrarium vnum. vt probatur in. x. metaphi. sed delectationi est contraria delectatio. nō g delectatōi ē ꝫria delectatio. Pre. si delectationi est contraria delectatio. hoc non est nisi ꝓpter contrarietatem eorum in quibus aliquis delectatur. sed hec differentia est materialis. contrarietas autem est differentia secundum formam. vt dicitur in. x. metaphi. ergo contrarietas non est delectationis ad delectationem. Sed contra. ea que se impediunt in eodem genere existentia secundum philosophum sunt cōtraria. sed quedam delectationes se inuicem impediunt. vt dr in. x. ethic. ergo alique delectationes sunt contrarie.

Rñ. dđ. q delectatio in affectōnibus anime. sic dictū est. ꝓportionat quieti in corpib naturalib. dicunt aūt due qđes eē ꝫrie q sunt in ꝓtrarijs termis. sic qđes q ē sur

sum ei que est vrosum. vt dr in. v. phisi. vnde ⁊ contingit in affectibus anime duas delectationes esse contrarias

Ad. i. ꝙ dd. ꝙ verbū illud phi est intelligendū ſm ꝙ bonum ⁊ malū accipit in rtutibꝫ ⁊ vitijs. nam inueniunt duo contraria vitia. nō autem inuenit virtus contraria rtuti. In alijs autem nihil phibet duo bona esse ad inuicem contraria. sicut calidum ⁊ frigidum. quoꝝ vnum est bonum igni. alterum aque. Et p hunc modum delectatio pōt esse delectationi contraria. sed hoc in bono rtutis eē non pōt. quia bonum rtutis non accipit nisi p conuenie tiam ad aliquid vnum. s. ad rōnem. Ad. ij. dd. ꝙ delectatio se habet in effectibus sicut quies naturalis in corporibus. est. n. in aliquo conuenienti ⁊ quasi connaturali. tristicia autem se habet sicut quies violenta. tristabile. n. repugnat appetitui animali. sicut locus quietis violente appetitui naturali. quieti autem naturali opponitur ⁊ quies violenta eiusdem corpis. ⁊ quies naturalis alterius. vt dr in. vi. phi. vñ delectationi opponit ⁊ delectatio ⁊ tristicia. Ad. iij. dd. ꝙ ea in quibus delectamur cum sint obiecta delectationis. nō solum faciunt differentiam materialem. sed etiam formalem si sit diuersa rō delectabilitatis. diuersa. n. rō obiecti diuersificat spēz actꝰ vel passionis. vt ex supdictis pz. Questio. XXXII.

Deinde ꝓsiderandū

est de causis delectatōnis. Et circa hoc qrunt octo. Primo vtr opatio sit cā ꝓpria delectationis. Scdo vtr motus sit cā delectationis. Tertio vtrū spes ⁊ memoria. Quarto vtr tristicia. Quinto vtr actiones alioꝝ sint nobis delectatōis cā. Sexto vtr bñ facere alteri sit cā delectatōnis. Septimo vtr silitudo sit cā delectationis. Octauo vtr admiratio sit causa delectatōis

Ad primum sic ꝓceditur

Videt ꝙ opatio nō sit ꝓpria ⁊ prima cā delectatōis. vt. n. phus dicit in. i. rhēto. Delectari consistit in hoc ꝙ sensus aliquid patiat. requirit. n. ad delectationem cognitio sicut dictum est. sed p prius sunt cognoscibilia obiecta opationum qꝫ ipe opationes. ergo opatio nō est ꝓpria cā delectationis. Pre. delectatio potissime consistit in fine adepto. hoc. n. est quod pcipue concupiscit. sed non sp opatio est finis. sed qñqꝫ ipm opatum. non ergo opatio est ꝓpria ⁊ p se cā delectationis. Pre. ocium ⁊ requies dicunt p cessationem opationis. hec autem sunt delectabilia. vt dr in. i. rhēto. non ergo opatio est ꝓpria cā delectationis. Sed contra est quod phus dicit in. vij. ⁊. x. etbi. ꝙ delectatio est opatio connaturalis ⁊ non impedita. Rn. dd. ꝙ sicut supra dictum est. ad delectationem duo requiruntur. s. consecutio boni conuenientis. ⁊ cognitio hmōi adeptionis. vtrunqꝫ autem horum in quadam opatione consistit. Nam actualis cognitio opatio quedam est. similiter bonum conueniens adipiscimur aliqua opatione. ipa etiam opatio ꝓpria est quoddam bonum conueniens. vnde oportet ꝙ omnis delectatio aliquam opationem consequatur. Ad. i. ergo dd. ꝙ ipa obiecta opationum non sunt delectabilia. nisi inqꝫtum coniunguntur nobis. vel per cognitionem solam. sicut cum delectamur in ꝯsideratione vel inspectione aliquoꝝ. vel quocunqꝫ alio mō sil' cum cognitione. sicut cum aliquis delectat in hoc ꝙ cognoscit se habere qcunqꝫ bonū. puta diuitias. vel honorē. vel aliqd hmōi. q qdem nō essent delectabilia nisi inqꝫtum apprehenduntur vt habita. vt. n. phus dicit in. vij. polit. Magnā de

lectatōez hz putare aliqd sibi ꝓprium. q ꝓcedit ex naturali amore alicuius ad seipm. habere aūt hmōi nihil est aliud qꝫ vti eis. vel posse vti. ⁊ hoc est p aliquā opationē. vñ manifestū est ꝙ oīs delectatio in opatōez reducit sicut in cāz

Ad. ij. dd. ꝙ etiā in illis in quibus opationes nō sunt fines sz opata. ipa opata sunt delectabilia inqꝫtū sunt habita vel facta. qd refert ad aliquē vsum vel opationem.

Ad. iij. dd. ꝙ opatōes sunt delectabiles inqꝫtū sunt ꝓportionate ⁊ ꝓnaturales opanti. cū aūt rtus būana sit finita ſm aliquā mensurā opatio est sibi ꝓportionata. vñ si excedat illā mensurā. iā nō erit sibi ꝓportionata nec delectabilis. sz magis laboriosa ⁊ accidiās. ⁊ ſm hoc ocium. ⁊ ludus ⁊ alia q ad requiē pertinēt delectabilia sunt. inqꝫtū auferunt tristiciam q est ex labore.

Ad scdm sic ꝓceditur.

Videt ꝙ motus nō sit cā delectatōis. qr sicut supdictum est. bonū pfitialiter adeptū est cā delectatōis. vñ phus in vij. etbi. dicit. ꝙ delectatio nō compat generationi. sz opationi rei iam exītis. id autem qd mouet ad aliud nondū hz illud. sed quodāmō est in via generationis respectu illius ſm ꝙ omni motui adiungit generatio ⁊ corruptio. vt dr in. vij. phi. ergo motus non est cā delectationis. Pre. motus pcipue laborem ⁊ lassitudinē inducit in opibus. sed opationes ex hoc ꝙ sunt laboriose ⁊ lassantes non sunt delectabiles sed magis afflictiue. ergo motus nō est cā delectationis. Pre. motus importat innouationem quādam que opponit ꝓsuetudini. sed ea q sunt consueta sunt nobis delectabilia. vt phus dicit in. i. rhēto. ergo motus non est cā delectationis. Sed contra est qd Aug⁹. dicit in. viij. confess. Quid est hoc dñe deus meus cum tu in eternum tibiipe sis gaudium. ⁊ qdam de te circa te sp gaudeant. ꝙ hec rerum ps alterno defectu ⁊ pfectu offensionibus ⁊ conciliationibus gaudet? Ex quo accipit ꝙ homines gaudent ⁊ delectant in quibusdam alternationibus. ⁊ sic motus videt esse cā delectationis. Rn. dd. ꝙ ad delectatōez tria requntur. s. duo qꝫ ē ꝓiūctio delectabil'. ⁊ tertiū qd ē cognitio hmōi ꝓiūctōis. ⁊ ſm hec tria mot⁹ efficit delectabil'. vt phus dicit in. vij. etbi. ⁊ in. i. rhēto. Nā ex p te nostra q delectamur. trāsmutatio efficit nobis delectabilis. ꝓpter hoc ꝙ natura nra trāsmutabil' ē. ⁊ ꝓpter hoc qd ē nobis conueniēs nūc. nō erit conueniēs postea. sic calefieri ad ignē est conueniēs hmōi in hyeme. nō aūt in estate. Ex pte rei bni delectātis qd nobis coniungit fit etiā transmutatio delectabil'. qr actio ꝓtinuata alicuius agētis auget effectum. sicut quanto aliquis diutius appropinquat igni magis calefit ⁊ desiccatur. naturalis autem habitudo in quadam mensura consistit. ⁊ ideo quando continuata psentia delectabilis superexcedit mensuram naturalis habitudinis efficitur remotio eius delectabilis. Ex parte vero ipius cognitionis. quia homo desiderat cognoscere aliquod totum ⁊ perfectum. cum ergo aliqua non poterunt apprehendi tota simul. delectat in his transmutatio vt vnum transeat ⁊ alterum succedat. ⁊ sic totum sentiatur. Unde Augustinus dicit in. viij. confessio. Non vis vtiqꝫ stare syllabam. sed transuolare vt alie veniant ⁊ totum audias. Ita semper omnia ex quibus vnum aliquid constat. ⁊ non sunt omnia simul. plus delectant omnia qꝫ singula si possint sentire omnia. Si ergo sit aliqua res cuius natura sit transmutabilis. ⁊ nō possit in ea fieri excessus naturalis habitus ꝓtinuatōez delectabil'. ⁊ q possit totū suū delectabile simul intueri. nō erit eis transmutatio

delectabilis. & ꝯto aliq̄ delectationes plus ad hoc excedūt tanto plus continuari possunt. Ad.i. g̃ dō. q̄ id qō mouet & si nōdū hēat pfecte id ad qd̄ mouet. icipit tn̄ ia aliquid habere ei? ad qō mouet. & sm hoc ipe motus bz aliq̄d delectatōis. defic̄ tn̄ ad delectatōis pfectōe. nā pfectiores delectatōes sunt in rebo ĩmobilibo. motus etiā efficit delectabil'. inq̄ntū p ipm fit aliq̄d queniēs qō prius cōueniēs nō erat. vel desinit ee. vt sup dictū est. Ad.ij. dō. q̄ motus labozē & lassitudinē inducit sm q̄ trāscēdit habitudinē naturalē. sic aūt motus nō ē delectabil'. sz sm q̄ remouent ꝯria hītudinis natural'. Ad.iij. dō. q̄ id qd̄ ē ꝓsuetū efficit delectabile inq̄ntū efficit naturale. nā ꝓsuetudo ē q̄si altera natura. motus aūt ē delectabil'. nō quidē q̄ recedit a ꝓsuetudine. sz magis sm q̄ p ipm impedit corruptio natural' hītudinis q̄ posset ꝓuenire ex assiduitate alic? opatōis. & sic ex eadā cā ꝓ naturalitatis efficit consuetudo delectabilis & motus.

Ad tertium sic ꝓceditur.

Videt q̄ mēoria & spes nō sint cāe delectatōis. Delectatio. n. ē d̄ bono pñti. vt Damas. dic. sz mēoria & spes sunt de abūti. ē. n. mēoria ꝓteritoꝝ. spes vo futuroꝝ. g̃ mēoria & spes nō sunt cā delectatōis. Pre. idē nō est cā ꝯrioꝝ. sz spes est cā afflictōis. dz. n. Prouerb. xiij. Spes q̄ differt affligit aiaz. g̃ spes nō ē cā delectatōis. Pre. sic spes ꝓcurat cū delectatōe in eo q̄ ē de bono. ita etiā & ꝓcupia & amoz. nō g̃ magis dz assignari spes cā delectatōis q̄ ꝓcupiscētia vel amoz. Sz ꝑ est qō dz Ro. xij. Spe gaudētes. Et in ps. Mēor fui dei & delectatus sum. Rñ. dō. q̄ delectatio causat ex pñtia boni conuenientis sm q̄ sentit vel q̄litercunq̄ ꝓcipit. Est aūt aliquid pñs nobis dupliciter. Uno mō sm cognitionem. put. s. cognitum est in cognoscente sm suā sīlitudinem. Alio mō sm rem. put. s. vnum alteri realiter coniungit vel actu vel potentia. sm quemcunq̄ coniunctōis modum. Et quia maioz est coniunctio sm rem q̄ sm similitudinem que est coniunctio condītionis. Item maioz est coniunctio rei in actu q̄ in potentia. ideo maxima est delectatio q̄ fit p sensum. qui requirit pñtiam rei sensibilis. secundum autem gradum tenet delectatio spei. in qua non solum est delectabilis coniunctio sm apprehensionem. sed etiam sm facultatem vel possibilitatem adipiscendi bonū qō delectat. tertium autē gradum tenet delectatio mēorie. q̄ habet solam coniunctionem apprehensionis. Ad.i. ergo dō. q̄ spes & memoria sunt quidem eoꝝ q̄ sunt simplr abūtia. q̄ tn̄ sm qd̄ sunt pñtia. s. vel sm apprehensionem solam. vel sm apprehensionem & facultatem ad minus estimatā. Ad.ij. dō. q̄ nihil ꝓhibet idem sm diuersa esse cām ꝯrioꝝ. sic igit spes inq̄ntum bz pñtē estimationē boni futuri delectatōez causat inq̄ntum aūt caret pñtia eius causat afflictōez. Ad.iij. dō. q̄ amoz & ꝓcupia delectatōez causant. omne. n. amatū fit delectabile amanti. eo q̄ amoz ē q̄dā vnio vel connaturalitas amātis ad amatū. sīlr etiā omne ꝓcupitū est delectabile ꝓcupiscēti. cum ꝓcupia sit p̄cipue appetitus delectationis. sed tn̄ spes inq̄ntū importat quādam certitudinē realis pñtie boni delectātis quā nō importat. nec amor nec ꝓcupia. spes magis ponit cā delectatōis q̄ illa. & sīlr magis q̄ mēoria q̄ est de eo qō iam transit.

Ad quartum sic ꝓcedit

Videt q̄ tristicia nō sit cā delectatōis. Contrariū. n. nō ē cā ꝯrij. sz tristicia contrariat delectatōi. g̃ nō est cā delectationis. Pre. contrarioꝝ cōtrarij sunt effectus. sz delectabilia mēorata sunt cā delectatōis. g̃ tristicia memorata sunt cā doloris & nō delectatōis. Pre. sic se bz tristicia ad delectatōez. ita odiū ad amorē. sz odiū nō ē cā amoris. sz magis ecōuerso. vt sup dictū ē. g̃ tristicia nō ē cā delectatōis. Sz ꝑ est qō in ps dz. Fuerūt mihi lachrymē mee panes die ac nocte. Per panē aūt refectio delectationis intelligit. g̃ lachrymē q̄ ex tristicia oriunt pñt' esse delectatōis cā. Rñ. dō. q̄ tristicia pōt dupliciter ꝓsiderari. vno mō sm q̄ ē in actu. alio mō sm q̄ est in mēoria. & vtroq̄ mō tristicia pōt esse delectatōis cā. Tristicia quidē in actu exñtis ē cā delectatōnis inq̄ntū facit mēoriā rei dilecte. de cuius abūtia aliq̄s tristat. & tn̄ de sola eius apprehensione delectat. mēoria aūt tristicie fit cā delectatōis ꝓpter subsequentem euasionem. nā carere malo accipit in rōne boni. vñ sm q̄ homo apprehendit se euasisse ab aliquibus tristibus & doloꝛosis accrescit ei gaudij materia. sm q̄ Augus. dicit. xxij. de ci. dei. q̄ sepe leti tristium meminimus. & sine dolore & inde amplius leti & grati sum?. Et in. viij. ꝓfess. dicit. q̄ ꝯto maius fuit periculum in prelio tanto maius erit gaudium in triumpho. Ad.i. ergo dō. q̄ contrarium qñq̄ p accidens est cā contrarij. sicut frigidum qñq̄ calefacit. vt dz in. viij. phi. & sīlr tristicia p accidens est delectatōis cā inq̄ntū fit p eā apprehensio alicui? delectabil'. Ad.ij. dō. q̄ tristicia mēorata inq̄ntuz sunt tristia & delectabilibus contraria. nō causant delectatōez sz inq̄ntū ab eis bō liberat. & sīlr mēoria delectabilium. ex eo q̄ sunt amissa. pōt causare tristiciā. Ad.iij. dō. q̄ odium etiā p accīs pōt esse cā amoris. put. s. aliq̄ diligunt se inq̄ntū conueniunt in odio vnius & eiusdem.

Ad quintum sic ꝓcedit

Videt q̄ actōes alioꝝ nō sint nobis delectatōis cā. Causa. n. delectatōis est ꝓprium bonū ꝓiunctū. sz alioꝝ opatōnes sunt nobis ꝓiuncte. g̃ nō sunt nobis cā delectationis. Pre. opatio est ꝓprium bonū opantis. si igit opatōes alioꝝ sint nobis cā delectatōis. pari rōe oīa alia bona alioꝝ erūt nobis delectatōis cā. qd̄ pz esse falsum. Pre. opatio est delectabilis inq̄ntū ꝓcedit ex habitu nobis innato. vnde dz in. ij. ethi. q̄ signū generati habitus oportet accipe fientem in ope delectationem. sed opatiōes alioꝝ nō ꝓcedūt ex habitibus qui in nobis sunt. sed interdum ex habitibus qui sunt in opantibus. non ergo opationes aliorum sunt nobis delectabiles. sed ipis opantibus. Sed contra est quod dz in. ij. canoni. Jobā. Gaudius sum valde. quia inueni de filijs tuis ambulantē in veritate. Rñ. dicendum q̄ sicut iam dictum est. ad delectionem duo requiruntur. scilicet consecutio ꝓprij boni. & cognitio ꝓprij boni consecuti. Tripliciter ergo operatio alterius potest esse delectationis causa. Uno modo inquantum per operationem alicuius consequimur aliquod bonum. & secundum hoc operationes illoꝝ qui nobis aliquod bonum faciunt sunt nobis delectabiles. quia bene pati ab alio est delectabile. Alio modo secundum q̄ per operationes aliorum efficitur nobis aliqua cognitio vel aliqua estimatio ꝓprij boni. & ꝓpter hoc homines delectantur in hoc q̄ laudantur vel honorantur ab aliis. quia scilicet per hoc accipiunt estimationem in seipis aliquod bonum esse & quia ista estimatio fortius generatur ex testimonio bonorum & sapientum. ideo in horum laudibus & honoribus homines magis delectantur. Et quia adulator est apparens laudator. ꝓpter hoc etiam adulationes q̄busdam

sunt delectabiles. Et q3 amor ē alic⁹ bōni ⁊ admiratio est alicuius magni. idcirco amari ab alijs ⁊ in admiratōe haberi ē delectabile inq̄tum p̄ hoc fit bōi estimatio p̄prie bonitatis vel magnitudinis in quib⁹ aliquis delectaf. Tertio mō inq̄tum ipe opationes alioꝝ si sint bone estimant vt bonū p̄priū p̄pter vim amoris qui facit estimare amicū q̄ eundē sibi. ⁊ p̄pter odiū q̄ō facit estimare bonū alterius eē sibi ꝯrium efficit mala opatio inimici delectabilis. vñ dr. i. ad Corinth. xiij. q̄ charitas nō gaudet sup̄ iniquitate. ꝯgaudet aūt veritati. Ad. i. ergo dō. q̄ opatio alteri⁹ pōt esse mibi ꝯiuncta vel p̄ effectū sicut in primo mō. vel p̄ apprehensionē sicut in secdo mō. vel p̄ affectionē sic in tertio mō. Ad. ij. dō. q̄ rō illa p̄cedit q̄tum ad tertiū modum. non aūt q̄tum ad duos primos. Ad. iij. dō. q̄ opationes alioꝝ ⁊ si non p̄cedāt ex habitibus qui in me sunt. causant tñ in me aliquid delectabile. vel faciūt mibi estimationem siue apprehensionem p̄priꝫ habitus. vel p̄cedūt ex habitu illius qui ē vnū mecū p̄ amorem.

Ad sextum sic proceditur

Sic igr̄ id̄ quod ꝓuenit accidentib⁹ ex parte subiecti .nō autem ex ipsa ratione accidentis .non attribuit accidenti in abstracto.sed in ꝯcreto.ꝛ hmōi intēsio ꝛ remissio est in quibusdā accidentib⁹.vnde albedo non dicit magis ꝛ minus.sed album.ꝛ eadem ratio est in habitibus ꝛ alijs q̄litatibus.nisi q̄ quidam habitus augent̄ vel diminuuntur per quandam additionē.vt ex supꝛadictis patet.

Ad tertium sic ꝓcedit̄.

Videtur q̄ habitus non corrumpat̄ aut diminuat̄ ꝑ solam cessationē ab opere. Habitus enī ꝑmanētiores sūt q̄ passibiles qualitates.vt ex supꝛadictis apꝑet.sed passibiles qualitates nō corrumpūt̄ neq; diminuūt̄ per cessationē ab actu.non enī albedo diminuit̄ si visum nō immutet.neq; calor si non calefaciat.ergo neq; habitus diminuunt̄ vel corrumpunt̄ per cessationē ab actu Sꝛe. te.corruptio ꝛ diminutio sunt quedam mutatiōes.sed nihil mutatur absq; aliqua causa mouente.cum igitur cessatio ab actu non ꝓportet aliquā causam mouentē.nō videtur q̄ per cessationē ab actu possit esse diminutio vel corruptio habitus. Sꝛe.habitus scientie ꝛ virtutis sūt in anima intellectiua.que est supꝛa tempus.ea ꝛo q̄ sūt supꝛa tempus non corrumpunt̄ neq; diminuūt̄ per temporis diuturnitatē.ergo neq; hmōi habitus corrumpuntur vel diminuūt̄ per temꝑis diuturnitatē si diu aliquis absq; exercitio permaneat. Sed ctra est qđ ꝓbūs in libꝛo de longitudine ꝛ breuitate vite dicit.q̄ corruptio scientie non solum est ꝛceptio sed etiam oblitio.ꝛ etiā in.viij ethi.dicitur.q̄ multas amicitias inappellatio dissoluit.ꝛ eadem ratione alij habitus virtutum per cessationē ab actu diminuunt̄ vel tolluntur. Rñ.dꝯm q̄ sicut dicitur in.viij.ethi.aliquid potest esse mouens dupliciter. Uno mō per se qđ.s.mouet ſm rationem ꝓprie forme. sicut ignis calefacit. Alio modo per accidēs.sicut id quod remouet ꝓhibens.ꝛ hoc modo cessatio ab actu causat corruptionem vel diminutionē habituū.inquantū.s. remouetur actus qui ꝓhibebat causas corrūpentes vel diminuētes habitum.dictum est enī q̄ habitus per se corrumpūtur vel diminuunt̄ ex ctrario agente.vnde quoꝛūcunq; habituū ctraria subꝛescūt ꝑ tempꝰ tractū que oꝑtet subtrahi per actum ab habitu ꝓcedente.hmōi habitus diminuuntur vel etiam tollunt̄ totaliter per diuturnam cessationē ab actu vt patet etiam in sciētia ꝛ in virtute. Manifestū est enī q̄ habitus virtutis moralis facit boīem ꝓmptum ad eligendū mediū in operatiōibus ꝛ passionib⁹.cū autem aliquis non vtitur habitu virtutis ad moderādas passiones vel operationes ꝓprias. necesse est q̄ ꝓueniant multe passiones ꝛ operationes ꝓter modū virtutis ex inclinatione appetitus sensitiui ꝛ alioꝛ que exterius mouent vnde corrumpit̄ virtus vel diminuit̄ per cessationem ab actu.Similiter etiam est ex parte habituū intellectualium.ſm quos est homo ꝓmptus ad recte iudicandum de imaginatis. cū igitur homo cessat ab vsu intellectualis habitus.insurgunt imaginatiōes extranee.ꝛ qñq; ad cōtrariū dicentes.ita q̄ nisi per frequentē vsuꝫ intellectualis habitus quodāmodo succidant̄ vel comꝑimant̄. redditur homo minus aptus ad recte iudicandū.ꝛ quādoq; totaliter disponitur ad ctrarium.ꝛ sic per cessationem ab actu.diminuit̄ vel etiam corrumpitur intellectualis habitus. Ad.i.ergo dꝯm q̄ ita etiam calor per cessationē a calefaciendo corrumpetur.si per hoc incresceret frigidū quod est calidi corruptiuū. Ad.ij.dꝯm q̄ cessatio ab actu est mouens ad corruptionē vl diminutionē sicut remouens ꝓhibens.vt dictum est Ad.iij.dꝯm q̄ pars intellectiua anime ſm se est supꝛa tempus.ſꝫ pars sensitiua subiacet tempoꝛi.ꝛ ideo per tempꝰ cursum transmutatur quantum ad passiōes appetitue partis.ꝛ etiā quantum ad vires apꝛehensiuas.vnde phūs dicit in.iij. phi si.q̄ tempus est causa obliuionis. Questio LIIII

Deinde ꝯsiderandū

est de distinctione habituū.ꝛ circa hoc querūtur quattuoꝛ.ꝑ⁰ vtrum multi habit⁹ possint esse in vna potentia.2⁰ vtrum habitus distinguant̄ ſm obiecta.3⁰ vtrum habitus distinguant̄ ſm bonū ꝛ malū. 4⁰ vtrum vnus habitus ex multis habitibus ꝓstituatur

Ad ꝓmū sic ꝓceditur

Videtur q̄ non possint esse multi habitus in vna potētia Eorum enī que ſm idem distinguūtur multiplicato vno multiplicat̄ ꝛ aliud sed ſm idem potentie ꝛ habitus distinguunt̄.s.ſm actus ꝛ obiecta.similiter ergo multiplicantur.non ergo possunt esse multi habitus in vna potētia. Sꝛe.potentia est virtus quedaꝫ simplex.sed ī vno subiecto simplici non potest esse diuersitas accidentiū.qꝛ subiectum est causa accidentis.ab vno autem simplici nō videtur ꝓcedere nisi vnū.ergo in vna potentia non possunt esse multi habitus. Sꝛe.sicut coꝛpus formāt̄ per figuram.ita potentia formatur per habitum sed vnū coꝛpus non potest simul formari diuersis figuris.ergo neq; vna potentia potest simul formari diuersis habitibus.ſi ergo plures habitus possunt simul esse in vna potentia. Sed ctra est q̄ intellect⁹ est vna potentia.in qua tamen sunt diuersarū sciētiarū habitus Rñ.dꝯm q̄ sicut supꝛadictum est.habitus sunt dispositiōes quedam alicuius in potentia existentis ad aliquid.siue ad naturam. siue ad operationē vel finem nature.ꝛ de illis quidez habitibus qui sunt dispositiōes ad naturam. manifestuꝫ ē q̄ possunt plures esse in vno subiecto eo q̄ vnius subiecti possunt diuersimode partes accipi.ſm quarum dispositionem habitus dicuntur.sicut si accipiant̄ humani coꝛporis partes humoꝛes.ꝓout disponunt̄ ſm naturaꝫ humanam.est habitus vel dispositio sanitatis.Si ꝛo accipiantur partes similes.vt nerui.ꝛ ossa.ꝛ carnes.earū dispositio in ordine ad naturā est fortitudo aut macies . Si ꝛo accipiunt̄ membra.vt manus.ꝛ pes.ꝛ huiusmodi.earum dispositio nature ꝓueniens est pulchritudo.ꝛ sic sūt plures habitus vel dispositiones in eodem.Si ꝛo loq̄mur de habitibus qui sunt dispositiones ad opera.que ꝓprie pertinent ad potentias.sic etiam ꝓtingit vnius potentie esse habitus plures.cuius ratio est.quia subiectuꝫ habitus est potentia passiua.vt supꝛadictum est. potentia enī actiua non tm̄ est alicuius habitus subiectum . vt ex supꝛadictis patet.potentia autez passiua comparat̄ ad actum determinatū vnius speciei.sicut materia ad formā eo q̄ sicut materia determinat̄ ad vnam formam ꝑ vnū agens.ita etiam potentia passiua a ratione vnius obiecti actiui determinat̄ ad vnū actū ſm spēm.vñ sic̄ plura obiecta pñt mouere vnā potētiā passiuā.ita vna potētia passiua pōt eē subiectū diuersoꝝ actuū vel pfectionū ſm spēm.habitus aūt sunt q̄dā q̄litates aut forme inhereſ potentie q̄b⁹ inclinat̄ potētia ad determinationē act⁹ ſm spēm.vñ ad vnā potētiā pñt plures habit⁹ ptinere.sic̄ ꝛ plures actus spē dīntel Ad.i.ꝫ dꝯ q̄ sic̄ ī reb⁹ naturalib⁹ diuisitas spēꝝ

est ꝺm formam. diuersitas autem generū est ꝺm materiā vt dicit in .v. metaphi. ea enī sūt diuersa genere quoꝝ est materia diuersa. Ita etiam diuersitas obiectoꝝ ꝺz genus facit distinctionē potentiarū. vnde pbūs dicit in .vi. ethi. ꝙ ad ea que sunt genere altera. sunt etiam anime ꝑticule alie. diuersitas ꝛo obiectoꝝ ꝺm speciem facit diuersitatem actuū ꝺm speciem ⁊ per ꝙsequēs habituū. Quecunq; autem sunt diuersa genere. sunt etiam specie diuersa. sed non ꝙuertit. ⁊ ideo diuersarū potentiaꝝ sunt diuersi actus specie. ⁊ diuersi habitus. non autem oportet ꝙ diuersi habitus sint diuersarū potentiarū. sed possunt esse plures vnius. ⁊ sicut sunt genera generū ⁊ ſpēs specieꝝ. ita etiam ꝙngit esse diuersas species habituū ⁊ potentiarum. Ad .ij. dom ꝙ potentia ⁊ si sit quidem simplex ꝺm essentiā. est tamen multiplex ꝛvtute. ꝺm ꝙ ad multos actus specie differētes se extendit. ⁊ ideo nihil ꝓhibet in vna potentia esse multos habitus specie differētes Ad .ij. dom ꝙ corpus formaf ꝑ figurā sicut ꝑ ꝓpriam terminationē. habitus aūt non est terminatio potentie sed ē dispositio ad actum sicut ad vltimū terminū. ⁊ ideo non possunt esse vnius potentie simul plures actus. nisi forte ꝺm ꝙ vnus comꝓbendit sub alio. sicut nec vnius corpis plures figure. vt ꝺm ꝙ vna est in alia sicut trigonū in tetragono. non enī pōt intellectus simul multa actu intelligere. potest tamen simul habitu multa scire.

Ad secundū sic ꝓcedit.

Videf ꝙ habitus non distinguanf ꝺm obiecta. Contraria enī sunt spē differētia. sed idē habitus scientie est ꝓtrarioꝝ. sicut medicina sani ⁊ egri. non ergo ꝺm obiecta speꝛcie differēta habitus distinguūf. Ꝓre. diuerse scientie sunt diuersi habitus. sed idem scibile ꝓtinet ad diuersas scientias. sicut terram esse rotundā ꝛdemonstrat naturalis ⁊ astrologus. vt dicit in .ij. phisi. ergo habitus nō distinguūtur ꝺm obiecta. Ꝓre. eiusdē actus est idem obiectum. sed idem actus potest ꝓtinere ad diuersos habitus ꝛvtutū. si ad diuersos fines referaf. sicut dare pecuniam alicui. si sit ꝓpter deū ꝓtinet ad charitatez. si ꝛo sit ꝓpter debitū soluendū. pertinet ad iusticiam. ergo etiā idē obiectum pōt ad diuersos habitus ꝓtinere. non ḡ est diuersitas habituū ꝺm diuersitatē obiectoꝝ. Sed ꝓtra. actus differunt spē ꝺm diuersitatē obiectoꝝ. vt supdictum est. sed habitus sunt dispositiones quedam ad actus. ergo etiam habitus distinguunf ꝺm diuersa obiecta. Rñ. dom ꝙ habitus ⁊ est forma quedā. ⁊ est habitus. pōt ergo distinctio habituū ꝺm spēm attēdi. aut ꝺm cōem modum q̄ formе spē distinguunf. aut ꝺm ꝓpriū modū distinctionis habituū. Distinguunf siquidē formе adinuicem ꝺm diuersa ꝓncipia activa. eo ꝙ oē agens facit simile ꝺm spēm. habitus aūt importat ordinē ad aliq̄d. oīa aūt que dicunf ꝺm ordinē ad aliq̄d. distinguūf ꝺm distinctionez eoꝝ ad que dicunf. Est aūt habitus dispositio quedā ad duo ordinata. s. ad naturā. ⁊ operationē ꝙsequentē naturā Sic igif ꝺm tria habitus specie distinguūf. vno quidem mō ꝺm ꝓncipia activa taliū dispositionū. alio ꝛo modo ꝺm naturā. tertio ꝛo modo ꝺm obiecta specie differētia. vt ꝑ sequētia explicabit. Ad .i. ergo dom ꝙ in distinctione potentiarū vel etiā habituū non est ꝙsiderandū ipsum obiectū materialiter sed ratio obiecti differens spē vel etiam genere. cuius aūt ꝓtraria specie differāt diuersitate rerū. tū eadem ratio est cognoscēdi vtrūq;. qz vnus per aliud cognoscitur. ⁊ ideo inquantū ꝙueniūt in vna rōne cognoscibilis. ꝓtinent ad vnū habitū cognoscitiuū Ad .ij. dom ꝙ terram esse rotundā per aliud medium ꝛdemōstrat naturalis. ⁊ ꝑ aliud astrologus. Astrologus enī hoc ꝛdemonstrat ꝑ media mathematica. sicut ꝑ figuras eclypsis vel ꝑ aliud huiusmodi. naturalis ꝛo hoc demonstrat per medium naturale. sicut per motū grauiū ad medium. vel per aliud hmōi. Tota aūt virtus ꝛdemōstrationis que est similiter faciens scire. vt dicit in .i. posterioꝝ. ꝛdependet ex medio. et ideo diuersa media sunt sicut diuersa ꝓncipia activa. ꝺm que habitus scientiarū diuersificanf. Ad .iij. dom. ꝙ sicut pbūs dicit in .ij. phisi. ⁊ in .vij. ethi. ita se hz finis in operabilibus. sicut ꝓncipium in ꝛdemōstrativis. ⁊ ideo diuersitas finiū diuersificat ꝛvtutes sicut ⁊ diuersitas activoꝝ ꝓncipioꝝ. sunt etiam ipsi fines obiecta actuū interiorum. qui maxime ꝓtinent ad ꝛvtutes. vt ex supdictis patet

Ad tertium sic ꝓcedit.

Videtur ꝙ habitus non distinguanf ꝺm bonū ⁊ malum Bonū enī ⁊ malū sunt ꝓtraria. sed idem habitus est contrarioꝝ. vt supra habitū est. ergo habitus nō distinguūf ꝺm bonū ⁊ malū. Ꝓre. bonū quertit cū ente. ⁊ sic cuz sit cōe omnibus non pōt sumi vt differētia alicuius speciei vt patet per pbūm in .ij. topicoꝝ. similiter etiā malū cum sit priuatio ⁊ non ens. non pōt esse alicuius entis differentia. non ergo ꝺm bonū ⁊ malū possunt habitus specie distingui. Ꝓre. circa idem subiectū ꝓtingit esse diuersos habitus malos. sicut circa ꝙcupiscētias intemperantiaz ⁊ insensibilitatē. ⁊ similiter etiā plures habitus bonos. s. virtutem humanā. ⁊ ꝛvtutē heroycam siue diuinā. vt patet per pbūm in .vij. ethi. nō ergo distinguunf habitus ꝺm bonum ⁊ malū. Sed ꝓtra est ꝙ habitui bono ꝓtrariatur habitui malo sicut virtus vitio. sed ꝓtraria sunt diuersa ꝺm speciē. ergo habitus differūt spē ꝺm differentiā boni et mali. Rñ. dom ꝙ sicut dictum est. habitus specie distinguūtur. non solum ꝺm obiecta ⁊ ꝓncipia activa. ꝺz etiam in ordine ad naturā. qđ quidē ꝓtingit dupliciter. Uno modo ꝺm ꝙuenientiā ad naturā vel etiam ꝺm discōuenientiam ab ipsa. ⁊ hoc modo distinguūf specie habitus bonus ⁊ malus. nam habitus bonus dicitur qui disponit ad actum ꝙuenientem nature agentis. habitus aūt malus dicitur qui disponit ad actum non ꝙuenientē nature. sicut actus ꝛvtutū nature bñane ꝙueniūt. eo ꝙ sunt ꝺm rōnez actus ꝛo vitioꝝ cū sint ꝺ rōnē. a natura bñana discordāt. et sic manifestū est ꝙ ꝺm differētiā boni ⁊ mali habitus spē distinguūf. Alio mō ꝺm naturā habitus distinguūf ex eo ꝙ habitus vnus disponit ad actū ꝙuenientē nature inferioꝝ. alius aūt habitus disponit ad actū ꝙueniētez nature superioꝝ. ⁊ sic ꝛvtus bñana q̄ disponit ad actū ꝙuenientem nature bñane distinguitf a dīna ꝛvtute vel heroyca. q̄ disponit ad actū ꝙueniētē cuidā superiori nature. Ad .i. ergo dom ꝙ ꝓtrarioꝝ pōt esse vnus habitus ꝺz ꝙ ꝓtraria cōueniūt in vna rōne. nō quātū ꝓtingit ꝙ habitus ꝓtrarij sint vnius spēi. ꝓtrarietas enī habituū est ꝺm ꝓtrarias rōnes. et ita ꝺm bonū ⁊ malū habitus distinguūf. inquātū vnus habitus ē bonus ⁊ alius ꝺm malus. nō aūt ex hoc ꝙ vnus ē boni ⁊ alius ē mali. Ad .ij. dom ꝙ bonū cōe oī enti nō ē differētia ꝓstituēs spēz alicuius habitus. ꝺz qđdā bonū determinatū qđ ē ꝺm ꝙueniētiā ad determinatā naturaz. s. bñanā. similiter etiā malū qđ ē ꝛia ꝓstitutiua habitus ñ ē ꝑuatio pura ꝺz ē aliq̄d determinatū repugnās determinate nate. Ad .iij. dōz ꝙ plures habitus boni circa idē spē distinguūf ꝺm ꝙuenientiā ad diuersas natas. vt dictū ē. plures ꝛo habitus mali

distinguunt circa idem agendū ſm diuersas repugnantias ad id quod est ſm naturam sicut vni virtuti contrariatur diuersa vitia circa eandez materiam.

Ad quartuz sic procedit.

Videt q̄ vnus habitus ex pluribus habitibus ꝓstituat. illud enī cuius generatio non simul perficit. sed successiue videtur ꝓstitui ex pluribus partib⁹. sed generatio habitus non est simul sed successiue ex plurib⁹ actibus. vt supra habituum est. ergo vnus habit⁹ ꝓstituit ex plurib⁹ habitibus. ℣re. ex partibus ꝓstituit totū. sed vni habitui assignant multe partes. sicut Tullius ponit multas partes temperantie. et aliarū virtutum. ergo vnus habitus ꝓstituit ex pluribus. ℣ref. de vna sola ꝓclusione potest sciētia haberi actu et habitu. sed multe cōclusiones pertinent ad vnā sciennā totam. sicut ad geometriam vel arismetricā. ergo vnus habit⁹ ꝓstituit ex multis.

℣ Sed ꝓtra. habitus cū sit qualitas quedam est forma simplex sed nullum simplex ꝓstituit ex plurib⁹. ergo vn⁹ habitus non ꝓstituit ex plurib⁹ habitib⁹. ℣ Rñ. dicz q̄ habitus ad operationem ordinatus de quo nūc principaliter intendimus. est perfectio quedam potentie. oīs autem perfectio ꝓportionat suo perfectibili. vnde sicut potētia cuz sit una ad multa se extendit ſm q̄ queunt in vno aliq̄. id ē in generali quadā ratione obiecti. Ita etiam habitus ad multa se extendit ſm q̄ habent ordinē ad aliquod vnum pura ad vnā specialem rationē obiecti. vel vnam naturā. vel vnū principiū. vt ex supradictis patet. Si igitur ꝓsideremus habitum ſm ea ad que se extendit. sic inuenimus in eo quandā multiplicitatē. sed quia illa multiplicitas est ordinata ad aliquid vnū. ad quod principaliter respicit habitus. inde est q̄ habitus est qualitas simplex nō ꝓstituta ex plurib⁹ habitib⁹. etiam si ad multa se extēdat non enī vnus habit⁹ se extēdit ad multa nisi in ordine ad vnū. ex quo hz vnitatē. ℣ Ad. 1. ergo dicm q̄ successio in generatiōe habitus nō ꝓuenit ex hoc q̄ pars eius generetur post partem. sed ex eo q̄ subiectū nō statim ꝓsequitur dispositionē firmā et difficile mobilē. et ex eo q̄ primo imperfecte incipit esse in subiecto. et paulatim perficit. sicut etiā est de aliis qualitatib⁹. ℣ Ad. ij. dicm q̄ partes que singulis virtutib⁹ cardinalib⁹ assignant non sunt partes integrales ex quibus ꝓstituat totum. sed partes subiectiue sive potētiales. vt infra patebit. ℣ Ad. iij. dicm q̄ ille q̄ in aliqua sciētia acq̄rit p demōstrationē sciētiā ꝓclusionis vnius. habet quidē habitū sed imperfecte. cū no acq̄rit per aliquam demonstrationē sciennā ꝓclusionis alterius. nō aggenerat in eo ali⁹ habit⁹ sz habit⁹ q̄ pri⁹ merat fit perfecti or. vtpote ad plura se extendens. eo q̄ ꝓclusiones et demōstratiōes vnius scientie ordinate sunt. et vna derivatur ex alia.

Questio LV

Consequēter ꝓsidez

randum est de habitibus in speciali. Et quia habitus vt dictum est. distinguunt per bonum et malum. primo dicendū est de habitibus bonis q̄ sunt virtutes. et alia eis adiuncta. s. dona. beatitudines. fructus. 2° de habitib⁹ malis. s. de viciis et peccatis. Circa virtutes aūt q̄nq̄ ꝓsideranda sunt. p° de essentia virtutis. 2° de subiecto eius. 3° de diuisiōe virtutū. 4° de causa virtutis. 5° de q̄busdā ꝓprietatib⁹ virtutis. Circa primū queritur quattuor. p° vtr virtus būana sit habit⁹. 2° vtr sit habit⁹ operatiu⁹. 3° vtr sit habitus bon⁹. 4° d diffinitiōe virtutis.

LV

Ad primū sic procedit

Videtur q̄ virtus būana non sit habit⁹. Virtus enī est vltimū potentie. vt dicitur in. i. de celo. sed vltimū vnius cuiuscz reducitur ad genus illud cuius est vltimū. sic pūctum ad genus linee. ergo virtus reducitur ad gen⁹ habitus. ℣re. Aug. dicit in. ij. de li. arbi. q̄ virtus est bonus vsus liberi arbitrij. sed vsus liberi arbitrij est actus. ergo virtus non est habitus sed actus. ℣ref. habitib⁹ non meremur. sed actibus. alioq̄n homo mereret ꝓmisse etiā dormiendo sed virtutib⁹ meremur. ergo virtutes nō sunt habitus sed actus. ℣re. Aug. dicit in libro de moribus eccl̄esie. q̄ virtus est ordo amoris. et in lib°. lxxxij. q. dicit q̄ ordinatio que virtus vocatur est fruēdis fruendis et vtēdis vtendis ordo aūt seu ordinatio notat vel actum vel relationē. ergo virtus non est habitus. sed actus vel relatio. ℣ref. sicut inueniunt virtutes būane ita et virtutes naturales. sed virtutes naturales non sunt habitus sed potētie quedam ergo etiam nec virtutes būane. ℣ Sed ꝓtra est q̄ pbūs in libro p̄dicamentoz sciētiā et virtutē ponit esse habitus.

℣ Rñ. dicm q̄ virtus notat quandā potentie perfectionez vnius cuiuscz enī perfectio precipue ꝓsideratur in ordine ad suū finem. finis aūt potētie actus est. vnde potentia dicit esse perfecta ſm q̄ determinat ad suū actum. Sūt aūt quedam potentie que ſm seipsas sunt determinate ad suos actus. sicut potentie naturales actiue. et ideo hmōi potētie naturales ſm seipsas dicunt virtutes. potētie aūt rationales que sunt ꝓprie hoīs. nō sunt determinate ad vnuz. sed se habent indeterminate ad multa. determinant aūt ad act⁹ per habitus. sicut ex supradictis patet. et ideo virtutes būane habitus sunt. ℣ Ad. i. g̃ dicm q̄ qñq̄ virtus dicit id ad quod est virtus. s. vel obiectū virtutis. vel actus eius. sicut fides dicit qñq̄ id qd̄ creditur. qñq̄ ipsum credere. qñq̄ autem ipse habitus quo creditur. vñ qñ dicit q̄ virtus ē vltimū potētie. sumit virtus ꝓ obiecto virtutis. id enī in q̄ vltimo potentia esse pōt. est id ad quod dicit virtus rei. sicut si aliq̄s pōt ferre centū libras et nō plus. virtus eius ꝓsideratur ſm centum libras. nō aūt ſm. lx. obiectio aūt procedebat ac si essentialiter virtus esset vltimū potentie. ℣ Ad. ij. dicm. q̄ bonus vsus liberi arbitrij dicit esse virtus ſm eandem rationē. quia. s. est id ad quod ordinatur virtus sicut ad ꝓprium actum. nihil est enī aliud actus virtutis q̄z bonus vsus liberi arbitrij. ℣ Ad. iij. dicm q̄ aliqua dicunt mereri dupliciter. Uno modo sicut ipso merito. eo mō quo dicimur currere cursu. et hoc mō mereri actibus est. Alio modo dicim⁹ mereri aliquo sicut ꝓncipio merēdi sicut dicim⁹ currere potētia motiua. et sic dicim⁹ mereri virtutibus et habitibus. ℣ Ad. iij. dicm q̄ vt⁹ dicit ordo vel ordinatio amoris. sicut id ad quod ē virtus. per virtutē enī ordinat amor in nobis. ℣ Ad. v. dicm q̄ potentie naturales sunt de se determinate ad vnū non autem potentie rationales. et nō non est simile vt dictum est.

Ad secundū sic procedit.

Videt q̄ nō sit de rōne virtutis būane q̄ sit habit⁹ operatiuus. Dicit enim Tullius in. iij. de tusculanis questionibus. q̄ sicut est sanitas et pulchritudo corporis. ita est virtus anime. sed sanitas et pulchritudo non sunt habitus operatiui. ergo nec etiam virtus. ℣ Preterea. in rebus naturalibus inuenitur virtus. non soluz ad agere sed etiam ad esse. vt patet ꝓ phm in. i. de celo. q̄ quedam habēt virtutez vt sint semp. quedā vo non ad hoc q̄ sint

semp, sed aliquo tpe determinato. sed sicut se hz virt⁹ naturalis in rebus naturalib⁹, ita se hz virtus hūana in rō nalibus. ergo etiā ꝟtus hūana non solū est ad agere sz etiam ad esse. ℞ñ. phūs dicit in. vij. phisi. q ꝟtus ē dispositio pfecti ad optimū. optimū aūt ad qđ hoiem oportet disponi per ꝟtutem est ipse deus. vt pbat Aug. in libro. ij. de moribꝰ eccleſie. ad quē disponit aīa p assimilationem ad ipsum. ergo videt q virt⁹ dicat qualitas quedam aīe in ordine ad deū tanqz assimilatiua ad ipsum. ñ autem in ordine ad opationē. nō igit est habit⁹ opatiuus

Sed ꝓtra est qđ phūs dicit in. ij. ethi. q ꝟtus vnius cuiusqz rei est que opus eius bonū reddit. ℞ñ. dōm. q ꝟtus ex ipsa ratione noīs importat quandā pfectionē potentie. vt supdictū est. vnde cū duplex sit potētia. s. potentia ad esse. z potētia ad agere. vtriusqz potētie pfectio ꝟtus vocatur. sed potentia ad esse se tenet ex parte materie. que est ens in potentia. potentia autez ad agere se tenet ex parte forme. que ē principiū agēdi. eo q vnūqqz agit inquantū est actu. in pstitutiōe aūt hoīs corpus se tenet sicut materia. anima ꝟo sicut forma. z quantū qdem ad corpus homo cōicat cū alijs aīalibus. z similiter quantū ad vires que sunt aīe z corpori cōes. sole aūt ille vires que sūt ꝓprie anime. s. rōnales sunt hoīs tm. z ideo virtus hūana de qua loquim nō pōt ptinere ad corpus. sed ptinet tm ad id quod ē ꝓprium anime. vnde ꝟtus hūana nō importat ordinē ad esse sed magis ad agere. z ideo de ratione ꝟtutis hūane ē q sit habitus opatiuus. Ad i. ergo dōm q modus actionis sequit dispositionē agentis. vnūquodqz enī quale est talia opatur. z ideo cū virt⁹ sit ꝓncipiū aliqualis operationis. oportet q in opante pre existat fm ꝟtutem aliqua pformis dispositio. facit autez ꝟtus operationem ordinatā. z ideo ipsa virtus est quedaz dispositio ordinata in anima. fm. s. q ꝓprie potētie aīe ordinantur aliqualit adinuicez. z ad id quod est extra. z iō ꝟtus inquantū est quedam conueniens dispositio aīe. assimilat sanitati z pulcritudini. que sunt debite dispositiones corpis. sed per hoc non excludit q̄n virtus etiā sit operationis ꝓncipium. Ad. ij. dōm q ꝟtus que est ad esse nō est ꝓpria hoīs. sed solū ꝟtus que est ad opera rationis. que sunt ꝓpria hoīs. Ad. iij. dōm q cū dei substātia sit eius actio summa assimilatio hoīs ad deū est fm aliquā operationez vnde sicut supdictū est. felicitas siue beatitudo per quaz homo deo maxime pformat. que est finis humane vite in operatione ꝓsistit.

Ad tertium sic procedit.

Videtur q non sit de ratione virtutis q sit habitus bonus. Peccatum enī in malo semp sumitur. sed etiā peccati est aliqua virtus. fm illud. i. ad Corinth. xv. Virtus peccati lex. ergo virtus non semper est habitus bonus.

℞. virtus potentie respondet. sed potentia non solum se habet ad bonū. sed etiam ad malum. fm illud Esa. v. Ve qui potentes estis ad bibendū vinum. z viri fortes ad miscendum ebrietatem. ergo etiam virtus se habet et ad bonū z ad malum. ℞. fm aplm. ij. ad Corinth. xij. Virtus in infirmitate perficitur. sed infirmitas est quodam malum. ergo virtus non solum se habet ad bonum sed etiam ad malum. Sed ꝓtra est quod Aug. dicit in lib⁰ de moribus ecclesie. Nemo autem dubitabit q ꝟtus animā facit optimā. z pbūs dicit in. ij. ethi. q virtus est que bonū facit habentē. z opus eius bonū reddit. ℞ñ. dōm q sicut supradictū est. ꝟtus importat pfectionē potentie. vñ ꝟtus cuiuslibet rei determinat ad vltimum illud quod res pōt. vt dicit in. i. de celo. vltimū aūt in qđpyna queqz potentia pōt. oportet q sit bonū. nam oē malū defectū quēdā importat. vñ Diony. dicit in. iij. c. de di. no. q oē malū est infirmū. z ꝓpter hoc oportet q ꝟtus cuiuslibet rei dicat in ordine ad bonū. vñ ꝟtus hūana q̄ est habitus opatiuus. est bonꝰ habitus. z boni opatiuꝰ. Ad i. ergo dōz q sicut pfectū. ita etiā z bonū dicit metaphorice in malis. Dicit enī z pfectus fur siue latro. z bonus fur siue latro. vt patet p phūm in. v. metaphi. fm hoc ergo etiā ꝟtus metaphorice in malis dicit. z sic ꝟtus peccati dicit lex. inquantū. s. p legē occasionalit est pctm augmentatū. z quasi ad maximū suū posse puenit. Ad. ij. dōm q malū ebrietatis z nimie potatiōis ꝓsistit in defectu ordinis z rationis. Contingit aūt cū defectu rōnis esse aliquā potentiā inferiorē pfectā ad id qđ est sui generis. etiā cū repugnantia vel defectu rōnis. pfectio aūt talis potentie cū sit cū defectu rōnis nō posset dici virtus humana. Ad. iij. dōm q tanto ratio pfectior esse ostendit quanto infirmitates corpis z inferiorꝫ partiū magis pōt vincere seu tolerare. z ideo ꝟtus hūana que rationi attribuitur. i. infirmitate pfici dicit. non quidē rōnis. sed i infirmitate corporis z inferiorꝫ partium.

Ad quartuz sic procedit.

Videt q nō sit ꝙueniēs diffinitio ꝟtutiz q̄ solet assignari s. ꝟtus est bona q̄litas mētis qua recte viuit. qua nullus male vtit. quā deus in nobis sine nobis opat. ꝟtus enīz ē bonitas hoīs. ipsa enī est que bonū facit habentē. sed bonitas nō videt esse bona. sicut nec albedo ē alba. igit in cōuenienter dicit q ꝟtus ē bona qualitas. ℞. nulla differentia ē cōior suo genere. cū sit generis diuisiua. sed bonū est cōmunior q̄z qualitas. Quelibet enī cū ente. ergo bonū non debet poni in diffinitione virtutis vt differentia q̄litatis. ℞. sicut Aug. dicit in. xij. de trini. vbi primo occurrit aliq̄d qđ non sit nobis pcōzibusqz cōe illud ad mentem pertinet. sed quedā virtutes sunt etiam irrōnabiliū partium. vt phūs dicit in. iij. ethi. non ergo omnis virtus est bona qualitas mentis ℞. rectitudo videtur ad iusticiā pertinere. vnde idem dicunt recti z iusti. sz iusticia ē spes ꝟtutis. incōuenienter ergo ponit rectū in diffinitione ꝟtutis. cū dicit qua recte viuit. ℞. q̄cunqz superbit de aliquo. male vtit eo. sed multi superbiūt de ꝟtute. dicit enī Aug. in regula q superbia etiā bonis opib⁹ insidiat vt pereant. falsum ē q̄ dicit q nemo ꝟtute male vtatur. ℞. hō p ꝟtutē iustificat. sed Aug. dicit super illud Jo. Maiora hoz faciet. q creauit te sine te nō iustificabit te sine te. inconueniēnter q̄ dicit q ꝟtutē deus in nobis sine nobis operat. Sed ꝓtra ē auctoritas Aug. ex cui⁹ ꝟbis supdicta diffinitio colligit. z ꝑcipue in. ij. de lib⁰ arbi.

℞ñ. dōm q ista diffinitio pfecte complectit totaz rationē virtutis. pfecta enī ratio vniuscuiusqz rei colligit ex oīb⁹ causis eius. Comprehendit aūt supdicta diffinitio oēs causas ꝟtutis. causa nanqz formalis ꝟtutis sicut et cuiuslibet rei accipitur ex eius genere z differētia. cū dicitur bona qualitas. genus enī ꝟtutis qualitas est. differentia aūt bonū. esset tn ꝙueniētior diffinitio si loco q̄litatis habit⁹ poneret. q̄ est gen⁹ ꝓpinquū. ꝟt⁹ aūt nō hz materiā ex q̄. sicut nec alia accidētia. ꝛz hz materiā circa quaz et materiā in q̄. s. subiectū. materia aūt circa quā ē obiectū virtutis quod non potuit in predicta diffinitione poni. eo q per obiectum determinat virtus ad spēm. hic autez

assignaf diffinitio vtutis in cõi.vñ ponif subiectuz loco cause materialis.cũ dicif q ẽ bona ql̃itas mẽtis.finis autem vtutis cũ sit habit9 opatiu9 est ipsa opatio.Sed notandũ q habituũ opatuoz aliqui sunt semp ad malũ.sicuti habit9 vitiosi.aliq vo qñqz ad bonũ 7 qñqz ad malũ sicut opinio se habet ad verũ 7 ad falsum.vtus aũt ẽ habitus semp se bñs ad bonuz.7 ideo vt discernaf vtus abbis que se semp bñt ad malũ dicif qua recte viuif.vt aũt discernaf ab bis que se bñt qñqz ad bonũ.qñqz ad malũ dicif qua nullus male vtif.Causa aũt efficiẽs vtutis infuse de qua diffinitio daf.deus ẽ.ppq dicif.quã deus in nobis sine nobis opaf.que quidẽ pticula si auferaf.reliquũ diffinitionis erit cõe oib9 vtutib9.7 acqsitis.7 infusis. Ad.1.ergo dom q id qd primo cadit i intellectu est ens.vñ vnicuiqz apprehẽso a nobis.attribuimus q sit ens.7 p qsequẽs q sit vnũ 7 bonũ.que quertunf cũ ente vñ dicim9 q essentia ẽ ens 7 vna 7 bona.7 q vnitas est ens 7 vna 7 bona.7 similif de bonitate.nõ aũt boz locum in specialibus formis.sicut ẽ albedo 7 sanitas.nõ.nõẽ qd apprehẽdim9 sub ratione albi 7 sani apprehẽdimus sed tñ qsiderandũ q sicut accidẽtia 7 forme subsistentes dicunf entia.nõ q ipsa habeãt esse sed q eis aliqd ẽ.ita etiã dicunf bona vel vna.nõ quidẽ aliq alia bonitate vel vnitate.sed q ẽ eis aliqd bonũ vel vnuz.sic igif 7 vtus dicif bona.q in ea aliqd ẽ bonũ. Ad.q.dom q bonuz qd ponif in diffinitiõe vtutis nõ est bonũ cõe qd quertif cũ ente.7 est in plus qz qualitas.sed ẽ bonũ rõnis.fm q Dion9 dicit in.iiij.c.de diui.no.q bonũ aie ẽ fm rõnem esse. Ad.iq.dom q vtus nõ põt esse in irrõnali pte aie nisi inquãtũ pticipat rõnẽ vt dicif in.i.ethi.7 iõ rõ siue mens est pprie subiectum vtutis hũane. Ad.iij.dom. q iusticie est pprie rectitudo q qstituif circa res exteriores q in vsum hois veniũt:que sunt pprie materia iusticie.vt infra patebit.sed rectitudo q importat ordinẽ ad finem debitũ.7 ad legẽ dinã.que ẽ regula volũtaz hũane vt supra dictũ est.cõis est oi vtus. Ad.v.dom q vtute põt aliqs male vti tanqz obiecto.puta cuz male sentit de vtute cũ odit eã.vel superbit de ea.nõ aũt tanqz principio vsus.ita.s.q malus sit actus vtutis. Ad.vi.dom q vtus infusa causaf in nob a deo sine nob agẽtib9.nõ tamen sine nob qsentib9.7 sic ẽ intelligẽdũ qd dicif.quã deus in nob sine nobis opaf.que vo p nos agũf.deus in nob causat nõ sine nobis agẽtib9.ipse enim opaf in oi voluntate 7 natura.

Questio LVI

Circa hanc qsiderandũ

est de substãtia vtutis.7 circa hoc querũf sex
p° vtrũ vtus sit in potẽtia aie sicut in subiecto.2° vtrũ vna vtus possit esse in pluribus potentijs.3° vtrũ intellectus possit esse subiectũ vtutis.4° vtrũ irascibilis 7 qcupiscibilis.5° vtrũ vires apprehẽsiue sensitiue.
6° vtrũ voluntas.

Ad primũ sic proceditur

Videtur q virtus non sit in potentia anime sicut in subiecto.Dicit enim Augustin9 in.vj.de lib° arbi.q virtus ẽ qua recte viuitur.viuere autem non est per potentiã anime sed per eius essentiam.ergo virtus non est in potentia anime sed in eius essentia. Pre.phũs dicit in.vj.ethi.virtus est que bonũ facit habentez.7 opus eius bonum reddit.sed sicut opus qstituitur per potentiam.ita habens virtutem qstituitur per essentiã anime.ergo virtus non magis pertinet ad potentiam anime qz ad eius essentiam. Pre.potentia est in secũda specie qualitaf virtus autem est quedam qualitas.vt supra dictum est.ql̃itatis autem non est qualitas.ergo virtus non est in potentia anime sicut i subiecto. Sed ctra.vir9 ẽ vltimũ potentie.vt dicitur in.i.de celo.sed vltimũ est in eo cuius est vltimũ.ergo virtus est in potentia anime. Rñ.dicendũ q virtutem ptinere ad potentiã anime ex trib9 pte st esse manifestũ.Primo quidem ex ipsa ratione virtutis.que importat pfectionem potentie.perfectio autem ẽ in eo cuius est perfectio.Secundo ex eo q est habit9 operatiuus vt supradictum est.oĩs autem opatio est ab aĩa per aliquam potentiaz.Tertio ex hoc q disponit ad optimũ.optimũ autem est finis.qui vel est operatio rei.vl aliquid qsecutum per opationem a potentia egredientẽ, vnde virtus humana est in potentia anime sicut in subiecto. Ad.i.ergo dom q viuere dupliciter sumif.Qñqz enim dicitur viuere ipsum esse viuentis.7 sic pertinz ad essentiam anime que est viuenti essendi pncipium.Alio modo viuere dicitur operatio viuentis.7 sic virtute recte viuitur.inquantum per eam aliquis recte operatur. Ad.ij.dom q bonũ vel est finis vel in ordine ad finez dicitur.7 ideo cum bonũ operantis qsistat i operatione.hoc etiam ipsum q virtus operantem bonũ facit refert ad operationem.7 per qsequẽs ad potentiam. Ad.iij.dom. q vnũ accidens dicitur esse in alio sicut in subiecto.nõ q accidens per seipsum possit sustentare aliud accidens.sed quia vnũ accidẽs inheret subiãtie mediãte alio accidente.vt color corpori mediante superficie.vnde superficies dicitur esse subiectũ coloris.7 eo modo potentia anime dicif esse subiectum vtutis.

Ad secũdũ sic proceditur.

Videf q vna virtus possit esse in duab9 potentijs.Habitus enim cognoscunf per actus.sed vnus actus progreditur diuersimode a diuersis potentijs.sicut ambulatio,procedit a ratione vt a dirigente.a volũtate sicut a mouente. et a potẽtia motiua sicut ab exequẽte.ergo etiã habitus vnius vtutis potest esse in plurib9 potentijs. Pre. phũs dicit in.vj.ethi.q ad vtutẽ tria requirũf.s.scire.velle.7 ĩmobiliter opari.sed scire ptinet ad intellectũ.velle ad volũtatẽ.ergo virtus potest esse in pluribus potentijs. Pre.prudentia ẽ in ratiõe.cũ sit recta ratio agibiliũ. vt dicif in.vi.ethi.est etiã in volũtate.q nõ põt esse cuz voluntate puersa.vt in eodem libro dicif.ergo vna virtus põt esse in duab9 potẽtijs. Sed ctra. virtus est in potẽtia aie sicut in subiecto.sed idẽ accidẽs nõ põt esse in plurib9 subiectis.q vna virtus nõ põt esse in plurib9 potentijs aie. Rñ.dom q aliqd esse i duob9 qngit dupliciter.Uno mõ sic q ex eq sit in vtroqz.7 sic impossibile est vnã vtutẽ ee in duab9 potẽtijs.qz diuersitas potẽtiarũ attendif fm generales qditiones obiectoz. diuersitas aũt habituũ fm speciales.vñ vbicũqz ẽ diuersitas potentiarũ.est diuersitas habituũ.sz nõ quertif. Alio mõ põt ee aliqd in duob9 vel plurib9.nõ ex eq sz ordine qdã.7 sic vna vtus ptinere põt ad plures potẽtias.ita q ĩ vna sit pncipalif.7 se extẽdat ad alias p modũ diffusiõis.vel per modũ dispositiõis.fm q vna potẽtia mouef ab alia.7 sz q vna potẽtia accipit ab alia. Ad.i.q dom q idẽ actus nõ põt eqliter 7 eodẽ ordine ptinere ad diuersas potentias sed fm diuersas rõnes 7 diuerso ordine. Ad.ij.dom. q scire exigitur ad virtutẽ moralẽ.inquãtũ virt9 moralis

oꝑaf ſm rōnem rectā.ſz eſſentialiter in appetēdo ⁊tus moralis conſiſtit. Ad.iij.dō.q̄ prudētia realiter ē in rōe ſicut in ſubiecto.ſz p̄ſupponit rectitudinē voluntatis ſicut principium.vt infra videf.

Ad tertium ſic procedit

Videf q̄ intellectus nō ſit ſubiectū ⁊tutis. Dic.n.Aug in li.de moribus eccle.q̄ oīs ⁊tus ē amor.ſubiectū autez amoris nō ē intellectus ſz ſolū vis appetitiua.g̃ nulla ⁊tus ē in ītellectu. Pre.Virtus ordinaf ad bonū .ſic ex ſup̄ dictis pz.bonū aūt nō eſt obiectū intellectus ſz appetitiue ⁊tutis.g̃ ſubiectū ⁊tutis nō eſt intellectus ſz appetitiua ⁊tus. Pre.Virtus ē q̄ bonū facit hītem.vt phūs dicit.ſed habitus pficiens intellectū nō facit bonū hītem non.n.ꝓpter ſciam vel artem dr homo bonus.g̃ intellect⁹ nō eſt ſubiectum ⁊tutis. Sed contra ē q̄ mens maxie dr intellectus.ſubiectum autem virtutis eſt mens. vt pz ex diffinitōne virtutis ſupra inducta.ergo intellectus eſt ſubiectum virtutis. Rñ.dō.q̄ ſicut ſupra dictum eſt. virtus eſt habitus quo aliquis bene vtif. Dupl'r autem habitus aliquis ordinaf ad bonum actum. Uno mō inq̄ꝝ tum p̄ hmōi habitum acquirif homini facultas ad bonuz actum.ſicut p̄ habitum grammatice habet homo facultatem recte loquendi.non tñ grammatica facit vt homo ſp recte loquaf.poteſt.n.grammaticus barbarizare aut ſoloeciſmum facere.⁊ eadem ratio eſt in aliis ſcientiis⁊ artib⁹. Allio modo aliquis habitus nō ſolū facit facultatem agēdi.ſed etiam facit q̄ aliquis recte facultate vtaf. ſicut iuſticia non ſolū facit q̄ homo ſit ꝓmpte voluntatis ad iuſta operandum.ſed etiam facit vt iuſte operetur. Et quia bonum ſicut ⁊ ens non dr ſimpliciter aliquid ſecundum id quod eſt in potentia.ſed ſecundum id quod eſt in actu. ideo ab huiuſmodi habitibus ſimpliciter dr homo bonū operari ⁊ eſſe bonus.puta quia eſt iuſtus vel temperatus. ⁊ eadem ratio eſt de ſimilibus. Et quia virtus eſt que bonum facit habentem.⁊ opus eius bonuz reddit. huiuſmodi habitus ſimpliciter dicunf virtutes.quia reddunt bonum opus in actu.⁊ ſimpliciter faciunt bonum habentē. Primi vero habitus non ſimpliciter dicunf virtutes. qr non reddunt bonum opus niſi in quadam facultate. nec ſimpliciter faciunt bonum habentem.non.n.dr ſimpliciter aliquis homo bonus ex hoc q̄ eſt ſciens vel artifex.ſed dr bonus ſolum ſm quid.puta bonus grammaticus aut bonus faber.⁊ ꝓter hoc plerumq̄ ſcientia⁊ ars contra virtutem diuidif.q̄q̄ autem virtutes dicunf.vt pz̄ſ.vi. etbi. Subiectum igif habitus qui ſm quid dr virtus poteſt eſſe intellectus.non ſolum practicus ſed etiam intellectus ſpeculatiuus abſq̄ omni ordine ad voluntatem. ſic enī phūs in.vi.etbi.ſcientiam ſapientiam⁊ intellectum. ⁊ etiam artem ponit eſſe intellectuales virtutes. Subiectum vero habitus qui ſimpliciter dr virtus. non poteſt eſſe niſi voluntas vel aliqua potentia ſm q̄ eſt mota a voluntate. Cuius rō eſt.quia voluntas mouet omnes potētias que aliqualiter ſunt rōnales ad ſuos actus. vt ſupra habitū eſt.⁊ ideo q̄ homo actu bñ agat.contingit ex hoc q̄ hō hz bonā voluntatē.vñ virtus qui bñ facit agere in actu.nō ſolū in facultate oportet q̄ vel ſit in ipa volūtate.vl' in aliq̄ potētia ſm q̄ ē a voluntate mota.ꝓtingit aūt intellectū a voluntate moueri ſic⁊ alias potētias. ꝓſiderat.n. aliquis aliqd actu eo q̄ vult.⁊ iō intellectus ſm q̄ hz dr dinē ad voluntatē.pōt eſſe ſubiectū ⁊tutis ſimpl'r dicte. ⁊ hoc mō intellectus ſpeculatiuus vl' rō ē ſubiectū fidei. mouef n.intellectus ad aſſentiendū his q̄ ſunt fidei ex imperio volūtatis.nullus.n.credit niſi volēs.intellectus ⁊o p̄ticus ē ſubiectū prudētie.cū.n.prudētia ſit recta rō agibiliū.requirif ad prudētiā q̄ hō ſe bñ hēat ad principia h⁹ rōis agendor.q̄ ſunt fines ad qs bñ ſe hz hō p̄ rectitudinē volūtatis.ſic ad principia ſpeculabiliū p̄ naturale lumē intellectus agētis. Et iō ſicut ſubiectū ſcie q̄ eſt rō recta ſpeculabiliū eſt intellectus ſpeculatiuus in ordine ad intellectū agentē.ita ſubiectū prudētie ē intellectus p̄ticus in ordine ad voluntatē rectā. Ad.i.g̃ dō. q̄ verbū Aug.intelligendū eſt de virtute ſimpl'r dicta.nō q̄ oīs talis virtus ſit ſimpl'r amor.ſz qr dependet aliq̄liter ab amore inq̄ꝝtū dependet a voluntate.c⁹ prima affectio eſt amor vt ſup̄ dictū ē. Ad.ij.dō.q̄ bonū vniuſcuiuſq̄ ē finis eius.⁊ iō cū vez ſit finis intellectus.cognoſcere vez ē bonus actus intellectus.vñ habitus pficiens intellectū ad verum cognoſcendum. vel in ſpeculatiuis.vel in practicis dr virtus. Ad.iij.dō.q̄ ratio illa ꝓcedit de virtute ſimpliciter dicta.

Ad quartum ſic procedit

Videf q̄ iraſcibil' ⁊ concupiſcibil' nō poſſint eē ſubiectū virtutis. Hmōi.n.vires ſunt cōes nobis ⁊ brutis. ſed nunc loquimur de ⁊tute ſm q̄ ē ꝓpria hoī.ſic.n.dr virtus hūana.nō igif hūane virtutis pōt eſſe ſubiectum iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis.q̄ ſunt p̄tes appetitus ſenſitiui.vt in ꝓmo dictū ē. Pre.appetitus ſenſitiuus ē vis vtens organo corpali.ſz bonū virtutis nō pōt eſſe in corpe hois. Dicit enī apl's Ro.vij.Scio q̄ nō habitat in carne mea bonū. g̃ appetitus ſenſitiuus nō pōt eſſe ſubiectū virtutis. Pre.Aug⁹.ꝓbat in li.de moribo eccle.q̄ virtus nō eſt in corpe.ſz in aīa.eo q̄ p̄ aīaz corpus regif.vñ q̄ aliqs corpe bñ vtaf totū refert ad aīaz.ſicut ſi mihi auriga obtēperans eqs quibo p̄eſt recte regit. hoc totum mihi vebef.ſed ſicut anima regit corpus. ita etiam rō regit appetitum ſenſitiuum.ergo totum rōnali p̄ri vebef q̄ iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis recte reganf.ſed virtus eſt qua recte viuif. vt ſup̄ dictum eſt.virtus igif non eſt in iraſcibili ⁊ concupiſcibili.ſed ſolum in parte rōnali. Pre.Principalis actus virtutis moralis eſt electio.vt dr in.vij.etbic. ſed electio non eſt actus iraſcibilis vel concupiſcibilis.ſed rōnis. vt ſupra dictum eſt.ergo virtus moralis non eſt in iraſcibili ⁊ concupiſcibili.ſed in ratione. Sed contra eſt q̄ fortitudo ponif eſſe in iraſcibili.temperantia autem in concupiſcibili.vnde philoſophus dicit in.iij.etbico.q̄ he virtutes ſunt irrōnabilium p̄tium. Rñ.dō.q̄ iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis dupliciter conſiderari poſſunt. Uno mō ſm ſe inquantum ſunt partes appetitus ſenſitiui. ⁊ hoc modo competit eis q̄ ſint ſubiectum virtutis. Allio mō poſſunt conſiderari inquantum participant rationem. per hoc q̄ nate ſunt rationi obedire ⁊ ſic iraſcibilis vel concupiſcibilis poteſt eſſe ſubiectum virtutis humane.ſic.n.eſt principium hūani actus. inq̄ꝝtuz participat rōnem.⁊ in his potentiis neceſſe eſt ponere virtutes. q̄.n.in iraſcibili ⁊ concupiſcibili ſint alique virtutes patet. actus enim q̄ progreditur ab vna potentia ſecundum q̄ eſt ab alia mota non poteſt eſſe p̄fectus niſi vtraq̄ potentia ſit bene diſpolita ad actum.ſicut actus artificis non poteſt eſſe congruus niſi etiam arti ex ſit bene diſpoſitus ad agendum. ⁊ etiam ipſum inſtrumentum. In his igitur circa que operatur iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis ſecundum q̄ ſunt a rōne mote.neceſſe eſt vt aliquis habitus perficiens ad bene

agendū sit nō solū in rōe. sz etiā in irascibili ⁊ concupiscibili. Et quia bona dispositio potentie mouentis mote attendit ſm conformitatē ad potentiam mouentem. ⁊ ideo ⁊tus que est in irascibili ⁊ concupiscibili nihil aliud ē q̄ quedam habitualis conformitas istaꝝ potentiaꝝ ad rōnez

Ad i ergo dō. q̄ irascibilis ⁊ concupiscibilis ſm se considerate, ꝓut sunt partes appetitus sensitiui, communes sunt nobis ⁊ bꝛutis. sed ſm q̄ sunt rōnales p̄ participationem ⁊t obedientes rōni. sic sunt ꝓprie hominis. ⁊ hoc modo possunt esse subiectum ⁊tutis humane.

Ad ij. dō. q̄ sicut caro hominis ex se quidem non habet bonum ⁊tutis. fit tamen instrumentum ⁊tuosi actus inq̄ntum mouente ratione membꝛa nostra exhibemus ad seruiendum iusticie. Ita etiam irascibilis ⁊ concupiscibilis ex se quidem non habent bonum ⁊tutis. sed magis infectionem fomitis. inquantum vero conformant rationi. sic in eis aggenerat bonum ⁊tutis morꝛalis.

Ad iij. dō. q̄ alia ratione regit coꝛpus ab anima ⁊ irascibilis ⁊ concupiscibilis a ratione. coꝛpus. n. adunitum obedit aīe absq̄ contradictione in bis in quibus natum est ab anima moueri. vñ pbūs dicit in. i. poli. q̄ anima regit coꝛpus despotico pꝛincipatu. i. sicut dominus seruum. ⁊ ideo totus motus coꝛpis referꝛ ad animam. ⁊ ꝓpter hoc in coꝛpe non est ⁊tus. sed solum in anima. sed irascibilis ⁊ concupiscibilꝫ non obediunt ad nutum rōni. sed habent ꝓpꝛios motus suos quibus interdum rōni repugnāt. vñ in eodem li. pbūs dicit q̄ rō regit irascibilem ⁊ concupiscibilem pꝛincipatu politico. quo. s. regunꝫ liberi qui habent in aliquibus ꝓpꝛiam voluntatem. ⁊ ꝓpter hoc etiam oportet in irascibili ⁊ concupiscibili esse aliquas ⁊tutes quibus bene disponantur ad actum.

Ad iij. dō. q̄ in electione duo sunt. s. intentio finis que ꝓtinet ad ⁊tutem morꝛalem. ⁊ preacceptio eius quod est ad finem. quod ꝓtinet ad pꝛudentiam. vt dꝛ in. vi. etbi. q̄ autem habeat rectam intentionem finis circa passiones anime. hoc contingit ex bona dispositione irascibilis ⁊ concupiscibilis. ⁊ ideo ⁊tutes morꝛales circa passiones sunt in irascibili ⁊ concupiscibili. sed pꝛudētia est in ratione.

Ad quintū sic proceditur.

Videt q̄ in viribus sensitiuis a ꝓpꝛebēsiuis interius possit esse aliqua ⁊tus. Appetitus. n. sensitiuus pōt esse subiectum virtutis inq̄ntum obedit rōni. sed virtutes sensitiue apꝛehensiue interius bꝛi obediunt. ad imperium. n. rōnis opaꝝ ⁊ imaginatiua ⁊ cogitatiua ⁊ memoꝛatiua. ergo in bis viribus pōt esse virtus.

Pꝛe. Sic appetitus rōnalis qui est voluntas in suo actu pōt impediri vel etiam adiuuari p̄ appetitum sensitiuum. ita etiam intellectus vl rō pōt impediri vel etiam iuuari p̄ vires p̄dictas. sic g̃ in viribus sensitiuis appetitiuis pōt esse virtus. ita etiaꝫ in apꝛehensiuis.

Pꝛe. Pꝛudentia est quedā virtus. cuius pꝛē ponit Tullius mēoꝛiā in sua ꝛhet. g̃ etiā in vi memoꝛatiua pōt eē aliq̄ virtus. ⁊ eadē rōe in aliꝭ interioꝛibus apꝛehēsiuis viribꝫ.

Sz p̄ē q̄ oēs virtutes vl sūt intellectuales vel morales. vt dꝛ i. q̄. etbi. morales āt ⁊tutes oēs sunt in pꝛe appetitiua. intellectuales āt in intellectu vel rōe. sic pꝛ i. vi. etbi. nulla g̃ ⁊tus ē in viribꝫ sensitis apꝛehēsiuis interius.

Rn. dō. q̄ in viribꝫ sensitis apꝛehensiuis interius ponunt aliq̄ bītus. q̄ dō pꝛ et hoc pcipue quod pbūs dicit in li. de mēoꝛia. q̄ in mēoꝛādo vnū post aliud opat ꝓsuetudo q̄ ē q̄i q̄dā natura. nihil āt ē aliud bītus ꝓsuetudinale q̄ bītudo acq̄sita p̄ ꝓsuetudinē. q̄ ē in modū vel in motū nature. vñ de ⁊tute dicit Tullius in sua ꝛhetoꝛ. q̄ est bītus in modū nature rōi cōsentaneus. in bꝛie tñ id q̄d ex cōsuetudine acq̄rit. i. mēoꝛia ⁊ in aliꝭ viribꝫ sensitis apꝛehēsiuis ñ ē bītus p̄ se. sz aliq̄d ānexū bītibꝫ intellectiue p̄tis. vt supꝛa dictū ē. sz tñ si q̄ sunt bītus i talibꝫ viribꝫ. ⁊tutes dici nō pñt. ⁊tus. n. ē bītus pfectus. q̄ nō cōtigit nisi bonū opari. vñ oꝛ q̄ ⁊tus sit in illa potētia q̄ ē cōsummatiua boni opis. cognitio āt veri nō cōsummatꝫ in viribꝫ sensitis apꝛehēsiuis. sz hmōi vires sunt q̄i ꝓpꝛatoꝛie ad cognitionē intellectiuā. ⁊ iō in hmōi viribꝫ nō sunt ⁊tutes q̄bꝫ cognoscit vꝛ. sz magis in intellectu vel rōe.

Ad i. g̃. dō q̄ appetitus sensitiuus se bz ad voluntatē. q̄ ē appetitus rōnis. sic̄ motus ab eo. ⁊ iō opus appetitiue ⁊tutis consummatꝫ in appetitu sensitiuo. ⁊ ꝓpter hoc appetitus sensitiuus ē subiectū ⁊tutis. ⁊tutes āt sensitiue apꝛehēsiue magis sūt vt mouentes respectu intellectus. eo q̄ fantasmata se habent ad aīaꝫ intellectiuā sic̄ colores ad visum. vt dꝛ in. iij. de aīa. ⁊ iō opus cognitōnis i intellectu terminatꝫ. ⁊ ꝓpter hoc ⁊tutes cognoscitiue sunt in ipo intellectu vel rōe. Et p̄ hoc pz solo ad ij.

Ad iij. dō. q̄ mēoꝛia nō ponit pꝛudētie sic̄ spēs ē pꝛs generis. q̄i ipa mēoꝛia sit q̄dā ⁊tus p̄ se. sz q̄ vnū eoꝝ q̄ requꝛunt ad pꝛudentiā est bonitas memoꝛie. vt sic quodammodo se habeat ꝓper modum partis integralis.

Ad sextuz sic proceditur

Videt q̄ voluntas nō sit subiectū alicuius ⁊tutiz. Ad id. n qd̄ cōuenit potētie ex ipa rōe potētie nō requꝛit aliqs habitus. sz de ipa rōe voluntatis cū sit in rōe ſm pbūm in. iij. de aīa. ē q̄ tēdat in id q̄d ē bonū ſm rōez. ad q̄d oꝛdinatꝫ oīs ⁊tus. qꝛ vnūq̄q̄ naturaliter appetit ꝓpꝛiū bonū. virtus enī est bītus p̄ modū nature cōsentaneus rōi. vt Tullius dicit in sua ꝛhet. g̃ voluntas nō ē subiectū ⁊tutis.

Pꝛe. oīs ⁊tus aut ē intellectualis aut moꝛalis. vt dꝛ in. i. ⁊. q̄. etbi. sz ⁊tus intellectualis ē sic̄ in subiecto in intellectu ⁊ rōne. nō aūt in voluntate. ⁊tus aūt moꝛalis ē sic̄ in subiecto in irascibili ⁊ cōcupiscibili. q̄ sunt rōnales p̄ pticipatōez. ergo nulla ⁊tus ē in voluntate sic̄ in subiecto.

Pꝛe. Omnes actus būani ad q̄s ⁊tutes oꝛdinantꝫ sunt voluntarij. si igitꝫ respectu aliq̄ⁿ būanoꝝ actuū sit aliq̄ ⁊tus in voluntate. pari rōe respectu oīm actuū būanoꝝ erit ⁊tus in voluntate. aut g̃ in nulla alia potentia erit aliq̄ ⁊tus. aut ad eundem actū oꝛdinabunt due ⁊tutes. qd̄ videt inconueniēs. voluntas ergo non pōt esse subiectum virtutis.

Sz cōtra est q̄ maioꝛ pfectio requiꝛit in mouēte q̄ in moto. sed voluntas mouet irascibilem ⁊ concupiscibilem. multo ergo magis dꝛ esse ⁊tus in voluntate q̄ in irascibili ⁊ concupiscibili.

Rñ. dō. q̄ cum per habitum perficiatꝫ potentia ad agendum. ibi indiget potentia habitu perficiēte ad bene agēdum. qui quidem habitus est virtus. ꝓbi ad hoc non sufficit ꝓpꝛia ratio potentie. omnis autem potentie ꝓpꝛia ratio attendit in oꝛdine ad obiectum. vnde cum sicut dictum est. obiectum voluntatis sit bonum rationis volūtati ꝓpꝛionatum. quantum ad hoc non indiget voluntas virtute perficiente. sed si quod bonum immineat homini volendum quod excedat pꝛopꝛionem volentis. siue quātum ad totam speciem humanam. sicut bonum diuinum quod transcendit limites humane nature. siue quantum ad indiuiduum. sicut bonum pꝛoximi. ibi voluntas indiget virtute. ⁊ ideo huiusmodi virtutes que oꝛdinant affectum hominis in deum vel in ꝓximum. sunt in voluntate sicut in subiecto. vt charitas. iusticia. ⁊ huiusmodi.

Ad.i.ergo dō.q̄ rō illa habet locū ō virtute q̄ ordinat ad bonū ꝓpriū ipius volentis.sicut tpantia ⁊ fortitudo.q̄ sunt circa passiones hūanas .⁊ alia hmōi.vt ex ⁊ ietis ptz

Ad.ij.dō.q̄ rōnale per participationem nō solum est trascibilis ⁊ concupiscibilis.sed oīno.i.vniuersaliter appetitiuuz.vt dicit in .i.ethi.sub appetitiuo aūt cōprehendit voluntas,⁊ ideo siqua virtus est in voluntate.erit moral nisi sit theologica.vt infra patebit. Ad.iij.dō.q̄ quedā virtutes ordinantur ad bonū passionis moderate.quod est ꝓpriū huius vel illius hoīs.⁊ in talibus non est necessarium q̄ sit aliqua virtus in voluntate.cū ad hoc sufficiat natura potentie.vt dictū est.sed hoc solū necessariuz est in illis virtutibus que ordinant ad aliquod bonum extrinsecum.

Questio. LVII.

Deinde ꝑsiderandum est de distinctione virtutū.⁊ ꝓmo quantum ad virtutes intellectuales.secō quantū ad morales.tertio quantū ad theologicas. Circa primū q̄runtur sex.primo vtr habitus intellectuales speculatiui sint virtutes.secō vtr sint tres.s.sapientia.scientia.⁊ intellectus.tertio vtr habitus intellectualis qui est ars sit virtus.quarto vtr prudentia sit virtus distincta ab arte quinto vtr prudentia sit virtus necessaria hōi.sexto vtrū eubulia.synesis.⁊ gnomin sint virtutes adiūcte prudētie

Ad primum sic proceditur

ralia. q̄ diuino lumīe capiunt. z hec sūt credibilia. ō quī
bus ē fides. Scdo vō est voluntas q̄ ordinat in illū fi
nē. z ctuz ad motū intentionis in ipm tendentez. sīc in
id qō est possibile ꝙsequi. qō ptinet ad spē. et ctum ad
vnionē quandā spūalez. p quā quodammō transforma
tur in illū finē. qō fit p charitatē. appetitus enī vniuscu
iusq; rei naturaliter mouet z tendit in finē sibi ꝙnatura
lem. z iste motus ꝓuenit ex q̄daz ꝙformitate rei ad suuz
finē. Ad. i. g. dō. q̄ intellectus indiget spēbꝰ intelligi
bilibꝰ p quas intelligat z iō oportet q̄ in eo ponatur ali
quis hit⁹ naturaľ supaddit⁹ potētie. sed ipsa natura vo
lūtatis sufficit ad naturalē ordinē in finē. siue ctū ad intē
tionē finis. siue ctuz ad ꝙformitatē ad ipm. sed in ordīe
ad ea q̄ supza naturā sunt. ad nihil hoz sufficit natura po
tentie. z iō oportet fieri supadditionē hit⁹ supnaturalis
ctuz ad vtrūq;. Ad. ij. dō. q̄ fides z spes imꝑfectio
nē quandā importāt. q̄z fides ē de his q̄ nō videntur. et
spes de bis q̄ nō habent. vñ habere fidē z spem de bis q̄
subdunt būane potestati. deficit a rōne vtutis. sz habe
re fidē z spez de bis q̄ sunt supza facultatē nature būane
excedit oēm vtutē bōi ꝓportionatā. sm illud. i. ad Coꝛ.
j. qō infirmū est dei fortius est hoibꝰ. Ad. iij. dō. q̄
ad appetitū duo pinēt. s. motus in finē. et ꝙformatio ad
finem p amozem. z sic oportet q̄ in appetitu būano due
vtutes theologice ponant. s. spes. z charitas.

Ad quartū sic proceditur

Videt q̄ nō sit hic ordo theologicaꝝ vtutuz q̄ fides sit
priozspe. z spes priozcharitate. Radix enī ē priozeo qō
ē ex radice. sed charitas est radix oīm vtutū. sm illud ad
Ephe. iij. In charitate radicati et fundati. g̃ charitas est
priozaliis. Pre. Aug. dicit in. j. de doct. christiana.
Non pōt aliquis diligere qō esse non crediderit. pozro si
credit z diligit bñ agendo effic vt etiam speret. g̃ videt
q̄ fides p̄cedat charitatē. z charitas spez. Pre. amoz
est principiū oīs affectionis. vt supza dictuz est. sed spes
nominat quandā affectionem. est enī quedā passio vt su
pza dictum ē. g̃ charitas q̄ est amoz est priozspe Sed
ꝓtra est ordo quo Apl's ista enumerat. dicens. Nūc aūt
manent fides. spes z charitas. Rn. dō. q̄ dupler ē oz
do. s. generationis. z pfectionis. Ordie quidē generatō
nis q̄ materia ē priozforma. z imꝑfectū pfecto. in vno z
eodē fides p̄cedit spem. z spes charitatē sm actus. nam
habitus sil' infundunt. nō enīz pōt in aliquid mot⁹ appe
titivus tendere. vel sperando. vel amando. nisi qō ē ap
prehensuz sensu aut intellectu. p fidez aūt apprehendit i
tellectus ea q̄ sperat z amat. vñ oportet q̄ ordīe generā
tionis fides p̄cedat spem z charitatem. Sil'r aūt ex hoc
bō aliquid amat q̄ apprehendit illud vt bonū suū. p hoc
aūt q̄ bō ab aliq̄ sperat se bonū ꝓsequi posse. reputat ipz
in q̄ spem hz quoddā bonū suū. vñ ex hoc ipso q̄ bō spe
rat ō aliq̄. ꝓcedit ad amandū ipm. z sic ordīe generatio
nis sm actus spes p̄cedit charitatē. Ordie vō pfectio
nis charitas p̄cedit z fidē z spem. eo q̄ tam fides q̄z spes
p charitatē formant. z pfectionē vtutis acquirit. sic enī
charitas est mr̄ oīm vtutū z radix. inq̄tuz ē oīm vtutū
forma. vt infra dicetur. Et p hoc patet rn̄sio ad primuz

Ad. ij. dō. q̄ Aug. loq̄t. ō spe q̄ quis spat ex meritis
iam habitis se ad beatitudinē puentuz. qō ē spei forma
te q̄ sequit charitatē. pōt aūt aliquis sperare antecz habe
at charitatē. nō ex meritis q̄ iam hz. sed q̄ sperat se habi

tuz. Ad. iij. dō. q̄ sicut supza dictū est cū de passioni
bus ageret. spes respicit duo. Unū quidā sic principale
obiectū. s. bonum qō sperat. z respectu huius sp amoz p
cedit spem. nunq̄z enim sperat aliqd bonū nisi desidera
tum z amatū. Respicit etiā spes illum a q̄ se sperat pos
se consequi bonū. z respectu hmōi. primo quidē spes pre
cedit amorē. q̄z quis postea ex ipso amore spes augeat. per
hoc enim q̄ aliquis reputat p aliquē se posse consequi
aliqd bonum. incipit amare ipsum. z ex hocipso q̄ ipsuz
amat. postea fortius de eo sperat. Qō LXIII.

Deinde ꝙsiderādum

est de cā vtutuz. z circa hoc querunt q̄tuoz. Primo vtz vt⁹ sit in nobis a natura. Secō vtz aliqua vt⁹ causet in nobis ex assuetudine operū. Tertio vtz aliquе vtutes morales sint in nobis p infu
sionē. Quarto vtz vt⁹ quā acquirim⁹ ex assuetudīe ope
rū sit eiusdē speciei cum virtute infusa.

Ad primum sic ꝓceditur

Videt q̄ vt⁹ sit in nobis a natura. Dicit enī Damasce
nus in. ij. li. Naturales sunt vtutes z equaliter insunt
oibꝰ. Et Anthonius dicit in sermone ad monachos. Si na
turam volūtas mutauerit puersitas ē. cōditio fuetur z
vt⁹ ē. Et Matth. iiij. sup illud. Circūibat Jesus ꝛc. dic
glo. Docet naturales vtutes. s. iusticiā. castitatē. hūilita
tem. q̄s naturaliter hz hō. Pre. Bonū vtutis est sm
rōnez esse. vt ex dictis patet. sed id qō est sm rōnez ē bōi
naturale. cum rō sit hoīs natura. g̃ virtus inest bōi a na
tura. Pre. Illud dr̄ ee nobis naturale quod nobis
a natiuitate inest. sz vtutes quibusdā a natiuitate insūt.
Dicit enī Job. xxxi. Ab infantia creuit mecū miseratō.
z de vtero egressa ē mecum. g̃ virtus inest bōi a natura
Sed ꝙ. id qō inest bōi a natura est oibꝰ hoibꝰ cōe. z non
tollit p pcm̄. q̄z etiam in demonibꝰ bona naturalia ma
nent. vt Dion. dicit in. iiij. c. de diui. no. sed vt⁹ nō in
est oibꝰ hoibꝰ z abiicit p pcm̄. g̃ non inest bōi a natura.
Rn. dō. q̄. circa formas coꝛpales aliqui dixerunt q̄
sunt totaliter ab intrinseco. sīc ponentes latitationez foꝛ
maꝝ. aliqui vō q̄ totaliter sint ab extrinseco. sīc ponen
tes formas coꝛpales esse ab aliqua cā separa. aliqui vō
q̄ ptim sint ab intrinseco. inq̄tū. s. ꝓexistunt in materia
in potentia. z ptim ab extrinseco. inq̄tū. s. reducunt ad
actum p agens. Ita etiā circa scientias et vtutes aliqui
quidez posuerunt eas totaliter esse ab intrinseco. ita. s. q̄
oēs vtutes z scie naturaliter ꝓexistunt in aīa. sz p disci
plinā z exercitiū impedimēta scie z vtutis tollunt. q̄ ad
ueniunt anime ex coꝛpis grauitate. sicut cum feꝛz clarifi
caſ p lūnationem. z hec fuit opinio platonicoꝝ. Alij vō
dixerunt q̄ sunt totaliter ab extrinseco. i. ex influentia in
telligentie agentis. vt ponit Auicenna. Alij vero dixer
q̄ sm aptitudinem scientie est virtutes sunt in nobis a
natura. non autem sm perfectionem. vt phūs dicit i. ij.
ethi. z hoc verius est. Ad cuius manifestationem opoꝛ
tet considerare q̄ aliquid dicitur alicui homini naturale
dupliciter. Uno modo ex natura speciei. Alio modo ex
natura indiuidui. Et quia vnumquodq̄ habet speciem
sm suam formam indiuiduaſ vero sm materiaz. forma
vero hominis est anima rationalis. materia vero coꝛpⁿ.
Ideo id quod conuenit homini sm animam rationalē.
est ei naturale sm rationem speciei. id vero qō est ei na
turale sm determinatam coꝛporis complexionem. est ei

naturale ſm naturã indiuidui. quod enĩ eſt naturale hoĩ ex parte corporis ſm ſpẽm. quodãmodo refertur ad aĩaz inquantũ .ſ. tale corpus eſt tali anime ꝓportionatũ. vtro ꝯ aũt modo virtus eſt homini naturalis ſm quãdã inchoationem. ſm quidẽ naturã ſpeciei inquantũ in rõne hois inſunt naturaliter quedaz principia naturaliter cognita. tam ſcibilium ꝯ agendoꝝ. que ſunt quedam ſeminaria intellectualium virtutum ⁊ moralium. ⁊ inquantũ in voluntate ineſt quidam naturalis appetitus boni. quod eſt ſm rõnem. ſm vero naturam indiuidui inquantuz ex corporis diſpoſitione aliqui ſunt diſpoſiti vel melius vel peꝛ ad quaſdam virtutes. ꝑut .ſ. vires quedã ſenſitiue actus ſunt quarundã partiũ corporis. ex quarũ diſpoſitione adiunantur vel impediunt hmõi vires in ſuis actibꝫ ⁊ ꝓ cõſequens vires rõnales quibꝫ hmõi ſenſitiue vires deſeruiunt. ⁊ ſm hoc vnꝰ hõ hz naturalẽ aptitudinẽ ad ſciẽtiã alius ad fortitudinẽ. alius ad tpantiã. ⁊ his modis tam virtutes intellectuales ꝯ morales ſm quandaz aptitudinis inchoationem ſunt in nobis a natura. non aũt conſũmatio earũ. qz natura determinat ad vnũ. conſũmatio aũt hmõi virtutis non eſt ſm vnũ modũ actiõis. ſed diuerſimode ſm diuerſas materias in quibꝫ virtutes opantur. ⁊ ſm diuerſas circũſtantias. Sic ergo pz ꝙ virtutes in nobis ſunt a natura ſm aptitudinẽ ⁊ inchoationẽ. nõ aũt ſm ꝓfectionẽ. ꝓter virtutes tẽologicas que ſunt totaliter ab extrinſeco. Et ꝑ hoc pz reſpõſio ad obiecta. Nã prime due rõnes ꝓcedũt ſm ꝙ ſeminaria virtutũ inſunt nobis a natura inquantũ rõnales ſumus. Tertia vero rõ ꝓcedit ſm ꝙ ex naturali diſpoſitione corꝑis quã hz ex natiuitate. vnus hz aptitudinẽ ad miſerendũ. alius ad tpate viuendũ. alius ad aliam virtutẽ.

Ad ſecundũ ſic ꝓcedit.

Videt ꝙ virtutes in nobis cauſari non poſſint ex aſſuetudine operũ. qz ſup illud Ro. xiiij. Omne qđ nõ eſt ex fide peccm eſt. dicit glo. Aug. Dis infideliũ vita peccatum eſt. ⁊ nihil eſt bonũ ſine ſũmo bono. vbi deſt cognitio veritatis falſa eſt virtus. etiã in optimis moribus. ſed fides non põt acquiri ex opibus. ſed cauſat in nobis a deo. ſm illud Epbe. ij. Gratia eſtis ſaluati ꝑ fidẽ. ergo nulla virtꝰ põt in nobis acquiri ex aſſuetudine operꝝ. Ꝓre. Peccatum cũ contrarietur virtuti nõ cõpatit ſecũ virtutem. ſz hõ non põt vitare peccm niſi ꝑ gratiã dei. ſm illud Sap. viij Didici ꝙ non poſſum eſſe aliter continẽs niſi deus dederit. ergo nec virtutes alique poſſunt in nobis cauſari ex aſſuetudine operũ. ſed ſolũ dono dei. Ꝓre. actus q̃ ſunt ſine virtute deficiunt a ꝓfectione virtutis. ſed effectus nõ põt eſſe ꝓfectior cauſa. ergo virtus nõ põt cauſari ex actibus ꝓcedentibus virtutẽ. Sed contra eſt qđ Dionyſius dicit. iiij. c. de di. no. ꝙ bonũ eſt virtuoſius ꝯ malũ ſed ex malis actibus cauſantur habitus vitioꝝ. ergo multo magis ex bonis poſſunt cauſari habitꝰ virtutũ. Rñ. dicendum ꝙ de generatione habituũ ex actibꝫ in generali ſupdictũ eſt. nũc aũt ſpecialiter quantũ ad virtutẽ conſiderandũ eſt ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt. virtus hoĩs ꝓficit ipſum ad bonũ. cũ aũt rõ boni conſiſtat in modo. ſpecie. ⁊ ordine. vt Aug. dicit li. de natura boni. ſtue in numero. pondere. ⁊ menſura. vt dz Sap. xi. oportet ꝙ bonũ hoĩs ſm aliquã regulã conſideret que quidẽ eſt duplex. vt ſupra dictũ eſt .ſ. rõ humana. ⁊ lex diuina. Et qz lex diuina eſt ſuperior regula. ideo ad plura ſe extendit. ita ꝙ quicquid regulat rõne humana. regulat etiã lege diuina. ſed non conuenit

Virtus igit hoĩs ordinata ad bonũ qđ modificat ſm regulam rõnis hũane. põt ex actibꝫ humanis cauſari inquãtũ hmõi actus ꝓcedunt a rõne. ſub cuius ptãte ⁊ regula tale bonũ conſiſtit. virtus vero ordinans hoĩem ad bonum ſm ꝙ modificat ꝑ legẽ diuinã ⁊ non ꝑ rõnem humanaz non põt cauſari ꝑ actus humanos. quoꝝ principiũ eſt rõ ſed cauſat ſolũ in nobis ꝑ opationem diuinã. ⁊ iõ hmõi virtutẽ diffiniens Augu. poſuit in diffinitione virtutis. quã deus in nobis ſine nobis opat. Et de hmõi etiã virtute prima rõ ꝓcedit. Ad. ij. dđ. ꝙ virtus diuinitus infuſa. maxime ſi in ſua ꝓfectione cõſideret. nõ cõpatit ſecũ aliquod peccm mortale. ſed virtus humanitus acquiſita põt ſecũ cõpati aliquẽ actũ peccati etiã mortalis. qz vſus habitus in nobis ſẽ noſtre volũtati ſubiectus. vt ſupra dictũ eſt. non aũt ꝑ vnũ actũ peccati corrũpit habitus virtutis acquiſite. habitui enĩ nõ ꝓtrariat directe actꝰ .ſz habitꝰ ⁊ iõ licet ſine gratia hõ nõ poſſit peccatũ mortale vitare. ita ꝙ nunqꝯ peccet mortaliter. nõ tñ impedit quin poſſit habitũ virtutis acquirere. ꝑ quã a malis opibꝫ abſtineat vt in pluribꝫ ⁊ ꝑcipue ab his que ſunt valde rõni contraria. Sunt etiã quedã peccata mortalia que hõ ſine gẽa nullo mõ põt vitare. que .ſ. directe opponũtur virtutibꝫ tẽologicis. que ex dono gratie ſunt in nobis. hoc tñ infra manifeſtius fiet. Ad. iij. dđ. ꝙ ſicut dictũ eſt. virtutũ acq̃ſitarum ꝑmanent in nobis quedã ſemina ſiue principia ſm naturam. que quidẽ principia ſunt nobiliora virtutibꝫ eorum virtute acquiſitis. ſicut intellectus principioꝝ ſpeculabiliũ eſt nobilior ſcientia cõcluſionũ. ⁊ naturalis rectitudo rõnis eſt nobilior rectificatione appetitus. que fit ꝑ participationẽ rõnis. que quidẽ rectificatio ꝑtinet ad virtutez moralẽ. Sic igit actus humani inquantũ ꝓcedũt ex altioribus principijs pñt cauſare virtutes acq̃ſitas humanas.

Ad tertium ſic ꝓcedit.

Videt ꝙ ꝓter virtutes tẽologicas nõ ſint alie virtutes nobis infuſe a deo. Ea enĩ que pñt fieri a cauſis ſecundis nõ fiunt immediate a deo. niſi forte aliqñ miraculoſe. qz vt Diony. dicit. Lex diuinitatis eſt vltima ꝑ media adducere. ſz virtutes intellectuales ⁊ morales pñt in nobis cauſari ꝑ noſtros actus. vt dictũ eſt. nõ ergo ꝓuenienter cauſant in nobis ꝑ infuſionẽ. Ꝓre. In opibus dei multo minus eſt aliquid ſuperfluũ ꝯ in opibus nature. ſed ad ordinandũ nos in bonũ ſupnaturale ſufficiũt virtutes tẽologice. ergo ſunt alie virtutes ſupnaturales quas oporteat in nobis cauſari a deo. Ꝓre. natura nõ facit ꝑ duo qđ põt facere ꝑ vnũ. ⁊ multo minus deus. ſed deus infundit aĩe nre ſeminaria virtutũ. vt dicit glo. Heb. i. ergo nõ oportet ꝙ alias virtutes in nobis ꝑ infuſionẽ cauſet. Sz ꝓtra eſt quod dz Sap. viij. Sobrietatẽ ⁊ iuſticiã docet prudẽtiã ⁊ virtutẽ. Rñ. dicendum ꝙ oporteat effectus eẽ ſuis cauſis ⁊ principijs ꝓportionatos. oẽs aũt virtutes tã intellectuales ꝯ morales que ex noſtris actibus acquiruntur. ꝓcedunt ex quibuſdã naturalibus principijs in nobis ꝑmanentibꝫ. vt ſupra dictũ eſt. loco quoꝝ naturaliũ principiorũ cõferũtur nobis a deo virtutes tẽologice. quibꝫ ordinamur ad finẽ ſupnaturalẽ. ſicut ſupra dictum eſt. vnde oportet ꝙ his etiã virtutibꝫ tẽologicis ꝓportionabiliter rñdeant alij habitus diuinitus cauſari in nobis. qui ſic ſe habeant ad virtutes tẽologicas ſicut ſe habent virtutes morales ⁊ intellectuales ad principia naturalia virtutum

Ad. i. ergo dicendum ꝙ alique quidẽ virtutes morales et intellectuales poſſunt cauſari in nobis ex nris actibꝫ. tñ

ille non sunt ꝓportionate virtutibꝫ thꝛologicis.ꝛ iō opꝛtet alias eis ꝓportionatas imediate a deo causari. Ad ij. dīm ꝙ virtutes thꝛologice sufficiēter nos ordinant in finē supnaturalē fm quandā inchoationē.quantū .s. ad ipm deū imediate.sed opꝛtet ꝙ per alias virtutes infusas ꝓficiat aīa circa alias res.in ordine tū ad deū. Ad iij. dīm ꝙ virtus illoꝝ principioꝝ naturaliter indituꝝ nō se extendit vltra ꝓportionē nature.ꝛ ideo in ordine ad finem naturalē indiget hō ꝓfici p alia principia supaddita.

Ad quartū sic proceditur

Videt ꝙ virtutes infuse nō sint alterius speciei a virtutibus acquisitis. Virtus enī acquisita ꝛ virtus infusa fm ꝓdicta nō vident differre nisi fm ordinē ad vltimū finez sed habituꝫ ꝛ actus humani nō respiciūt speciē ab vltimo fine.sed a primo.nō ergo virtutes morales vel intellectuales infuse differunt spē ab acquisitis. Pre.habitus ꝙ actus cognoscuntur.sed idē est actus tpantie infuse ꝛ acq̄site.s.moderari concupiscentias tactus.ergo nō differūt specie. Pre.virtus acquisita ꝛ virtus infusa differunt fm illud qđ est imediate a deo factū ꝛ a creatura,sed idez est spē hō quē deus formauit ꝛ quē generat natura.ꝛ oculus quē ceco nato dedit ꝛ quē virtus formatiua causat.ꝑ videt ꝙ est eadē spē virtus acquisita ꝛ infusa. Sed cōtra quelibet dīa in diffinitione posita mutata diuersificat spēm.sed in diffinitiōe virtutis ponitur.quā deus in nobis sine nobis opat.vt supra dictū est.ergo virtus acq̄sita cui hoc non cōuenit non est eiusdē speciei cū infusa.

Rñ.dīm ꝙ dupliciter habitus distinguūtur specie. Uno mō sicut ꝓdictū est fm spāles ꝛ formales rōnes obiectoꝝ.obiectū aūt virtutis cuiuslibet est bonū cōsideratū in materia ardua.sicut tpantie obiectū est bonū delectabiliū in concupiscentijs tactus.cuius quidē obiecti formalis rō ē a rōne que instituit modū in his concupiscētijs.materiale aūt ē id qđ est ex pte concupiscentiaꝝ. Manifestū est aūt ꝙ alterius rōnis est modus qui imponit in hmōi cōcupiscentijs fm regulā rōnis hūane.ꝛ fm regulā diuinā.puta in sumptione ciboꝝ rōne humana modus statuit.vt non noceat valitudini corpis.nec impediat rōnis actū.fm aūt regulam legis diuine requirit ꝙ hō castiget corpus suū.ꝛ in seruitutē redigat ꝓabsti nentiā cibi ꝛ potus.ꝛ alioꝝ hmōi.vñ manifestū est ꝙ tpantia infusa ꝛ acquisita differūt specie.ꝛ eadē rō est de alijs virtutibꝫ.Ullo mō habitus distinguūtur spē fm ea ad que ordinant. Nō enī est eadē speciei sanitas boīs ꝛ equi ꝓpter diuersas naturas ad q̄s ordinātur.ꝛ eodē mō dicit phūs in .iij. politicoꝝ.ꝙ diuerse sunt virtutes ciuiū fm ꝙ bī se hūt ad diuersas politias.Et ꝑ hunc etiā modū differūt spē virtutes morales infuse ꝑ q̄s bo es bene se hūt in ordine ad hoc ꝙ sint ciues sanctoꝝ ꝛ domestici dei.ꝛ alie virtutes acquisite fm quas homo se bñ hz in ordine ad res humanas. Ad.i.ergo dōz ꝙ virtus infusa ꝛ acquisita nō solū differūt fm ordinē ad vltimū finē.hz etiā fm ordinē ad ꝓpria obiecta.vt dictū est. Ad.ij.dō.ꝙ alia rōne modificat concupiscētias delectabiliū tactꝰ tpantia acq̄sita ꝛ tpantia infusa.vt dictū ē.vñ nō hūt eundē actū. Ad.iij.dō.ꝙ oculū ceci nati dꝰ fecit ad eūdē actū ad quē formāt alij oculi fm naturā.ꝛ iō fuit eiusdem speciei.ꝛ eadez rō esset si deus vellet miraculose causare in homine virtutes quales acquiruntur ex actibꝫ sed ita non est in ꝓpꝫsito.vt dictum est.

Questio.LXIIII.

Deinde ꝓsiderādum

est de ꝓprietatibꝫ virtutū.ꝛ primo quidē de medio virtutū.ꝛ scdo de cōnexione virtutū.ꝛ tertio de q̄litate caꝝ.quarto de ipaꝝ diuratōe. Circa primū q̄runt q̄tuor.primo vtꝝ virtutes morales sint in medio. scdo vtꝝ mediū virtutis sit mediū rei vel rōnis.tertio vtꝝ intellectuales virtutes consistant in medio.quarto vtrūz virtutes thꝛologice.

Ad primū sic proceditur

Videt ꝙ virtus moralis nō ꝓsistat in medio. Ultimum enī repugnat medio rōni.sed de rōne virtutis est vltimū dare enī in.i. de celo ꝙ virtus est vltimū potētie.ergo virtus moralis nō consistit in medio. Pre.illud quod ē maximū non est mediū sed quedā virtutes morales tendūt in aliqđ maximū.sicut magnanimitas est circa maximos honores.ꝛ magnificentia circa maxima sumptus.vt dicit in.iiij.ethicoꝝ.ergo nō oīs virtus moralis est in medio. Pre.si de rōne virtutis moralis sit in medio esse.opꝛtet ꝙ virtus moralis non ꝓficiat.sed magis corrūpat per hoc ꝙ tendit ad extremū.sed quedā virtutes morales ꝓficiunt ꝑ hoc ꝙ tendūt ad extremū.sicut virginitas que abstinet ab omni delectabili venereo.ꝛ sic tenet extremū.ꝛ ē ꝑfectissima castitas.ꝛ dare oīa pauperibus est ꝑfectissima misericordia vel liberalitas.ergo videt ꝙ nō sit de rōne virtutis moralis esse in medio. Sed ꝑra est qđ phūs dicit in.ij.ethi.ꝙ virtus moralis est habitus electiuus imediate existens. Rñ.dīm ꝙ sicut ex supra dictis ꝑz virtus de sui rōne ordinat boīem ad bonū.moralis aūt virtus ꝓprie est ꝑfectiua appetitiue ꝓtis aīe circa aliquā determinatam materiā.mensura aūt ꝛ regula appetitiui motus circa appetibilia est ipa rō.bonū aūt cuiuslibet mensurati ꝛ regulati cōsistit in hoc ꝙ cōformet sue regule.sicut bonuz in artificiatis est vt sequat regulā artis.malū aūt ꝓcōsequens in hmōi est ꝑ hoc ꝙ aliquid discordat a sua regula vel mensura.qđ quidem cōtingit vel ꝑ hoc ꝙ superexcedit mensurā.vel ꝑ hoc ꝙ deficit ab ea.sic manifeste apparet i oibꝫ regulatis ꝛ mensuratis.ꝛ iō patet ꝙ bonū virtutis moralis consistit in adequatione ad mensurā rōnis. Manifestū est aūt ꝙ inter excessum ꝛ defectū mediū est eqlitas siue conformitas.vñ manifeste apparet ꝙ virtus moralis in medio cōsistit. Ad.i.ergo dō.ꝙ virtus moralis bonitatē hz ex regula rōnis.ꝑ materia aūt hz passiones vel operationes. Si ergo cōpet virtus moralis ad rōnem.sic fm id quod rōnis ē hz rōnem extremi vnius qđ est cōformitas.excessus vero ꝛ defectus hz rōnem alterius extremi qđ est difformitas. Si vero consideret virtus moralis fm suā materiā.sic hz rōnem medij inquantū passionē reducit ad regulā rōnis.vnde phūs dicit in.ij.ethi.ꝙ virtꝰ fm substantiā medietas est.inquantū regula virtutis ponit circa ꝓpriā materiā.fm optimū aūt.ꝛ bñ est extremitas.s.fm ꝙformitatē rōnis. Ad.ij.dō.ꝙ medium ꝛ extrema considerant in actionibꝫ ꝛ passionibꝫ fm diuersas circūstantias.vñ nihil ꝓhibet in aliqua virtute esse extremū fm vnā circūstantiā qđ tn est mediū fm alias circūstantias ꝑ ꝙformitatē ad rōnē.ꝛ sic ē in magnificētia ꝛ magnanimitate.nā si ꝓsideret ūnitas absoluta eiꝰ in qđ tendit magnificꝰ ꝛ magnanimꝰ.diceret extremū ꝛ maximū.sed si ꝓsideret hoc ꝑticipm ꝑ cōparationē ad alias circūstātias.sic hz rōnē medij.qz in hoc maxie tendūt hmōi virtutes fm regulā rōis,i.vbi oportet.ꝛ qñ oportet.ꝛ ꝓpter qđ oportet

excessus aūt si in hoc maximū tendaf qñ ñ oportet. vl vbi nō oportet. vel ꝓter qd nō oportet. defectus aūt est si nō tendaf in hoc maximū vbi oportet. z qñ oportet. z hoc est qd phūs dicit in. iiij. ethi. q magnanimꝰ ē quidē magnitudīe extremus. eo aūt qd vt oportet medi⁹. Ad. iij. dd q eadē rō est de virginitate z paupate q̄ est de magnanimitate. abstinet enīz virginitas ab omnib venereis. z pauptas ab oīb diuitijs ꝓter qd oportet z ꝑm q oportet sez ꝑm mādatū dei. z ꝓter vitā eternā. si aūt hoc fiat ꝑm q nō oportet. i. ꝑm aliquā suꝑstitiōz illicitā. vel etiā ꝓter inanē gloriā. erit superfluū. si aūt nō fiat qñ oportet. vel ꝑm q oportet est vitiū p defectum. vt pz in transgredientib votū virginitatis vel pauptatis.

Ad secundū sic procedit.

Videf q mediū virtutis moral nō sit mediuz rōnis. sed mediū rei. Bonū enī virtutis moralis ꝓsistit in hoc q ē in medio. bonū aūt vt dr in. vi. methaphice. ē in rebꝫ ipis ergo mediū virtutis moralis est mediū rei. Pre. rō ē vis apprehēsiua. sed virtus moralis ñ ꝓsistit in medio apprehensionū sed magis in medio operationū z passionū. g mediū virtutis moralis nō est mediū rōnis sz mediū rei. Pre. mediū qd accipif ꝑm ꝓportionē arismetricā vel geometricā est mediū rei. sed ē mediū iusticie. vtpz in. v. ethi. ergo mediū virtutis moralis nō est mediū rōnis. sz rei. Sed ctra est qd phūs dicit in. ij. ethi. q virtus moralis in medio ꝓsistit quo ad nos determinata rōe. Rñ. dd q mediū rōnis dupliciter pōt intelligi. Uno modo ꝑm q mediū in ipo actu rōnis existit. q̄si ipe actus rōnis ad mediū reducaf. z sic q⁹ virtus moralis nō pficit actuz rōnis. sed actū virtutis appetitiue. mediū virtutis moral nō est mediū rōnis. Alio mō pōt dici mediū rōnis id qd a rōne ponif in aliqua materia. z sic oē medium virtutis moralis est mediū rōnis. q⁹ sicut dictū est. virtus dr ꝓsistere in medio p cōformitatē ad rōnē rectā. Sed qñq contigit q mediū rōnis est etiā mediū rei. z tunc oportet q virtus moralis mediū sit mediū rei sicut est in iusticia. Qñq aūt mediū rōnis ñ est mediū rei sed accipif p cōparationez ad nos. z sic ē mediū in oīb aliꝭ virtutib moralib. cuiꝰ rō est. q⁹ iusticia est circa operatōes q̄ ꝓsistūt in rebꝫ exteriorib. in quib rectū instituit dr simplr z ꝑm se. vt supra dictū est. z iō medio rōnis in iusticia est idē cū medio rei. in quantū. s. iusticia dat vnicuiq qd dr. z ñ plus nec minus Alie vero virtutes morales consistūt circa passiones interiores. in quib ñ potest rectū ꝓstitui eodē modo. ꝓpf hoc q hoīes diuersimode se hūt ad passiones. z iō oportet q rectitudo rōnis in passionib instituaf p respectū ad nos q̄ afficiūt ꝑm passiones. Et p hoc pz rñsio ad obiecta. Nā prime due rōnes ꝓcedūt de medio rōnis. qd. s. inuenif i ipo actu rōnis. tertia vero rō ꝓcedit de medio iusticie.

Ad tertium sic procedit.

Videf q virtutes intellectuales non consistāt in medio. Uirtutes enī morales consistūt in medio inquantū conformantf regule rōnis. sed virtutes intellectuales sunt in ipa rōne. z sic non videnf habere suꝑiorē regulam. ergo virtutes intellectuales non consistunt in medio. Pre Mediū virtutis moral determinaf a virtute intellectuali Dicif enī in. ij. ethi. q virtus consistit in mediocritate determinata rōne. put sapiens determinabit. si igif virtus intellectualis iterū cōsistat in medio. oportet q determinef sibi mediū p aliquā aliā virtutē. z sic ꝓcedef in infinitū;

in virtutibus. Pre. mediū ꝓprie est inter contraria. vt pz p phūm in. x. methaphice. sed in intellectu nō videf esse aliqua ꝓtrarietas. cū etiā ipa cōtraria ꝑm q sunt ī intellectu non sint contraria. sed simul intelligantf. vt albū z nigrum. z sanū z egrū. ergo in intellectualibus virtutib ñ est mediū. Sed contra est q ars ē virtus intellectual vt dicit in. vi. ethi. z tñ artis est aliqd mediū. vt dr in. ij. ethi. ergo etiā virtꝰ intellectual ꝓsistit in medio. Rñ. dd q bonū alicuius rei consistit in medio ꝑm q ꝓportionatur regule vel mensure quā contingit trāscendere. z abire. sicut dictū est. Uirtus aūt intellectualis ordinatur ad bonū sicut z moralis. vt supra dictū est. ñ ꝑm q bonū virtutis intellectualis se hz ad mensurā. sic se hz ad rōnem mediī. bonū aūt virtutis intellectualis est veruz. speculatiue quidē virtutis verū absolute. vt in. vi. ethi. dr. practice aūt virtutis verū ꝑm conformitatē ad appetitū rectū. verū aūt intellectꝰ nostri absolute consideratū. est sicut mensuratū a re. res enī est mensura intellectꝰ nr̄i vt dicit in. x. methaphice. ex eo enī q res est vel non ē. veritas est in opinione z in oratione. Sic igif bonū virtutis intellectualis speculatiue consistit in quodā medio p conformitatē ad ipam rem ꝑm q dicit esse qd est. vel non ee qd non est. in quo rō veri consistit. excessus aūt est ꝑm affirmationē falsam p quā dicit esse quod non est. defectus aūt accipif ꝑm negationē falsam p quā dicitur non ee qd est. verum aūt virtutis intellectualis practice comparatum quidē ad rē hz rōnem mensurati. z sic eodē mō accipitur mediū p conformitatē ad rē in virtutibus intellectualib practicis sicut in speculatiuis. sed respectu appetitus habz rōnem regule z mensure. vñ idem mediū quod ē virtutis moralis etiā est ipius prudentie. s. rectitudo rōnis. sz prudentie quidē est istud mediū vt regulantis z mensurātis virtutis aūt moralis vt mensurate z regulate. Sīlr excessus z defectus accipif diuersimode vtrobiq. Ad. i. ergo dd q etiā virtus intellectualis habet suā mensurā vt dictū est. z p conformitatē ad ipam accipif in ipa medium. Ad. ij. dd q non est necesse in infinitū ꝓcedere in virtutibus. q⁹ mensura z regula intellectualis virtutis nō est aliquod aliud genus virtutis sed ipa res. Ad. iij. dd q ipe res contrarie non habent contrarietatē in aīa. q⁹ vnū est rō cognoscendi alterū. z tñ in intellectu est contrarietas affirmationis z negationis. que sunt cōtraria. vt dr in fine ꝑmenias. quāuis enī esse z nō esse non sunt contraria. sed contradictorie opposita si consideref ipa signata. put sunt in rebus. z alterū est ens. z alterū est pure non ens. tñ si referant ad actū aīe. vtrunq ponit aliquid esse. vnde esse z non esse contradictoria sunt. sed opinio qua opinamur q bonū est bonū. est cōtraria opinioni qua opinamur q bonū non est bonū. z inter hmōi contraria mediū est virtus intellectualis.

Ad quartuz sic procedit

Videf q virtus theologica consistat in medio. Bonū enī aliaꝝ virtutū consistit in medio. sed virtus theologica excedit in bonitate alias virtutes. ergo virtus theologica mlto magis est in medio. Pre. mediū virtutis moral accipitur quidē ꝑm q appetitus regulatf p rōnem. intellectualis vero ꝑm q intellectus noster mensuratf a re. sed virtꝰ theologica z pficit intellectū. z appetitū. vt supra dictum est. ergo etiā virtus theologica cōsistit in medio. Pre. spes que est virtus theologica mediū est inter desperatiōz z ꝓsumptionē. sīlr etiā fides incedit media inter cōtrarias

hereses. vt Boetius dicit in li. de duabo naturis. q̄ enim confitemur in xp̄o vnā p̄sonā ⁊ duas naturas. mediū est inter heresim Nestorij. qui dicit duas p̄sonas ⁊ duas naturas. ⁊ heresim Entic. qui dicit vnā p̄sonā ⁊ vnā naturā ergo virtus theologica consistit in medio. Sed ꝓtra in oibo in quibus consistit virtus in medio. cōtingit peccare p̄ excessum sicut ⁊ p̄ defectū. sed circa deū qui est obiectuz virtutis theologice non contingit peccare p̄ excessū. Dicitur enī Eccle. xliij. Benedicentes deū exaltate illū q̄n/tū potestis. maior. n. est oi laude. ergo virt⁹ theologica nō consistit in medio. Rn. dom q̄ sicut dictū est. mediuz virtutis accipit̄ p̄ conformitatē ad suā regulā vel mēsurā ſm q̄ ptingit ipam transcendere. vel ab ea deficere. Virtutis aūt theologice duplex pōt accipi mensura. Una q/dem ſm ipam rōnem virtutis. ⁊ ste mensura ⁊ regula virtutis theologice est ip̄e deus. fides enī nostra regulat̄ ſm veritatē diuinā. charitas aūt ſm bonitatē eius. spes autē ſm magnitudinē oīpotentie ⁊ pietatis eius. ⁊ ista est mē sura excellens omnē humanā facultatē. vñ nunq̄ potest hō tantū diligere deū quantū diligi dz. nec tantū credere aut sperare in ipm quantū dz. vñ multo min⁹ pōt ibi eē excessus. ⁊ sic bonū talis virtutis non consistit in medio. sed tanto est melius quāto magis accedit ad sūmū. Alia vero regula vel mēsura virtutis theologice est ex p̄te nr̄a q: ⁊ si nō possumus fieri in deū quantū debem⁹. debemus tñ ferri in ipm credendo. sperādo ⁊ amādo ſm mēsuram nostre conditionis. vñ p̄ accidens pōt in virtute theologica cōsiderari mediū ⁊ extrema ex p̄te nr̄a. Ad. i. ergo dom q̄ bonū virtutū intellectualiū ⁊ moraliū cōsistit in medio p̄ cōformitatē ad regulā vl̄ mēsurā quā trāscēdere contigit. qđ non est in virtutibo theologicis p̄ se loquēdo vt dictū est. Ad. ij. dom q̄ virtutes morales ⁊ intellectuales perficiunt intellectū ⁊ appetitū nr̄m in ordine ad mensurā ⁊ regulā creatā. virtutes aūt theologice in ordine ad mensurā ⁊ regulā increatā. vnde nō est silis rō. Ad. iij. dom q̄ spes est media inter p̄sumptionē ⁊ desperationē ex p̄te nr̄a inquātū. s. aliquis p̄sumere dz ex eo q̄ sperat a deo bonū qđ excedit suā cōditionē. vel nō sperat qđ ſm suā conditōez sperare posset. nō aūt pōt eē supabū dantia spei ex p̄te dei. cuius bonitas est infinita. Simil⁹ etiā fides est media inter cōtrarias hereses. nō p̄ compara/onē ad abiectū quod ē deus. cui nō pōt aliq̄s nimis credere. sed inquantū ipa opinio hūana est media inter ꝓprias opiniones. vt ex sup̄ dictis pz. Questio. LXV.

Deinde ꝑsideranduz

est de cōnexione virtutū. ⁊ circa hoc q̄runtur quīq̄. primo vtr̄ virtutes morales sint adīuicē cōnexe. secūdo vtr̄ virtutes morales possint esse sine charitate. tertio vtr̄ charitas possit eē sine eis. quarto vtr̄ fides ⁊ spes possint esse sine charitate. quīto vtrum charitas possit esse sine eis.

Ad primuz sic proceditur

Videt̄ q̄ virtutes morales non sint ex necessitate cōnexe. Virtutes enī morales q̄ñq̄ causant̄ ex exercitō actuū. vt p̄bat̄ in. ij. ethi. sed homo pōt exercitari in actibus alicuius virtutis sine hoc q̄ exercitet̄ in actibus alterius virtutis. g̃ vna virtus moralis potest haberi sine altera. Pre. magnificentia ⁊ magnanimitas sunt quedā virtutes morales. s. aliquis pōt habere alias virtutes morales sine hoc q̄ habeat magnificentiaz ⁊ magnanimitatē. Dicit enim p̄hūs in. iiij. ethi. q̄ inops non pōt esse magnificus. qui tñ pōt habere alias quasdam virtutes. ⁊ q̄ ille qui puis ē dignus ⁊ bis se dignificat ꝑ patus est. magnanimus aūt non est. ergo virtutes morales non sunt cōnexe. Pre. sicut virtutes morales p̄ficiunt p̄tem appetitiuā ale. ita virtutes intellectuales p̄ficiūt p̄tem intellectiuā. sed virtutes intellectuales non sunt connexe. pōt enī aliquis habere vnā sciennā sine hoc q̄ habeat aliā. ergo etiā nec̄ virtutes morales sunt cōnexe. Pre. si virtutes morales sint cōnexe. hoc non est nisi q̄ cōnectuntur in p̄udentia. sz hoc non sufficit ad cōnexionē virtutū moraliū. videt̄ enim q̄ aliquis possit esse p̄udens circa agibilia. que p̄tinent ad vnā virtutē sine hoc q̄ sit p̄udens in his que p̄tinent ad aliā. sicut etiā aliquis pōt habere artem circa aliqua factibilia sine hoc q̄ habeat artem circa alia. p̄udentia aūt est recta ratio agibiliū. ergo non est necessariū virtutes morales esse cōnexas. Sed cōtra est qđ Ambrosius dicit sup̄ Lucā. Cōnexe sibi sunt cōcatenate q̄ virtutes. vt qui vnā hz plures habere videat. Augu. etiā dicit in. vi. de tri. q̄ virtutes que sunt in aīo humano nullo mō sep̄ātur ab inuicem. Et Greg. dicit. xiij. moraliū. q̄ vna virtus sine alijs aut oīno nulla est. aut imp̄fecta. Et Tullius dicit i. ij. de tusculanis questionibo. Si vnā virtutem confessus es te non habere. nullam necesse est te habituri. Rn. dom q̄ virtus moralis pōt accipi p̄fecta. vel imp̄fecta. Imp̄fecta quidē moralis virtus. vt p̄antia vel fortitudo nihil aliud est q̄ aliqua inclinatio in nobis existens ad opus alquod de genere bonoꝝ faciendū. siue talis inclinatio sit in nobis a natura. siue ex assuetudine. ⁊ hoc mō accipiendo virtutes morales nō sunt connexe. videmus enī aliquē ex naturali cōplexione vel ex aliq̄ consuetudine eē promptū ad opa liberalitatis. qui tñ non est ꝓmptus ad opa castitatis. Perfecta aūt virtus moralis est habitus inclinans ad bonū opus bene agēdū. ⁊ sic accipiendo virtutes morales. dicendum est eas cōnexas esse. vt fere ab omnib⁹ ponit̄. Cui⁹ rō duplex assignat̄ ſm q̄ diuersimode aliqui virtutes cardinales distinguunt. Dict enī dictuz est. quidā distinguunt eas ſm quasdā generales cōditiones virtutū. vtpote q̄ discretio p̄tineat ad p̄udentiā. rectitudo ad iusticiā. moderātia ad p̄antiā. firmitas animi ad fortitudinē. in quacūq̄ materia ista considerent̄. ⁊ ſm hoc manifeste apparet rō connexionis. non enim firmitas habet laudem virtutis si sit sine moderatione vel rectitudine aut discretione. ⁊ eadem ratio est de alijs. Et hanc rōnem connexionis assignat Greg. xxij. moral̄. dicens q̄ virtutes si sint disiuncte non possunt esse perfecte ſm rationem virtutis. quia nec p̄udentia vera est que iustā tē p̄erans. ⁊ fortis non est. ⁊ idem subdit de alijs virtutibus. Et similem rationez assignat Aug. in. vi. de tri. Alij vero distinguunt predictas virtutes ſm materias. ⁊ ſm hoc assignatur ratio connexionis ab Aristotele in. vi. ethicoꝝ quia sicut supra dictū est. nulla virtus moralis potest sine p̄udentia haberi. eo q̄ p̄prium virtutis moralis est facere electionē rectam cum sit habitus electivus. Ad rectā aūt electionem non solum sufficit inclinatio in debitum finem. quod est directe p̄ habitū virtutis moralis. sed etiaz q̄ aliquis directe eligat ea que sunt ad finē. quod fit per p̄udentiā. que est consiliativa ⁊ iudicativa ⁊ p̄ceptiva eorum que sunt ad finē. similiter etiā p̄udentia non pōt haberi nisi habeant̄ virtutes morales. cū p̄udentia sit recta ratio agibiliū. que sicut ex p̄ncipijs p̄cedit ex finibus agibilium ad quos aliquis recte se habet per virtutes mo

rales. vnde sicut scientia speculatiua nō potest haberi sine intellectu principioꝝ. ita nec prudentia sine virtutib⁹ moralibus. ex quo manifeste sequitur virtutes morales esse connexas. Ad. i. ergo dicendum q̄ virtutum moraliū quedam faciunt hominē fm cōmunem statum. scilicet quātum ad ea que cōmuniter in omni vita hominū occurrūt agenda. vnde oportet q̄ homo simul exercitet circa materias omnium virtutū moraliū. et siquidem circa omnes exercitetur bene operando acquiret habitus omnium virtutū moraliū. si aūt exercitetur bene opādo circa vnā materiā. fi aūt circa aliā. puta bñ se habēdo circa iras nō aūt circa concupiscētias. acquiret quidē habitum aliquez ad refrenandum iras. quiēti non habebit rōnem virtutis p̄ter defectum prudentie. que circa concupiscentias cōsumitur. sicut etiā naturales inclinatōes non habent perfectam rationē virtutis si prudentia desit. Quedā vero virtutes morales sunt que perficiunt hominē fm aliquem eminentē statum. sicut magnificentia et magnanimitas. Et quia exercitiū circa materias harum virtutum non occurrit vnicuiq; cōmuniter. potest aliquis habere virtutes morales sine hoc q̄ habitus harum virtutū habeat actu. loquendo de virtutibus acquisitis. sed tñ acquisitis alijs virtutibus. habet istas virtutes in potentia propīqua cui enim aliquis per exercitiū adeptus est liberalitatem circa mediocres donationes et sumptus. si superueniat ei abundantia pecuniaꝝ. modico exercitio acquret magnificētie habitū. sicut geometer modico studio acquirit scientiam alicuius conclusionis quā nunq̄ consideravit. illud autem habere dicimur quod in promptu est vt habeamus. fm illud phi in. vij. phisicoꝝ. q̄d parū deest quasi nihil deesse videtur. Et per hoc patet responsio ad secundū. Ad. iij dicendum q̄ virtutes intellectuales sunt circa diuersas materias adinuicem non ordinatas. sicut patet in diuersis scientijs et artibus. et ideo non inuenit in eis connexio que inuenit in virtutibus moralibus existentibus circa passiones et operationes. que manifeste habent ad inuicem ordinem. nam oēs passiones a quibusdā primis procedētes scilicet amore et odio. ad quasdam alias terminantur. sc̄z delectationem et tristitiam. et similiter omnes operationes que sunt virtutis moralis in materia habent ordinem ad inuicem et etiā ad passiones. et ideo tota materia moraliū virtutum sub vna rōe prudentie cadit. habent tñ omnia intelligibilia ordinem ad prima principia. et fm hoc oēs virtutes intellectuales dependent ab intellectu principiorum. sicut prudentia a virtutibus moralibus. vt supra dictum est. principia aūt vniuersalia quorum est intellectus principioꝝ. non dependent a conclusionibus de quibus sunt reliquę intellectuales virtutes. sicut morales dependent a prudentia eo q̄ appetitus mouet quodammō rōnem. et rō appetitum. vt supra dictum est. Ad. iij. dicendum q̄ ea ad que inclinant virtutes morales se habent ad prudentiam sicut principia. non aūt factibilia se habent ad artem sicut principia. sed solū sicut materia. manifestum est aūt q̄ et si rō posset esse recta in vna pte materie et non in alia. nullo tñ non potest dici tanto recta si sit defectus cuiuscūq; principij. sicut si quis erraret circa hoc principium. omne totum est maius sua parte. non posset habere scientiam geometricam. quia oporteret multum recedere a veritate in sequentibus. Et preterea agibilia sunt ordinata adinuicem. non autem factibilia. vt dictum est. et ideo defectus prudentie circa vnam partem agibiliū inducetet in defectum etiam circa alia agibilia. quod in facultatibus non contingit.

Ad secundū sic procedit.

Videt q̄ virtutes morales possint esse sine charitate. Dicit enī in. li. sententiaꝝ Prosper. q̄ omnis virtus preter charitatem pōt esse cōmunis bonis et malis. sed charitas non potest esse nisi in bonis. vt dicit ibidē. ergo alie virtutes possunt haberi sine charitate. Pre. virtutes morales possunt acquiri ex actibus humanis. vt dicitur in. ij. ethi. sed charitas non habet nisi ex infusione. fm illud Ro. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris p̄ spiritum sanctum qui datus est nobis. ergo alie virtutes possunt haberi sine charitate. Pre. virtutes morales connectūntur adinuicem inquantū dependent a prudentia. sed charitas non dependet a prudentia. imo prudentiam excedit fm illud Eph. iij. Supereminentem scientie charitatem xp̄i. ergo virtutes morales non connectūtur charitati. sed sine ea esse possunt. Sed cōtra est quod dr Jo. ij. Qui non diligit manet in morte. sed p̄ virtutes perficit vita spūalis. ipse enī sunt quibus recte viuitur. vt Aug. dicit in. ij. de li. arbi. ergo non possunt esse sine dilectione charitatis. Rñ. dicendum q̄ sicut supra dictum est virtutes morales, put sunt operatiue boni in ordine ad finē qui non excedit facultatē naturalē hoīs. possunt p̄ opa humana acquiri. et sic acquisite sine charitate esse possunt. sic̄ fuerunt in multis gentilibꝰ. fm aūt q̄ sunt operatiue boni in ordine ad vltimū finem supnaturalem. sic p̄fecte et vere habent rōnem virtutis. et nō possunt humanis actibꝰ acquiri. sed infundunt a deo. et hmōi virtutes morales sine charitate esse non possunt. dictū est enī supra q̄ alie virtutes morales non possunt esse sine prudentia. prudentia aūt non pōt esse sine virtutibus moralibus. inquantum virtutes morales faciunt se habere bene ad quosdaz fines. ex quibus procedit ratio prudentie. Ad rectaz autem rōnē prudentie multo magis requirit q̄ hō bñ se habeat circa vltimū finem. qđ fit p̄ charitatem q̄m circa alios fines. qđ fit p̄ virtutes morales. sicut rō recta in speculatiuis maxime indiget primo principio indemōstrabili. qđ est contradictoria non simul esse vera. vñ manifestum fit q̄ nec prudentia infusa pōt esse sine charitate. nec alie virtutes morales cōsequenter. que sine prudentia esse nō possunt. Patet igit ex dictis q̄ sole virtutes infuse sunt perfecte et simplr dicende virtutes. q̄ bene ordināt hoīem ad finem vltimū simplr. alie vero virtutes. s. acquisite. sunt fm qđ virtutes. non aūt simplr. ordināt enī hominē bene respectu finis vltimi in aliquo genere. non aūt respectu finis vltimi simpliciter. Vñ Ro. xiiij. sup illud. Oē qđ non est ex fide peccatū est. dicit glo. Aug. Vbi deest agnitio veritatis falsa est virtus etiā in bonis moribus. Ad. i. ergo dicendum q̄ virtutes ibi accipiunt fm imperfectā rōnis virtutis. alioquin si virtus moralis fm p̄fectā rōnez virtutis accipiat. bonū facit habentē. et p̄ consequēs in malis esse nō pōt. Ad. ij. dicendum q̄ rō illa procedit de virtutibus moralibus acquisitis. Ad. iij. dicendum q̄ et si charitas excedat scientiam et prudentiā. tñ prudentia dependet ab charitate. vt dictum est. et per cōsequens omnes virtutes morales infuse.

Ad tertium sic procedit.

Videtur q̄ charitas sine alijs virtutibus moralibus haberi possit. Ad id enim ad quod sufficit vnum indebitum est q̄ plura ordinentur. sed sola charitas sufficit ad omnia

opa virtutis implenda. vt p3 per id quod dicit. i. ad Cor. xiij. Charitas patiens est. benigna est &c. ergo videtur q̄ habita charitate alie virtutes superfluerent. ¶ Pre. qui habet habitū virtutis de facili operatur ea que sunt virtutis. & ei ſm se placent. vnde & signum habitus est delectatio que fit in ope vt dicit in. ij. ethi. sed multi habent charitatem absq; peccato mortali existentes. qui tñ difficultatem in opibus virtutum patiuntur. neq; eis ſm se placēt sed solum ſm quod referuntur ad charitatem. ergo multi habent charitatē qui non habent alias virtutes. ¶ Pre charitas in omnib⁹ sanctis inuenit. sed quidā sunt sancti qui tñ aliquibus virtutibus carent. Dicit enim Beda q̄ sancti magis humiliantur de virtutibus quas non habēt q̄ de virtutibus q̄s habent gloriantur. ergo non est necessarium q̄ qui habet charitatem omnes virtutes morales habeat. ¶ Sed cōtra est q̄ p̄ charitatē tota lex impletur. Dicit enī Ro. xiij. q̄ qui diligit primum legem implenit. sed tota lex impleri non potest nisi p̄ omnes virtutes morales. q̄ lex precipit de omnibus actibus virtutum vt dicitur in. v. ethi. ergo qui habet charitatem hz oēs virtutes morales. Aug. etiam dicit in quadā epistola. q̄ charitas includit in se omnes virtutes cardinales. ¶ Rñ. dō q̄ cū charitate simul infundūtur oēs virtutes morales. cuius rō est. quia deus non minus p̄fecte operatur in opibus gratie q̄q̄ in opibus nature. sic aūt videmus in opib⁹ nature q̄ non inuenitur principium alioq; operum in aliq̄ re. quin inueniatur in ea que sunt necessaria ad hmōi opa pficienda. sicut in aīalibus inueniūtur organa quibus p̄ fici possunt opa ad que pagenda aīa habet potestatem. Manifestum est aūt q̄ charitas inquantū ordinat hoīem ad finem vltimū. est principium omniū bonoq; operum. que in finem vltimū ordinari possunt. vñ oportet q̄ cum charitate simul infundantur oēs virtutes morales. quib⁹ homo p̄ficit singula genera bonoq; operuz. Et sic p̄z q̄ virtutes morales infuse non solū habent connexionē p̄pter prudentiam. sed etiam p̄pter charitatem. & q̄ qui amittit charitatez p̄ peccatū mortale. amittit omnes virtutes morales infusas. ¶ Ad. i. ergo dō q̄ ad hoc q̄ actus inferioris potentie sit pfectus. requiritur q̄ non solum adsit p̄fecto in superiori potentia. sed etiā in inferiori. Si enī principale agens debito modo se haberet. nō sequeret actio perfecta. si instrumentum non esset bene dispositum. vñ oportet ad hoc q̄ homo bene operetur in his que sunt ad finem. q̄ non solū habeat virtutem que bene se habeat circa finem. sed etiā virtutes quibus se bene habeat circa ea que sunt ad finem. nam virtus que est circa finem se hz vt principalis & motiua respectu eorum que sunt ad finē & ideo cum charitate necesse est etiā habere alias virtutes morales. ¶ Ad. ij. dō q̄ q̄cq; contingit q̄ aliquis habens habitum patitur difficultatem in operando. & p̄ cōsequens non sentit delectationem & complacentiam in actu propter aliquod impedimentum extrinsecus superueniens. sicut ille qui habet habitum scientie. patitur difficultatem in intelligendo propter somnolentiam vel aliquā infirmitatem. & similiter habitus moralium virtutū infusarum patiuntur interdum difficultatem in operando propter aliquas dispositiones contrarias ex precedentibus actibus relictas. que quidem difficultas non ita accidit in virtutibus moralib⁹ acquisitis. q̄ per exercitium actuum quo acquiruntur. tolluntur etiaz contrarie dispositiones. ¶ Ad. iij. dō q̄ aliqui sancti dicuntur aliquas virtutes non habere inquantum patiuntur difficultatem in actibus earum ratione iam dicta. quāuis habitus omnium virtutum habeant.

Ad quartuz sic procedit

Videt q̄ fides & spes nunq̄ sint sine charitate. Cum enī sint virtutes theologice digniores esse vident virtutibus moralibus etiā infusis. sed virtutes morales infuse non possunt esse sine charitate. ergo neq; fides & spes. ¶ Pre. nullus credit nisi volens. vt Aug. dicit sup̄ Jo. sed charitas est in voluntate sicut p̄fectio eius. vt supra dictū est ergo fides non p̄t eē sine charitate. ¶ Pre. Aug. dicit in Ench. q̄ spes sine amore esse non p̄t. amor aūt est charitas. de hoc enī amore ibi loquit. ergo spes non p̄t esse sine charitate. ¶ Sed cōtra est quod Jacob. primo dicit in glo. q̄ fides generat spem. spes vero charitatem. sz generans est prius generato & p̄t esse sine eo. ergo fides p̄t esse sine spe & spes sine charitate. ¶ Rñ. dō q̄ fides & spes sicut & virtutes morales dupliciter cōsiderari p̄nt. vno mō ſm inchoationem quandam. alio mō ſm p̄fectū esse virtutis. Cum enī virtus ordinetur ad bonum opus agendum. virtus quidez perfecta dicitur ex hoc q̄ potest in opus perfecte bonum. quod quidem est dū non solum bonum est quod fit. sed etiā bene fit. alioquin si bonuz sit q̄d fit. non aūt bene fiat. nō erit perfecte bonum. vñ nec habitus qui est talis op̄is principium habebit perfectam rationem virtutis. sicut si aliquis operet iusta. bonum quidem facit. sed non erit opus perfecte virtutis nisi hoc bñ faciat. i. ſm electionem rectam. quod est per prudentiam. & ideo iusticia sine prudentia non p̄t esse virtus p̄fecta. Sic igit fides & spes sine charitate possunt quidē aliqualiter esse. p̄fecte autem virtutis rōnem sine charitate non habent. cum enī fidei opus sit credere deo. credere autez sit alicui propria voluntate assentire. si non debito modo velit. non erit fidei opus p̄fectum. q̄ aūt debito modo velit hoc est p̄ charitatem que p̄ficit voluntatem. omnis enim rectus motus voluntatis ex recto amore p̄cedit. vt Aug. dicit. xiij. de ciui. dei. Sic igitur fides est quidē sine charitate. sed non p̄fecta virtus. sicut ſpantia vel fortitudo sine prudentia. Et similiter dō in est de spe. nā actus spei est expectare futuram beatitudinem a deo. qui quidem actus perfectus est si fiat ex meritis que quis habet. q̄d nō p̄t esse sine charitate. si aūt hoc expectet ex meritis que nōdū habet. sed proponit in futurum acquirere. erit actus imp̄fectus. & hoc potest esse sine charitate. & ideo fides & spes possunt esse sine charitate. sed sine charitate p̄dicte virtutes non sunt. nā ad rōnem virtutis pertinet vt nō solum ſm ipsam aliquod bonū operetur. sed etiā bene. vt dz in. ij. ethi. ¶ Ad. i. ergo dō q̄ virtutes morales dependēt a prudentia. prudentia autem infusa nec ratione prudentie habere potest absq; charitate. vtpote deficiente debita habitudine ad primū principium quod est vltimus finis. fides aūt & spes ſm p̄dictas rationes nec a prudētia nec a charitate dependent. & ideo sine charitate esse possūt licet non sint virtutes sine charitate. vt dictū est. ¶ Ad. ij. dō q̄ ratio illa procedit de fide que habet perfectā rōnem virtutis. ¶ Ad. iij. dō q̄ Aug. loquitur ibi de spe ſm q̄ aliquis expectat futuram beatitudinem per merita que iam habet. quod non est sine charitate.

Ad quintuz sic procedit

Videt q̄ charitas possit esse sine fide & spe. Charitas enī est amor dei. sed deus p̄t a nobis amari naturaliter. etiā

non ꝑsupposita fide vel ſpe future beatitudinis.ergo charitas pōt eſſe ſine fide ⁊ ſpe. ¶Pre.charitas eſt radix oīm virtutum.ſm illud Ephe.iij. In charitate radicati ⁊ fundati.ſed radix aliqñ eſt ſine ramis.ergo charitas pōt eſſe aliqñ ſine fide ⁊ ſpe ⁊ alīs virtutibus. ¶Pre.in chriſto fuit ꝑfecta charitas.⁊ ipe tñ non habuit fidē ⁊ ſpem quia fuit ꝑfectus cōphenſor.vt infra dicet.ergo charitas pōt eſſe ſine fide ⁊ ſpe. ¶Sed ꝓtra eſt qđ Aplus dic̄ Heb.xi. Sine fide impoſſibile eſt placere deo.qđ maxime ꝓtinet ad charitatem.vt ꝑz ſm illud ꝓuer.viij. Ego diligētes me diligo.ſpes etiā eſt que introducit ad charitatē.vt ſupra dictū eſt.ergo charitas non pōt haberi ſine fide ⁊ ſpe ¶Rñ.dīm qđ charitas non ſolum ſignificat amorem dei.ſed etiā amicitiā quandā ad ipm.que quidem ſupat amorē addit mutuā reamatiōz cū quadā cōmunicatōe mutua.vt ꝺr in.viij.ethi. Et qđ hoc ad charitatē ꝓtineat. ꝑz ꝑ id qđ dicit.i.Jo.iiij. Qui manet ī charitate in deo manet ⁊ deus in eo. Et.i.ad Cor.i. Fidelis deus ꝑ quē vocati eſtis in ſocietatē filij eius. Hec aūt ſocietas hoīs ad deū eſt quedā familiaris ꝙuerſatio cū ipo.inchoat quidez hic in ꝑſenti ꝑ gram.ꝑficiet aūt in futuro ꝑ gloriā.quoruz vtrūq; fide ⁊ ſpe tenet.vñ ſicut cū aliquis non poſſet cum aliquo amicitiā habere.ſi diſcrederet vel deſperaret ſe poſſe habere aliquā ſocietatē vel familiarem conuerſationem cū ipo.ita aliquis non pōt habere amicitiā ad deū que ē charitas,niſi fidem habeat ꝑ quā credat hmōi ſocietatez ⁊ cōuerſationē hoīs cū deo.⁊ ſperet ſe ad hanc ſocietatem ꝓtinere.⁊ ſic charitas ſine fide ⁊ ſpe nullo mō eſſe pōt.

Ad.i.ergo dīm qđ charitas non eſt qualiſcūq; amor dei. ſed amor dei quo diligit vt beatitudinis obiectū.ad quod ordinamur ꝑ fidē ⁊ ſpem. Ad.ij.dīm qđ charitas eſt radix fidei ⁊ ſpei inquantū dat eis ꝑfectionē virtutis.ſed fides ⁊ ſpes ſm rationē ꝓpriam ꝓſupponunt ad charitatē vt ſupra dictū eſt.⁊ ſic charitas ſine eis eſſe non pōt.

Ad.iij.dōz qđ ipo defuit fides ⁊ ſpes ꝓpter id qđ eſt aliqd imꝑfectionis in eis.ſed loco fidei habuit apertā viſionez ⁊ loco ſpei plenā cōphenſionē.⁊ ſic fuit ꝑfecta charitas in eo.

Questio. LXVI.

Deinde conſiderandum eſt de equalitate virtutū.⁊ circa hoc querūtur ſex.primo vtr virtus poſſit eſſe maior vel minor.ſcdo vtr oēs virtutes ſimul in eodē exiſtentes ſint equales.tertio de comparatiōe virtutū moraliū ad intellectuales.quarto de cōparatione virtutū moraliū adinuicē.quinto d compatōe virtutū intellectualiū adinuicem.ſexto de cōpatione virtutum thēologicaꝝ adinuicem.

Ad primum ſic proceditur

AD tertium sic procedi tur. ¶Videtur q̄ Ap̄lus inconuenienter enumeret ad Gal. v. duodecim fructus. ¶Alibi enim dicit esse tātum vnum fructuz presentis vite. scm illud Ro. vi. ¶Habetis fructuz vestrum in sanctificatione. Et Esa. xxvij. dicitur. ¶Hic est omnis fructus vt auferatur peccatum. non ergo ponendi sunt duodecim fructus. ¶Pre. fructus ē qui ex spirituali semine exoritur vt dictū e. sed dns Mat. xiij. ponit triplicem terre bone fructum ex spirituali semine prouenientem. s. centesimum. sexagesimum. z trigesimum. q̄ non sunt ponendi duodecim fruct⁹. ¶Pre. fructus habet in sui ratione q̄ sit vltimum z delectabile sed ratio ista non inuenitur in omnib⁹ fructib⁹ ab Apostulo enumeratis. patientia enim z longanimitas videntur in rebus contristantibus esse. fides autem non habet rem vltimi. sed magis rationem primi fundamenti. sup̄flue igitur hmōi fruct⁹ enumeratur. Sed contra. videtur q̄ insufficienter z diminute enumerent. dictū est enim. q̄ omnes beatitudines fructus dici possunt. sed nō omnes hic enumerantur. nihil. n. hic ponit ad actū sapiētie pertinens. z multiq̄ aliarū virtutū. q̄ videt q̄ insufficiēter enumerentur fructus. Rñ. dom q̄ numerus duodecim fructuū ab Ap̄lo enumeratoruz cōueniēs est. z possunt significari per duodeciz fructus de quib⁹. dicit Apoc. vlti. Ex vtraq̄ pte fluminis lignū vite afferens fructus duodecim. Quia vero fructus dicit q̄d ex aliquo principio procedit sicut ex semine vel radice attendenda est distinctio horū fructuū scm diuersū processuz spūssancti in nobis. q̄ quidem processus attenditur scm hoc. vt in primo mens hominis in seipa ordinetur. secundo vero ordinet ad ea que sunt iuxta. tertio vero ad ea que sunt infra. Cū autez bene mens hominis disponitur in seipsa. quādo mēs hominis bene se habet in bonis et in malis. prima aūt dispositio mentis humane ad bonum est p amorem. qui est prima affectio. z omniuz affectionuz radix vt supra dictū est. z ideo inter fructus spūs primo ponitur charitas in qua ꝑ excellentiam spūssanctus dat sicut in propria similitudine cū ei presit amor. Vnde dicit Ro. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nris p spūssanctum qui datus est nobis. Ad amorem aūt charitas ex necessitate sequit̄ gaudium. omnis. n. amans gaudet ex cōiunctione amati. charitas aūt semp habet p̄sentē deū quē amat. scm illud i. Jo. iiij. Qui manet in charitate in deo manet z deus in eo. Cūm sequela charitatis ē gaudiū. perfectio aūt gaudij ē pax q̄z tū ad duo. ¶Primo quidem q̄z tū ad quietē ab exterioribus conturbantibus. nō. n. potest perfecte gaudere de bono amato qui in eius fruitione ab aliq̄s perturbat̄. Et iterum: Qui perfecte cor habet in vno peccatū a nullo alio molestari potest. cū alia quasi nihil reputet. vnde dr i ps Pax multa diligentibus nomē tuū. z nō ē illis scandalū quia. s. ab exterioribus non perturbant̄ quin deo fruantur Secundo q̄z tū ad sedationem desidery. fluctuantis. non enim perfecte gaudet de aliquo cui nō sufficit id de quo gaudet. hec aūt duo importat pax. s. vt neq̄z ab exterioribus perturbemur. z vt desideria nra conquiescāt in vno. vnd̄ potest charitatē z gaudiū. tertio ponit̄ pax. In malis aūt bñ se habet mens q̄z tum ad duo. ¶Primo quidē vt nō perturbet̄ mens per imminentiā maloruū. q̄d pertinet ad patientiam. Secundo vt nō perturbetur in dilatiōe bonoruū. q̄d pertinet ad longanimitatem. nam carere bono habet rationem mali. vt dicit̄ in. v. ethicoz. Ad id aūt q̄d ē iuxta hominem. s. proximū bene disponit̄ mens hominis. primo quidez q̄z tū ad voluntatez bene faciendi. z ad hoc pertinet bonitas. Secundo q̄z tum ad beneficentie executionem. z ad hoc pertinet benignitas. dicuntur. enim benigni quos bonus ignis amoris feruere facit ad benefaciendum proximis. Tertio q̄z tum ad hoc q̄ equanimiter tolerent̄ mala ab eis illata. z hoc pertinet mansuetudo que cohibet iras. Quarto q̄z tum ad hoc q̄ non solum per iram proximis non noceamus. sed etiam neque per fraudem vel per dolum. z ad hoc pertinet fides si ꝑ fidelitate sumat̄. sed si sumat̄ pro fide qua creditur in deuz. sic per hāc ordinatur homo ad id qd̄ est sup̄ se. vt. s. homo intellectū suum deo subiiciat. z p consequens omnia que ipsius sunt. sed ad id qd̄ infra est bene disponitur homo. primo quidem q̄z tum ad exteriores actiones per modestiā. que in omnibus dictis factis z modū obseruat q̄z tuz ad interiores cōcupiscentias per cōtinentiaz z castitatē. siue hec duo distinguantur per hoc q̄ castitas refrenat hominem ab illicitis cōtinenti vero a licitis. siue per hoc q̄ continens patitur concupiscentias. sed non deducitur. castus aūt neq̄z patitur. neq̄z deducit̄. ¶Ad.i. q̄ dom q̄ sanctificatio fit per omnes virtutes per quas etiam peccata tollunt̄. vnd̄ fructus ibi singulariter nominat̄ ꝓpter virtutez generis q̄d in multas species diuidit̄. scm quas dicunt̄ multi fructus. ¶Ad.ij. dom q̄ fructus centesimus. sexagesimus. z trigesimus non diuersificantur q̄z diuersas species virtuosoꝝ actuum. sed scm diuersos perfectionis gradus etiā vnius virtutis. sicut ꝓmentia cōiugalis dicitur significari per fructum trigesimum ꝓmentia vidualis per sexagesimum. virginalis aūt per centesimum. Et aliis etiā modis sancti distinguunt tres euangelicos fructus scm tres grad⁹ virtutis. z ponuntur tres grad⁹. q̄z cuiuslibet rei perfectio attendit̄ scm principiū medium z finem. ¶Ad iij. dom q̄ hoc ꝑm q̄d ē in tribulatis nō perturbari rationē delectabilis habet. z fides etiā si accipiat̄ prout ē fundamentū. habet. quādaz rationem vltimi z delectabilis scm q̄ pertinet certitudinem. Cūm glo. exponit. fides. i. desinunsi tribus certitudo ¶Ad.iiij. dom q̄ sicut Aug⁹ dicit super epiam ad Gal. Ap̄lus non hoc ita suscepit vt doceret q̄t sunt vel opa carnis vel fruct⁹ spūs. sed vt ostenderet in q̄ genere illa vitanda. illa vero lectāda sūt. Cūm potuissent vel plures vl etiaz pauciores fruct⁹ enūerari. z cūm omnes dona q̄ virtutū act⁹ possint scm q̄dam conuenientiam ad hoc reduci. scm q̄ omnes virtutes et dona necesse ē q̄ ordinet mētez aliquo predictoꝝ modoꝝ. vñ z actus sapiētie et quoruūcūq; donoꝝ ordinatiū ad bonū reducit̄ ad charitatem. gaudiū. z pacē. Ideo rñ potuit hec q̄z alia enūerauit. q̄ hec enumerata magis important vel fruitionez, bonorum. vel sedationem. malor. quod videtur ad rationez

fructus pertinere.

AD quártū sic proceditᵉ

Videt ꝙ fructus nō cōtrarientᵉ operibus carnis q̄ Alᵉpus enumerat. Cōtraria. n. sūt in eodē genere. sz opa carnis non dicūtur fructᵘ. ḡ fructus spūs eis nō contrariantur. ℞. vnū vni est contrarium. sed plura enumerat Alᵉpus opera carnis q̄z fructus spiritus. ergo fructus spiritus ⁊ opera carnis non contrariantur. ℞. inter fructus spiritus prīma ponuntur charitas gaudium ⁊ pax. quibus non correspondēt ea que primo enumreātur inter opera carnis. que sunt fornicatio. īmundicia. impudicicia. ḡ fructus spiritus nō contrariātur operibus carnis Sed contra est qđ Alᵉpus dicit ibidem. ꝙ caro cōcupiscit aduersus spiritum. ⁊ spiritus aduersus carnem. Rñ. dđz ꝙ opera carnis ⁊ fructus spiritus possunt accipi duplici citer. Uno modo ſm cōmunem rationem. ⁊ hoc modo in cōmun fructus spiritus saucti cōtrariantur operibus carnis. spiritus enim sanctus mouet humanam mentē ad id quod est ſm rationez. vel potius ad id qđ est supra rationem. appetitus autem carnis qui est appetitus sensitiuus trahit ad bona sensibilia que sunt infra hominem. vnde sicut motus sursum ⁊ motus deorsum contrariantur in naturalibus. ita in operibus humanis contrariātur opa carnis fructibus spiritus. Alio modo possunt considerari ſm proprias rationes singulorum fructuū enumeratorum ⁊ operum carnis. ⁊ sic non oportet ꝙ singula singulis contraponantᵉ. quia sicut dictum est. Alᵉpus non intendit enumerare omnia opera spūalia. nec omnia opa carnalia. Sed tamen ſm quādam adaptationez Augˢ. super epl'am ad Galˢ. contraponit singulis operibus carnis singulos fructus. sicut fornicationi que est amor explende libidinis a legitimo cōnubio solutᵘ. opponitur charitas. per quam anima coniungitᵉ deo. in qua etiam est vera castitas. īmundicie aūt sunt omnes perturbationes de illa fornicatione ꝓcepte. quibus gaudiuz trāquillitatis opponitur. Idolorum autem seruitus per quam belluz est gestum aduersus euangelium dei opponitur paci. cōtra veneficia autem inimicicias ⁊ contentiones. animositates emulationes. ⁊ dissensiones opponuntur. longanimitas ad sustinendum mala hominum inter quos viuimus. ⁊ ad curandum benignitas. ⁊ ad ignoscendū bonitas. heresibus autem opponitur fides. inuidie mānsuetudo. ebrietatibus ⁊ comessationibus continētia. Ad. i. ergo dđz ꝙ id quod procedit ab arbore cōtra naturam arboris nō dicitur esse fructus eius. sed magis corruptio quedam. ⁊ quia virtutum opera sunt connaturalia rationi. opera vero viciorum sunt contra rationem. ideo opera virtutum fructus dicuntur. non aūt opera viciorum. Ad. ij. dđm ꝙ bonum cōtingit vno modo. malum vero omnifariam vt Dionysiᵘ dicit. iiij. c. de. diui. no. vnde et vni virtuti plura vitia opponuntur. ⁊ propter hoc non est mirum si plura ponantur opera carnis q̄z fructus spiritus. Ad iij. patet solutio ex dictis.

Questio. LXXI

DEinde ꝯsiderandū est de virtꝰs et peccatis. circa que sex considerāda occurrūt ℞. primo quidaz de ipsis virtꝰs ⁊ peccatis ſm se. secundo de distinctione eorūz. tertio de compatiõe eorum ad inuicem. quarto de subiecto peccati quinto de causa eius. sexto de affectu ipsius. Circa primū queruntur sex. primo vtrum vitium contrarietur virtuti secundo vtrum vitium sit contra naturam. tertio quid sit peius. vtrum vitium vel actus vitiosus. quarto vtrum actus vitiosus possit esse simul cuz virtute. quinto vtrū in omni peccato sit aliquis actus. sexto de diffinitione peccati. quam Augˢ ponit. xxij. contra Faustum. peccatuz est dictum vel factum vel cōcupitum contra legem eternaz

AD primuz sic procedi

tur. Uidetur ꝙ vitium non contrarietur virtuti Uni enim vnum est contrarium. vt probatur in. x. methꝫ. sed virtuti contrariantur peccatum ⁊ malicia. nō ergo cōtrariatur ei vitium. quia vitium dicitur etiaz si sit indebita dispositio membrorum corporaliam. vt quarūcūqz rerum. ℞. virtus nominat quandam perfectionem potentie. sed vitium nihil nomiat ad potentiaz pertinēs ergo vitium non contrariatur virtuti. ℞. Tullᵘ dicit in. iij. de tusculanis questionibus. ꝙ virtus est quedā sanitas anime. sanitati autē opponitur egritudo vel morbus magis q̄z vitium. ergo virtuti non contrariatur vitium. Sed cōtra est qđ dicit Augˢ in libro de perfectiõe iusticie. ꝙ vitium est qualitas ſm quaz malus est animᵘ virtus aūt ē qualitas que facit hoīez habētē. vt ex supra dictis patet. ergo vitiū contrariatur virtuti. ℞. Rñ dđm. ꝙ circa virtutem duo possumus considerare. scilicet ipsā essentiam virtutis. ⁊ id ad qđ est virtus. In essentia quidem virtutis aliquid considerare potest directe. ⁊ aliquid ex consequenti. Directe quidem virtus importat dispositionem quamdā alicuius cōuenienter se habētis q̄z modum sue nature. Unde pbūs dicit in. vij. pḃicoꝝ. ꝙ virtᵘ est dispositio perfecti ad optimum. dico aūt perfecti qđ est dispositum ſm naturam. Ex consequenti autem sequitur quod virtus sit bonitas quedam. in hoc enim consistit vniuscuiusq̄z rei bonitas ꝙ cōuenienter se habeat q̄z moduz sue nature. Id autem ad quod virtus ordinatur est actus bonus. vt ex supra dictis patet. ſm hoc igit tria inueniuntur opponi virtuti. quorum vnum est peccatuz quod opponitur sibi ex parte eius ad quod virtus ordinatur. nam peccatum proprie nominat actum inordinatuz sicut actus virtutis est actus ordinatus ⁊ debitus. ſm autem ꝙ ad rationem virtutis consequitur ꝙ sit bonitas quādam. opponitur virtuti malicia. sed ſm id ꝙ directe ē de ratione virtutis. opponitur virtuti vitium. vitium enim vnuscuiusq̄z rei esse videtur ꝙ nō sit disposita ſm ꝙ cōuenit sue nature. Unde Augˢ dicit i. iij. de libro arbitrio Quod perfectioni nature de esse perspexeris. id voca vitium. Ad. i. ergo dđm ꝙ illa tria non contrariantur virtuti ſm idem. sed peccatum quidem contrariatur ſm ꝙ virtus est operatiua boni. malicia autem ſm ꝙ est bonitas quedam. vitium autem proprie ſm ꝙ est virtus. Ad. ij. dđm. ꝙ virtus non solum importat perfectionē potentie. que est principium agendi. sed etiam importat debitam dispositionem eius cuius est virtus. ⁊ hoc ideo. qz vnūquodq̄z operatur ſm ꝙ actu est. requiritur ergo ꝙ aliquid sit in se bene dispositū quod debet esse boni operatiuum. ⁊ ſm hoc virtuti vitium opponitur. Ad. iij. dđz ꝙ sicut Tullius dicit in. iiij. de tusculanis questionibus morbi ⁊ egrotationes partes sunt viciositatis. in corporibus enim morbum appellat totius corporis corruptionē puta febrem. vel aliquid hmōi. egrotationem vero morbum cum imbecillitate. vitium autem cum partes corporis inter se dissident. Et quāuis in corpore quandoq̄z sit

morbus sine egrotatione. puta cum aliquis est interi9 male dispositus. non tamen exteri9 prepeditur a solitis operationibus. In animo tamen vt ipse dicit hec duo nō possunt nisi cogitatione secerni. Necesse est enim q̄ quando cunq; aliquis interius est male dispositus habens inordinatum affectū q̄ ex hoc imbecillis reddatur ad debitas operatiōes exercēdas. quia vna q̄q; arbor ex suo fructu cognoscitur. i. bpmo ex opere. vt dicitur Matth. xij. sed virtum animi vt Tullius ibidem dicit. est habitus aut affectio animi in tota vita iōstans. z a seipsa dissēriens qō quidem inuenitur etiam absq; morbo vel egrotatione. vt pote cum aliquis ex infirmitate vel ex passione peccat. vnde in plus se habet vitium q̄; egrotatio vel morbus. sicut etiam virtus in plus se habet q̄; sanitas. nam sanitas etiam quedam virtus ponitur in. vij. phisicorum. z ideo virtuti conuenientius opponitur vitium q̄; egrotatio vel morbus.

Ad secundum sic proceditur. Videt q̄ vitiū nō sit p̄ naturā. Viciū. n. cōtrariat virtuti. vt dictum est. sed virtutes nō sūt in nobis a natura. sed causant i nobis per infusionē. aut ab assuetudine. vt dictum est. ergo vitia non sunt contra naturam

¶ Pre. ea que sunt contra naturaz non possunt assuefieri. sicut lapis nnuq; assuescit ferri sursum. vt dicitur in. ij. ethicorum. sed aliqui assuefiunt ad vitia. ergo vitia non sunt contra naturam.

¶ Pre. nihil quod est contra naturam inuenitur in habentibus illam naturam vt in pluribus. sed vitia inueniuntur in hominibus vt in plurib9 quia sicut dicitur. Matth. vij. Lata est via que ducit ad perditionem z multi vadunt per eam. ergo vitium non ē contra naturam.

¶ Pre. peccatum compatur ad vitium sicut actus ad habitum. vt ex supra dictis patet. sed peccatum diffinitur esse dictum vel factum vel concupitus contra legem dei. vt patet per Augustinum. xxij. contra Faustum. lex autem dei est supra naturam. magis ergo dicendum est q̄ vitium sit contra legem q̄; sit contra naturaz.

¶ Sed contra est quod Augustinus dicit in. iij de libro arbitrio. omne vitiuz eoipso q̄ vitiuz est. contra naturam est.

¶ Rñ. dōm q̄ sicut dictum est. vitium virtuti contrariatur. virtus autem vniuscuiusq; rei consistit in hoc q̄ sit bene disposita. fm conuenientiaz sue nature. vt supra dictum est. vnde oportet q̄ in qualibet re vitium dicatur ex hoc q̄ est disposita contra id quod cōuenit nature. vnde de hoc vnaquaeq; res vituperetur. a vitio autē nomen vituperationis detractum creditur. vt Augustin9 dicit in. iij. de libro arbitrio. Sed considerandu est q̄ natura vniuscuiusq; rei potissime est forma. fm quā res speciem sortitur. homo autem in specie constituitur per animam rationalem. z ideo id quod est contra ordinem rationis proprie est contra naturam hominis inquantuz est homo. qd autem est fm rationem est fm naturaz hominis inquantum est homo. bonum autem hominis est fz rationem esse. z malum hominis est preter rationem esse vt Dionysius dicit in iiij. c. de diui. no. vnde virtus humana que hominem facit bonum z opus ipsius bonum reddit. intm est fm naturam hominis inquantum cōuenit rationi. vitium autem intm est contra naturam hominis inquantum est contra ordinem rationis.

¶ Ad. i. ergo dōm. q̄ virtutes z si non causentur a natura fz suum esse perfectum. tamen inclinant ad id qd est fm naturam id est fm ordinem rationis. Dicit enim Tullius in sua rhetorica. q̄ virtus est habitus in modum nature ra-

tioni consentaneus. z hoc modo virtus dicitur esse fz naturam. et per contrariū intelligitur q̄ vitiū sit contra naturam.

¶ Ad. ij. dōm q̄ pbūs ibi loquit de bis que sūt cōtra naturaz fm q̄ esse contra naturam opponitur ei qd ē esse a natura. non autem fm q̄ est contra naturaz opponitur ei qd est eē fm naturam eo modo quo virtutes dicūtur esse fm naturam. inquantum inclinant ad id qd̄ nature conuenit.

¶ Ad. iij. dōm q̄ in homine est duplex natura. s. rationalis z sensitiua. Et q̄ per operatiōez sensus homo peruenit ad actus rationis. ideo plures sequūtur inclinationes nature sensitiue q̄; ordinē rationis. plures enim sunt qui assequūtur principium rei q̄; qui ad cōsūmationem perueniunt. ex hoc autem q̄ vitia z peccata in hominibus p̄ueniunt q̄ consequūtur inclinationē nature sensitiue contra ordinem rationis.

¶ Ad. iiij. dōm q̄ quicqd est contra rationem artificiati. est etiam contra naturam artis qua artificium producitur. lex autem eterna compatur ad ordinez rōis būane sicut ars ad artificiatum. vnde eiusdem ratiōis est q̄ vitium et peccatū sit cōtra ordinem rationis humane. z q̄ sit contra legem eternam. Iñ Aug9 dicit in. iij. de. li. arbi. q̄ a deo habēt omnes nature q̄ nature sunt. z intiñ sunt vitiose inquantuz ab eius qua facte sunt arte discedunt

Ad tertium sic proceditur. Videt q̄ vitiū. i. habit9 mal9 sit pei9 q̄; peccatum. i. actus malus. Sicut. n. bonū qd̄ est diuturnius est melius. ita maluz qd̄ est diuturnius est peius. sed habitus vitiosus ē diuturnio9 q̄; actus vitiosi qui fiatī trāseunt. ergo habitus vitiosus ē peio9 q̄; actus vitiosus.

¶ Pre. plura mala sunt magis fugienda q̄; vnum maluz sed habitus malus virtualiter est causa multoz malorū actuū ergo habitus vitiosus est peio9 q̄; act9 vitiosus.

¶ Pre. causa est potio9 q̄; effectus. sz habitus p̄ficit actum tam in bonitate q̄; i malicia. ergo habitus est potio9 actu z in bonitate z in malicia.

¶ Sed contra. p̄o actu vitioso aliquis iuste punitur. nō aūt p̄o habitu vitioso si nō p̄o cedat ad actum q̄. actus vitiosus eli peio9 q̄; habitus vitiosus.

¶ Rñ. dōm q̄ habitus medio mō se habet inter potentiam z actum. Manifestū ē autē q̄ actus in bono z malo p̄eminent potentie. vt dicitur i. ix. metaph. melius est enim bene agere q̄; posse bene agere. z similiter vitupabilius est male agere q̄; posse male agere. vnde etiā sequit q̄ habitus in bonitate z in malicia mediū graduz obtineat inter potētiā z actū. vt. s. sicut habit9 bon9 vl mal9 p̄emiet i bonitate vl malicia potētie. ita etiā subdit actui qd̄ etiā ex b apet q̄ sit9 ñ dicit bon9 vl mal9 nisi ex b q̄ inclinat ad actū bonū vl malū. vñ p̄pter bonitatē vl malitiā acti9 dr habit9 bon9 vl mal9. z sic potio9 ē act9 i bōitate vl malicia q̄; habit9. q̄; p̄pter qd̄ vnū qd q̄; tale z illd magis ē.

¶ Ad. i. q̄ dd. q̄ nihil p̄ hiberi aliqd eē simplicitet alteri9 potī qd̄ tñ fz qd ab eo dr̄aficit. simplicit. n. pot9 iudicat qd̄ p̄eminet fz id qd̄ p accñs se hz ad vtrūq; ostēsū ē aūt ex ipa rōne act9 z habit9 q̄ act9 ē potio9 i bōitate z malicia q̄; habit9. q̄ aūt habit9 sit diuturnio9 q̄; act9. accidit ex eo q̄ vtrūq; inuenit in tali natura q̄ ñ pōt sēp agere et cui9 actio ē i motu trāseūte. vñ simplicit act9 ē potio9 tam i bōitate q̄; i malicia. b habit9 ē potio9 fz qd.

¶ Ad. ij dd. q̄ habit9 ñ ē simplr plures act9 fz qd. i. diute. vñ ex hoc ñ pōt9 cludi q̄ habit9 sit simplicit potio9 i bōitate vl malicia q̄; act9.

¶ Ad. iij. dd. q̄ habit9 ē cā act9 i genē cause efficētis. b act9 ē cā habit9 i gñe cause finalī fm quā p̄sideratī rō boni z mali. z iō i bōitate z malicia act9 p̄emiet bitui.

AD quartuz sic procedi
tur. Videtur q̄ actus vitiosus siue peccatū non
possit simul esse cū virtute. Contraria enim non possunt
eē simul in eodem. sed peccatū quodāmō contrariat̄ vir-
tuti. vt dictum est. g̃ peccatum nō pōt simul eē cū virtute.
¶ Pre. Peccatū ē peius q̄z vitiū. i. actus malus q̄z ha-
bitus malus. sed vitium non potest simul eē in eodem cū
virtute. ergo neq̄z peccatum. ¶ Pre. Sicut peccatum ac
cidit in rebꝰ volūtarijs. ita ⁊ in rebus naturalibꝰ. vt dicit̄
in. ij. phisicoꝝ. sed nunq̄z in rebꝰ naturalibꝰ accidit pecca-
tum nisi per aliquā corruptionē virtutis naturalis. sicut
monstra accidunt corrupto aliquo principio in semīe. vt
dicitur in. ij. phisicoꝝ. ergo etiam in rebus volūtarijs non
accidit peccatum nisi corrupta aliqua virtute anime. ⁊ sic
peccatum ⁊ virtus nō possunt eē in eodem. ¶ Sed ꝓtra
est q̄ phūs dicit in. ij. etbi. q̄ per contraria virtus genera
tur ⁊ corrumpitur. sed vnus actus virtuosus non causat
virtutem. vt supra habitum est. ergo neq̄z vnus actus pec
cati tollit virtutē. possunt ergo simul in eodem eē. ¶ Rñ
dicendum q̄ peccatum cōparatur ad virtutem sicut actꝰ ma-
lus ad habitum bonū. aliter aūt se habet habitus in aīa ⁊
forma in re naturali. forma enim naturalis ex necessitate
producit opationem sibi cōuenientē. vnde non potest eē
simul cum forma naturali actus formе cōtrarie. sicut nō
potest esse cum calore actus infrigidatiōis. neq̄z simul cū
leuitate motus descensiōis nisi forte ex violentia exteriꝰ
mouentis. sed habitus in aīa nō ex necessitate ꝓducit suā
opationem. sed hō vtit̄ eo cū voluerit. vnde simul habi-
tu in homine existente potest nō vti habitu aut agere con
trarium actum. ⁊ sic pōt habens virtutē procedere ad ac
tum peccati. actus vero peccati si cōparet̄ ad ipsam virtu-
tem, put est habitus quidā. non potest ipsam corrumpere
si sit vnus tantum. sicut enim non generatur habitus ꝑ
vnum actū. ita nec per vnum actum corrumpitur. vt su-
pra dictum est. Sed si comparetur actus peccati ad cām
virtutum. sic possibile est q̄ per vnum actum peccati aliq̄
virtutes corrumpantur. quo dlibet enim peccatum mor-
tale contrariatur charitati. que est radix omniū virtutū
infusarum inquantum sunt virtutes. ⁊ ideo per vnū ac-
tum peccati mortalis exclusa charitate. excluduntur ꝑ cō-
sequens omnes virtutes infuse inquantuz sunt virtutes
⁊ hoc dico propter fidem ⁊ spem. quarum habitus rema
nent informes post peccatum mortale. ⁊ sic non sunt vir-
tutes. sed peccatum veniale quod non contrariatur chari
tati. nec excludit ipsam. per consequens etiam non exclu
dit alias virtutes. Virtutes vero acquisite non tolluntur
per vnū actū cuiuscūq̄z peccati. Sic igit̄ peccatum morta-
le nō potest simul esse cuz virtutibꝰ infusis. potest tamē
simul eē cum virtutibus acquisitis. peccatum vero veni
ale potest simul esse ⁊ cum virtutibus infusis. ⁊ cum ac-
quisitis. ¶ Ad. i. g̃ dōm q̄ peccatum nō cōtrariat̄ virtuti
ꝑm se ꝑ ꝑm suum actum. ⁊ ideo peccatū nō potest simul
esse cum actu virtutis. potest tamen simul esse cū habitu
¶ Ad. ij. dicendū q̄ vitium directe ꝓtrariatur virtuti. si-
cut ⁊ peccatū actui virtuoso. ⁊ iō vitiū excludit actū virtu
tis. ¶ Ad tertium dicendū q̄ virtutes naturales agūt ex
necessitate. ⁊ iō integra existente virtute nūq̄z peccatū po
test in actu inueniri. sed virtutes animе non producūt ac
tus ex necessitate. vnde non est similis ratio.

AD quintuz sic procedi
tur. Videtur q̄ in quolibet peccato sit aliq̄s actꝰ
Sicut enim meritum comparatur ad virtutem. ita pec-
catum ad vitium comparatur. sed meritum non pōt esse
absq̄z aliquo actu. ergo nec peccatū potest esse absq̄z ali-
quo actu. ¶ Pre. Aug⁹ dicit in libro de li. arbi. q̄ omne
peccatum a deo est voluntarium. qđ si non sit voluntari-
um non est peccatum. sed non potest esse aliquid volun-
tarium nisi per actum voluntatis. ergo omne peccatū ha
bet aliquem actum. ¶ Pre. Si peccatum esset absq̄z ali-
quo alio actu sequeret̄ q̄ ex hoc ipso q̄ aliquis cessat ab ac
tu debito peccaret. sed cōtinue aliquis cessat ab actu debi-
to. ille. s. qui nūq̄z actū debitū operatur. ergo sequeret̄ q̄
continue peccaret. qđ est falsum. non ergo est aliquod pec
catum absq̄z actu. ¶ Sed contra est quod dicit̄ Jaco.
iij. Scienti bonum facere ⁊ non facienti peccatum ē illi.
sed nō facere non importat aliquē actum. ergo peccatum
potest esse absq̄z actu. ¶ Rn. dicendū q̄ questio ista prin
cipaliter mouetur ꝓpter peccatum omissionis. de quo ali
qui diuersimode opinantur. Quidam enim dicunt q̄ in
omni peccato omissionis ē aliquis actus. vel interior. vel
exterior. interior quidem sicut cum aliquis vult nō ire ad
ecclesiam quando ire tenetur. exterior autem sicut cū ali-
quis illa hora qua ad ecclesiam ire tenetur. vel etiam ante
occupat se talibꝰ quibus ab eundo ad ecclesiā impeditur
⁊ hoc quodammō videtur in primū redire. qui enim vult
aliquid cū quo aliud simul eē nō potest ex cōsequēti vult
illo carere. nisi forte non perpendat q̄ per hoc qđ vult fa-
cere impeditur ab eo qđ facere tenetur. in quo casu posset
per negligentiā culpabilis iudicari. Alij vero dicunt q̄ in
peccato omissionis non requiritur aliquis actus. ipm enī
non facere quod quis facere tenetur peccatum est. Utra-
q̄z autem opinio ꝑm aliquid veritatem habet. Si enim in-
telligatur in peccato omissionis illud solūz quod per se ꝑ-
tinet ad rationem peccat. sic quandoq̄z omissionis pecca
tum est cum actu interiori. vtcum aliquis vult non ire ad
ecclesiam. Quandoq̄z vero absq̄z omni actu vel interiori
vel exteriori. sicut cum aliquis hora qua tenetur ire ad ec
clesiam nihil cogitat de eundo vel non eundo ad eccliam
Si vero in peccato omissionis intelligantur etiam cause
vel occasiones omittendi. sic necesse est in peccato omissio
nis aliquē actū esse. non enim est peccatuz omissionis ni-
si cum aliquis ꝑtermittit qđ potest facere ⁊ non facere. q̄
autē aliquis declinet ad nō faciendum illud qđ pōt face
re ⁊ non facere. non est nisi ex aliqua causa vel occasiōe cō
iuncta vel ꝓcedente. ⁊ siquidē causa illa nō sit in potesta-
te hominis. omissio non habet rōnem peccati. sicut cū ali-
quis ꝓpter infirmitatē ꝑtermittit ad ecclesiā ire. Si ve
ro causa vel occasio omittendi subiaceat voluntati. omis-
sio habet rationem peccati. ⁊ tunc semper oportet q̄ ista
causa inquantum est voluntaria habeat aliquem actum
ad minus interiorem voluntatis. qui quidem actꝰ quan
doq̄z directe fertur in ipsam omissionem. puta cū aliquis
vult non ire ad ecclesiam vitans labꝝem. ⁊ tunc talꝭ actꝰ
per se pertinet ad omissionem. voluntas enim cuiuscun-
q̄z peccati per se pertinet ad peccatum illud. eo q̄ volun-
tariū ē de rōne pcti. qñq̄z aūt actꝰ voluntatis directe fert̄
in aliud ꝑ qđ bō impedit̄ ab actu debito. siue illud in q̄ fert̄ vo
lūtas sit cōiūctū omissiōi puta cū aliq̄s vult ludere qñ ad
eccliam deberet ire. siue etiā sit ꝓcedēs puta cū aliq̄s vult
diu vigilare de sero ex q̄ seq̄t̄ q̄ nō vadat hora matutina
li ad eccliam ⁊ tunc actus ille interior vel exterior per ac-
cidens se habet ad omissionez. quia omissio sequitur ꝓ-
ter intentionē. hoc aūt dicimus per accidēs esse quod est
ꝓter intentionem. vt patet in. ij. phisicorum. Unde in-

nifestum est q̄ tunc peccatum omissionis habet quidem aliquem actū coniunctum vel precedentem. qui tamē p accidens se habet ad peccatum omissionis. iudicium aūt de rebus dandum est fm illud quod est per se ⁊ non fm illud quod est per accidens. Unde verius dici potest q̄ aliquod peccatum possit esse absq̄ omni actu. alioquī etiam ad essentiam aliorum peccatorum actualium pertinerent actus ⁊ occasiones circumstantes. Ad primum ergo dicendum q̄ plura requiruntur ad bonum q̄ ad malum. eo q̄ bonū contingit ex tota integra causa. malum autem ex singularibus defectibus vt Dio. dicit. iij. c. de di. no. ⁊ ideo peccatum potest contingere siue aliquis faciat quod non debet. siue nō faciendo q̄d debet. sed meritū nō potest eē nisi aliquis faciat voluntarie q̄d debet. ⁊ iō meritū nō potest esse sine actu. sed peccatum potest esse sine actu. Ad. ij. dicendū q̄ aliquid dicitur voluntariū nō solū q̄a cadit super ipsum actus voluntatis. sed q̄a est in potestate nostra vt fiat vel nō fiat. vt dicitur i. iij. ethi. vnde etiam ipsum non velle potest dici voluntarium. in quantum in potestate hominis est velle ⁊ nō velle Ad iij. dicendum q̄ peccatum omissionis cōtrariatur precepto affirmatiuo q̄d obligat semper. sed non ad semper. ⁊ ideo solum pro tempore illo aliquis cessando ab actu peccat. pro quo preceptum affirmatiuum obligabat.

Ad sextum sic procedi tur. Videtur q̄ incōuenienter diffiniatur peccatum cum dicitur. peccatum est dictum vel factum vel cōcupitum cōtra legem eternā. Dictū enī vel factū vel concupitum importat aliquem actum. sed non omne peccatum importat aliquē actum. vt dictum est. ergo hec diffinitio nō includit omne peccatū. Pre. Aug⁹ dicit in li. de duabus animabus. peccatum est voluntas retinēdi vl̄ p̄sequendi quod iusticia vetat. sed voluntas sub concupiscentia comprehendit. fm q̄ concupiscentia largo modo sumitur pro omni appetitu. ergo sufficisset dicere. peccatum est cōcupitum contra legem eternaz. nec oportuit addere dictum vel factum. Pre. Peccatum, prout consistere videtur in auersione a fine. nam bonum ⁊ malū pr̄cipaliter cōsiderantur fm finem vt ex supra dictis patet. Unde ⁊ Aug⁹ in primo de li. arbi. per cōpationē ad finē diffinit peccatum. dicens q̄ peccare nihil est aliud q̄z neglectis rebus eternis temporalia sectari. ⁊ in libro. lxxxiij. questionum dicit q̄ omnis humana peruersitas est vti fruendis ⁊ frui vtendis. sed in premissa diffinitione nulla fit mentio de auersione a debito fine. ergo insufficiēter diffinitur peccatum. Pre. Ex hoc dicitur aliquid esse prohibitum quia legi contrariatur. sed non omnia peccata sunt mala. quia prohibita. sed quedā sunt prohibita q̄ mala. nō ergo in cōmuni diffinitione peccati debuit poni q̄ sit contra legem dei. Pre. Peccatum significat malum hominis actum vt ex dictis patet. sed malum hominis est contra rationem esse. vt Diony. dicit. iiij. c. d̄ diui. no. ergo potius debuit dici q̄ peccatum sit cōtra rōnem q̄z q̄ peccatum sit contra legem eternam. In ⁊trariuz sufficit auctoritas Aug. Rñ. dicendum q̄ sicut ex dictis patet. peccatum nihil aliud est q̄z actus humanus malus. q̄ autem aliquis actus sit humanus habet ex hoc q̄ est voluntarius. sicut ex supra dictis patet. siue sit voluntarius quasi a voluntate elicitus. vt ipsum velle vel eligere. siue quasi a voluntate separatus. vt exteriores actus vel locutionis vel operationis. Habet autem actus humanus q̄ sit malus ex eo q̄ caret debita cōmensuratione. omnis autem commensuratio cuiuscunq̄z rei attenditur p̄ comparationem ad aliquam regulam. a qua si diuertat. incōmensurata erit. Regula autem voluntatis humane ē duplex. Una propinqua ⁊ homogenea. s. ipsa humana ratio Alia vero est prima regula. s. lex eterna. que est quasi ratio dei. Et ideo Aug⁹ in diffinitiōe peccati posuit duo. Unū quod pertinet ad substantiā actus humani q̄d est quasi materiale in peccato. cum dixit. dictum vel factum vel cōcupitum. Aliud autem quod pertinet ad rationem mali. quod est quasi formale in peccato. cum dixit. contra legē eternam. Ad primum ergo dicendum q̄ affirmatio et negatio reducuntur ad idem genus. sicut in diuinis genitum ⁊ ingenitum ad relationē. vt Aug⁹ dicit in. v. de tri. ⁊ ideo pro eodem est accipiendum dictum ⁊ non dictum factum ⁊ non factum. Ad secundum dicendum q̄ prima causa peccati est in voluntate que imperat omnes actus voluntarios. in quibus solum inuenit̄ peccatum. Et ideo Aug⁹ quandoq̄z p̄ solā voluntatē diffinit peccatum sed quia etiam ipsi exteriores actus ptinēt ad substantiā peccati cum sint fm se mali. vt dictum est. necesse fuit q̄ in diffinitione peccati poneret etiam aliquid ptinens ad exteriores actus. Ad. iij. dicendum q̄ lex eterna primo ⁊ principaliter ordinat hominem ad finem. consequēter autem facit bene se habere circa ea que sunt ad finem. ⁊ ideo in hoc q̄ dicit contra legem eternam. tangit auersionem a fine. ⁊ omnes alias inordinationes. Ad quartum dicendum q̄ cum dicit q̄ non omne peccatum ideo est maluz quia est prohibitum. intelligitur de prohibitiōe facta per ius positiuū. si autē referatur ad ius naturale. q̄d continetur primo quidem in lege eterna. secundario vero in naturali iudicatorio rōnis humane. tunc omne peccatum ē malum. quia prohibitum. ex hoc enim ipso ē q̄ inordinatum iuri naturali repugnat. Ad quintum dicendum. q̄ a theologicis consideratur peccatum precipue fm q̄ ē offensa contra deum. a philosopho autem morali secundū q̄ contrariatur rationi. ⁊ ideo Aug⁹ conuenientius diffinit peccatum ex hoc q̄ est contra legem eternam q̄z ex hoc q̄ est contra rationem. precipue cum per legem eternam regulemur in multis que excedunt rationem humanam sicut in his que sunt fidei.

Questio LXXII

Deinde considerandum est de distinctione peccatorum vel vitiorum. Et circa hoc queruntur nouem. Primo vtr̄ peccata distinguantur specie fm obiecta. Secundo de distinctione peccatorum spiritualium ⁊ carnalium. Tertio vtrum fm causas. Quarto vtrum fm eos in quos peccatur. Quinto vtrum fm diuersitatem reatus. Sexto vtr̄ fm omissionem ⁊ commissionem. Septimo vtrum fm diuersum processum peccati. Octauo vtr̄ fm abundantiam ⁊ defectum. Nono vtr̄ fm diuersas circūstantias.

Ad primum sic procedi tur. Videtur q̄ peccata non differant specie fm obiecta. Actus enim humani precipue dicuntur boni vel mali per comparationem ad finē. vt supra ostensum est. cum igitur peccatū nihil aliud sit q̄z actus hominis malus. sicut dictum est. videtur q̄ fm fines peccata debeāt distingui specie magis q̄z fm obiecta. Pre. Malū cuz sit priuatio distinguit̄ specie secundum diuersas species

oppositorum. sed peccatum est quoddã malum i genere hũanoꝝ actuum. ergo peccata magis ꝺ. stinguuntur spẽ secundum oppsita ꝙz fm obiecta. ¶ Ore. Si peccata specie differant secundum obiecta. impossibile esset idem peccatum specie circa diuersa obiecta inueniri. ꝫ inuenitur aliqua huiusmodi peccata. naz superbia est in, rebus spiritualibus ⁊ in corporalibus. vt Greg⁹ dicit i li. xxxiij Moral. auaricia etiã ē circa diuersa genera rer. ꝯ peccata nõ distinguunt spẽ fm obiecta. ¶ Sed cõtra est ꝙ peccatũ ē dictũ vel factũ vel cõcupitũ contra legẽ dei. sed dicta vel facta vel cõcupita distinguunt spẽ fm diuersa obiecta. ꝙ actus per obiecta distinguũt. vt supra dictũ ē. ergo etiã peccata fm obiecta spẽ distinguunt. ¶ Rñ. dom. ꝙ sicut dictũ ē. ad rationẽ peccati duo cõcurrũt. s. actꝰ voluntarius ⁊ inordinatio eius. que est per recessum a lege dei. Uoꝝ autẽ duoꝝ vnũ p se cõpat ad peccantẽ qui intendit talẽ actũ voluntariũ exercere in tali materia. Aliud autẽ s. inordinatio actus p accidẽs se bz ad intentionẽ peccantis. nullus enim intendens ad malũ operat. vt Dio. dicit iiij. ca. de diui. no. Manifestum ē autẽ ꝙ vnũqꝺqꝫ consequitur speciem fm illud qꝺ est per se. nõ aũt fm id qꝺ est per accidẽs. qꝛ ea que sunt per accns sunt extra rõnẽ specici. ⁊ iõ peccata spẽ distinguunt ex pte actũ voluntariorum magis ꝙz ex pte inordinationis in pctõ existentꝫ. actꝰ autẽ volũtarꝫ distinguunt spẽ fm obiecta. vt in supioribus ostensum est. vñ sequit ꝙ peccata ꝓprie distinguant specie fm obiecta. ¶ Ad. i. ꝯ dõ. ꝙ finis principaliter habet rõnem boni. ⁊ iõ cõpatur ad actũ voluntatis. qui ē principialis in oi pctõ sicut obiectũ. vnde in idem redit ꝙ peccata differant fm obiecta vel fm fines. ¶ Ad. ij. dom. ꝙ peccatum nõ ē pura priuatio. sed ē actus debito ordine priuatus. ⁊ iõ pcta magis distinguuntur spẽ fm obiecta actũ ꝙz fm oppsita. quãuis etiã si distinguant fm oppositas virtutes in idẽ rediret. virtutes enim distinguuntur specie fm obiecta. vt supra dictũ est. ¶ Ad. iij. dom ꝙ nihil prohibet in diuersis rebus spẽ vel genere differentibꝰ inuenire vnã generalẽ rõnẽ obiecti a qua pctũ speciẽ recipit. ⁊ hoc mõ superbia circa diuersas res excellentiã querit. auaritia vero abũdãtiã eoꝝ q̃ vtui hũano accomodãt.

¶ Ꝺ secunduz sic procedi tur. Uidet ꝙ inconuenienter distinguant pcta spiritualia a carnalibꝰ. Dicit enim Aplus ad Gal. v. Manifesta sunt opa carnis. que sunt fornicatio. immũdicia. impudicicia. luxuria. idolorum seruitus. veneficia. ⁊c. ex quo videtur ꝙ oĩa peccatorum genera sunt opa carnis. sed peccata carnalia dicunt opera carnis. ergo nõ sunt distinguenda peccata carnalia a spũalibꝰ. ¶ Ore. Quicunqꝫ peccat fm carnẽ ambulat. fm illud Ro. viij. Si fm carnẽ vixeritis morieimini. Si autẽ spũ facta carnis mortificaueritis viuetis. sed viuere vel ambulare fm carnem videtur pertinere ad rõnem peccati carnalis. ergo oĩa peccata sunt carnalia. nõ ergo sunt distinguenda peccata carnalia a spũalibus. ¶ Ore. Superior ps animeque est mens vel ratio spũs notatur. fm illud Eplx. iiij. Renouamini spũ mentis vestre. vbi spũs ꝓ ratione ponit. vt ibi glo. dicit. sed oĩe peccatũ qꝺ fm carnẽ cõmittit a rõne vertuat ꝓ consensum qꝛ superioris rõnis ē cõsentire in actũ peccati. vt infra dicet. ꝯ eadẽ pcta sunt carnalia ⁊ spũalia. non ergo sunt distinguenda ab inuicez. ¶ Ore. si aliqua pcta specialiter sunt carnalia. hoc potissime intelligendũ videt de illis peccatis quibꝰ in corpus suũ peccat aliquis. sed sicut Aplus dicit i. ad Cor. vi. Omne peccatũ quodcunqꝫ fecerit hõ extra corpus ē. qui autẽ fornicat in corpus suũ peccat. ergo sola fornicatio esset peccatũ carnale. cũ ipse Aplus ad Eplx. v. etiã auariciam carnalibꝰ peccatis ãnumeret. ¶ Sed ꝓtra est qꝺ Greg⁹. xxxi. Moral. dicit. ꝙ septem capitalium vitiorum quinqꝫ sunt spiritualia. ⁊ duo sũt carnalia. ¶ Rñ. dicendum ꝙ sicut dictum est. pcta recipiunt speciez ex obiectis. omne autem peccatum in appetitu ꝯsistit alicuius cõmutabilis boni qꝺ inordinate appetitur. ⁊ per consequens in eo tam habito inordinate aliquis delectat. vt autem ex superioribus patet duplex est delectatio. Una quidem animalis que cõsumat in sola apprehensione alicuius rei ad votum habite. ⁊ hec etiam potest dici delectatio spiritualis sicut cũ aliquis delectat in laude humana. vel in aliquo huiusmodi. Alia vero delectatio ē corporalis siue naturalis que in ipo tactu corporali pficit. que potest etiã dici delectatio carnalis. Sic igit illa peccata que perficiunt in delectatiõe spũali vocant peccata spiritualia. illa vero que perficiunt in delectatione carnali vocant peccata carnalia. sicut gula que perficitur in delectatione ciborum ⁊ luxuria que perficitur in delectatione venereorum vnde ⁊ Aplus dicit. i. ad Cor. vij. Emundemus nos ab oi inquinamento carnis ⁊ spũs. ¶ Ad primũ. ꝯ dicendũ. ꝙ sicut glo. ibidẽ dicit. illa vitia dicunt opera carnis. nõ qꝛ in voluptate carnis perficiantur. sed caro sumitur ibi pro homine. qui dum fm se viuit fm carnem viuere dicit. vt etiã Aug⁹ dicit. xiij. ꝺ ciui. dei. Et huiusmodi rõ ē ex hoc ꝙ omnis rõnis hũane defectus ex sensu carnali aliq̃ mõ initium habet. Et per hoc etiã pz rñsio ad secundum.

Ad tertiũ dicendũ ꝙ in pctis etiam carnalibꝰ est aliquis actus spiritualis. s. actus rationis. sed finis horum peccatorum a quo denominantur est delectatio carnis. ¶ Ad quartũ dom ꝙ sicut glo. ibidẽ dicit. specialiter in fornicationis peccato seruit anima corpori. intantum vt nihil aliud in ipso momento cogitare homini liceat. delectatio autem gule ⁊ si sit carnalis non ita absorbet rationem. Uel potest dici ꝙ in hoc peccato etiam quedam iniuria fit corpori dum inordinate maculat. ⁊ ideo per hoc solum peccatum dicitur specialiter homo in corpus peccare. auaricia vero que carnalibus peccatis cõnumerat. ꝓ adulterio ponitur. qꝺ est iniusta vsurpatio vxoris aliene. Uel põt dici ꝙ res in qua delectatur auarus corporale quiddam ē ⁊ quãtũ ad hoc cõnumeratur peccatis carnalibus. ꝫ ipa delectatio nõ pertinet ad carnez sed ad spiritum. Et ideo Greg⁹ dicit ꝙ est spirituale peccatum.

¶ Ꝺ terciuz sic procedi tur. Uidetur ꝙ peccata distinguantur specie ex causis. Ab eodem enim habet res speciez a quo habz eẽ sed peccata habent esse ex suis causis. ergo ab eis etiã speciem sortiuntur. differunt ergo specie fm diuersitatẽ causarum. ¶ Dr. Inter alias causas minus videtur pertinere ad speciem causa materialis. sed obiectum in peccato est sicut causa materialis. cum ergo fm obiecta peccata specie distinguantur. videtur ꝙ peccata multo magis fm alias causas distinguantur specie. ¶ Ore. Aug⁹. super illud ps. Incensa igni ⁊ suffossa. dicit ꝙ omne peccatum est ex timore male humiliante vel ex amore male inflammante. Dicitur enim. i. Joh. ij. ꝙ omne quod ē in mundo aut ē ꝯcupiscẽtia carnis. aut ꝯcupiscẽtia oculorum. aut superbia vite. Dicit aũt aliqd eẽ in mũdo ꝓpter pctm ꝫ ꝙ mũdi. noĩe amatores mundi significant. vt Aug⁹ dic.

super Job. Greg⁹ etiam. xxxi. Moral'. distinguit omnia peccata ſm ſeptem vitia capitalia. oēs autem huiuſmodi diuiſiones reſpiciunt cauſas peccatorum. ergo videtur q̄ peccata differant ſpecie ſm diuerſitatem cauſarum.

Sed contra eſt q̄ ſm hoc oīa peccata eſſent vnius ſpēi. cū ex vna cauſa cauſentur. Dī enī Eccl'. x. q̄ initū omnis pecī ē ſuperbia. Et. i. ad Tim. vlt. q̄ radix oīum malor̄ eſt cupiditas. Manifeſtū ē aūt eē diuerſas ſpēs pctor̄. nō ḡ peccata diſtinguūtur ſpē ſm diuerſitates cauſar̄.

Rn dīm q̄ cū quatuor ſint cauſar̄ genera. diuerſimode diuerſis attribuūtur. cā enī formalis ⁊ materialis reſpiciūt p̄prie ſubſtantiā rei. ⁊ iō ſubſtantie ſm formā ⁊ materiaz ſpecie ⁊ genere diſtinguūtur. agens aūt ⁊ finis reſpiciunt directe motū ⁊ operationē. ⁊ iō motus ⁊ operatiōes ſm huiuſmodi cauſas ſpecie diſtinguūtur. diuerſimode tñ. nā principia actiua naturalia ſunt determinata ſemp ad eosdem actus. ⁊ iō diuerſe ſpēs in actibo naturalibo attendūtur nō ſolū ſm obiecta que ſunt fines vel termini. ſ etiaz ſm principia actiua. ſicut calefacere ⁊ infrigidare diſtinguūtur ſpē ſm calidū ⁊ frigidum. ſed principia actiua in actibo voluntarijs cuiuſmodi ſunt act⁹ pctor̄ nō ſe habēt ex neceſſitate ad vnū. ⁊ iō ex vno principio actiuo vel motiuo poſſunt diuerſe ſpēs pctor̄ procedere. ſicut ex timore male humiliante pōt p̄cedere q̄ hō furetur. ⁊ q̄ occidat. ⁊ q̄ deſerat gregem ſibi cōmiſſum. ⁊ hec eadem p̄ſit procedere ex amore. Cū manifeſtū eſt q̄ pctā nō differūt ſpē ſm diuerſas cauſas actiuas vel motiuas ſ ſolum ſm diuerſitatē cauſe finalis. finis aūt ē obiectū volūtatis. oſtēſum ē enī ſupra q̄ actus hūani habēt ſpēz ex fine.

Ad primū ḡ dīm. q̄ principia actiua in actibo voluntarijs cū nō ſint determinata ad vnū. nō ſufficiūt ad producendū hūanos actus. niſi determinet volūtas ad vnū p̄ intētionē finis. vt pat per phūm in. ix. metha. ⁊ iō a fine p̄ficitur ⁊ eē ⁊ ſpēs peccati.

Ad. ij. dīm q̄ obiecta ſm q̄ cōpantur ad actus exteriores habēt rōnem materie circa quam ſed ſm q̄ cōpant ad actum interiorē voluntatis habēt rationē finiū. ⁊ ex hoc habēt q̄ dent ſpēm actui. quamuis etiaz ſm q̄ ſunt materia circa quam habeant rōnē termini a quibo motus ſpecificant. vt dicit in. v. phi. ⁊ in. x. ethi. ſed tamē etiam termini motus dant ſpēm motibus inquantū habēt rōnē finis.

Ad. iij. dīm. q̄ ille diuiſiones peccator̄ nō dant ad diſtinguendas ſpēs pctor̄. ſed ad manifeſtandas diuerſas cauſas eorum.

HD quartuz ſic procedi

tur. Videtur q̄ incōuenienter p̄tm diſtinguat per p̄tm q̄d eſt in deū. in proximū ⁊ in ſeipm. Illud enī q̄d ē cōe oī pctō nō debet poni quaſi ps in diuiſione peccati. ſed cōe ē oī pctō q̄ ſit cōtra deū. ponit enī in diffinitione peccati q̄ ſit cōtra legē dei. vt ſupra dictū ē. non ergo peccatū in deū debet poni quaſi ps in diuiſione peccator̄.

Pre. Omnis diuiſio debet fieri p̄poſita. ſz iſta tria genera peccator̄ nō ſunt oppoſita. quicūq enī peccat i p̄rimū. peccat in ſeipm ⁊ in deū. nō ḡ peccatū p̄cipiēter diuiditur ſm hec tria.

Pre. Ea que ſunt extrinſecus non cōferunt ſpēm. ſed deus ⁊ proxim⁹ ſunt extra nos. ergo per hec nō diſtinguunt pctā ſm ſpēm. incōuenienter igit ſm hec tria peccatū diuidit.

Sed p̄tra eſt q̄ Iſidorus in li. de ſummo bono diſtīgues pctā. dicit q̄ hō dicit peccare in ſe. in deū ⁊ in proximū.

Rñ. dīm q̄ ſicut ſup dictum ē. peccatū ē actus inordinatus. Triplex aūt ordo i homine debet eſſe. Unus quidem ſm comparationē ad regulam rationis. prout. ſ. omnes actiōes ⁊ paſſiones noſtre debent ſm regulā rōnis cōmenſurari. Alius aūt ordo eſt per comparationē ad regulā diuine legis. p̄ quā homo in omnibus dirigi debet. ⁊ ſiquidē homo naturaliter eēt animal ſolitariū. hic duplex ordo ſufficeret. ſed q̄ homo eſt naturaliter aīal politicum ⁊ ſociale. vt p̄bat⁹ in primo politicor̄. iō neceſſe ē q̄ ſit tertius ordo quo hō ordinetur ad alios hoīes quib⁹ cōuiuere d⁹. Horū aūt ordinum primus cōtinet ſecundū ⁊ excedit ip̄m quecūq enī cōtinētur ſub ordine rōnis. p̄tinent⁹ ſub ordine ip̄ius dei. ſed quedā cōtinent⁹ ſub ordine ip̄ius dei que excedūt rationē humanā. ſicut ea que ſunt fidei ⁊ que debent⁹ ſoli deo. vnde qui in talibo peccat. dicit⁹ in deū peccare. ſicut hereticus ⁊ ſacrilegus ⁊ blaſphemus. Similiter etiā ſecundus ordo includit tertiū ⁊ excedit ip̄m. q̄ in oībus in quibus ordinamur ad proximū. oportet nos dirigi ſm regulā rationis. ſed in quibuſdā dirigimur ſm rōnem quātuz ad nos tantū. nō aūt quātū ad primū. ⁊ q̄ñ in his peccat⁹ dicitur homo peccare in ſeipſū. ſicut patet de guloſo. luxurioſo ⁊ prodigo. quando vero peccat hō in his quib⁹ ad p̄rimum ordinat⁹ dicit⁹ peccare in proximū. ſicut⁹ patet de fure ⁊ homicida. Sunt autem diuerſa quibo homo ordinatur ad deū ad proximū ⁊ ad ſeip̄m. vnde hec diſtinctio peccatorum eſt ſm obiecta. ſm que diuerſificant⁹ ſpēs peccatorum. vnde hec diſtinctio peccator̄ proprie ē ſm diuerſas peccator̄ ſpecies. nam ⁊ virtutes quib⁹ peccata opponuntur ſm hanc dīam ſpē diſtinguunt⁹. Manifeſtū ē enī ex dictis q̄ virtutibus theologicis homo ordinatur ad deū temperantia vero ⁊ fortitudine ad ſeipſum. iuſticia autez ad proximum.

Ad. i. ergo dīm q̄ peccare in deū ſm q̄ ordo qui eſt ad deū includit oēm hūanū ordinē. cōe eſt oī peccato. ſed quantum ad id q̄ ordo dei excedit alios duos ordines. ſic peccatum in deum eſt ſpeciale genus peccati.

Ad. ij. dicendum q̄ quando aliqua quor̄ vnum includit alterum ab inuicem diſtinguunt⁹ intelligit⁹ fieri diſtinctio nō ſm illud q̄ vnū continetur in altero. ſed ſm illud. ſ. q̄ vnum excedit alterum. ſicut patet in diuiſione numerorum ⁊ figurarum. non enim triangulus diuidit⁹ contra quadratum ſm q̄ continetur in eo. ſed ſm q̄ excedit⁹ ab eo. ⁊ ſimiliter eſt de ternario et quaternario.

Ad. iij. dicendū q̄ deus ⁊ proximus quātus ſint exteriora reſpectu ip̄ius peccantis. non tamen ſunt extranea reſpectu actus peccati. ſed comparatur ad ipſa ſicut ad propria obiecta ipſius.

HD quintuz ſic procedi

tur. Videtur q̄ diuiſio peccatorū que eſt ſm reatum diuerſificet ſpeciem. puta cum diuiditur ſm veniale et mortale. Ea enim que in infinitum differunt non poſſunt eſſe vnius ſpeciei nec etiam vnius generis. ſed veniale et mortale peccatum differunt in infinitum. Venialī enim debetur pena temporalis. mortali pena eterna. menſura autem pene reſpondet quantitati culpe. ſm illud Deutero. xxv. ſm menſuram delicti erit et plagarum modus. ergo veniale et mortale non ſunt vnius generis. nec dicatur q̄ ſint vnius ſpeciei.

Pre. Quedam peccata ſunt mortalia ex genere. ſicut homicidium et adulteriū. Quedam vero ex ſuo genere ſunt peccata venialia. ſicut verbum ociоſum et riſus ſuperfluus. ergo peccatū veniale et mortale ſpecie differunt.

Pre. Sicut habet ſe act⁹ virtuoſus ad p̄miū. ita ſe hz pctm ad penā ſz p̄miū ē finis virtuoſi act⁹. ḡ et pēa ē finis pcti. ſed pctā diſtinguuntur

AD secundum sic proceditur. Videt q̄ ignorantia nō sit peccatū. Peccatū enī ē dictū vel factū vel cōcupitū ꝓtra legē dei. vt supra habitū ē. sed ignorantia nō importat aliquē actū neq; interiorē neq; exteriorē. g̈ ignorantia nō est peccatum. Pre. Peccatū directius opponit g̈e q̄z scie. sed priuatio g̈e nō est pctm̄. sed magis pena q̄dam ꝓsequēs pctm̄. g̈ ignorātia q̄ ē priuatio scie nō ē pctm̄. Pre. Si ignorantia est pctm̄ hoc nō ē nisi inquantū ē voluntaria. sed si ignorantia sit peccatū inq̄tū ē voluntaria. videt peccatū in ipso actu voluntatis ꝓsistere magis q̄z in ignorantia. g̈ ignorantia nō erit peccatū. sed magis aliqđ pōs ad peccatū. Pre. Dē peccatū p penitentiā tollit. nec aliquod peccatuz trāsiens reatu remanet actu nisi solus originale ignorantia autē nō tollit p pniam. ſz adhuc remanet actu omni reatu per pniam remoto. g̈ ignorantia nō ē peccatū nisi forte sit originale. Pre. Si ipsa ignorantia sit peccatū q̄diu remaneret ignorantia in hoīe. tādiu actu peccaret. sed ꝓtinue manet ignorantia in ignorante. g̈ ignorans ꝓtinue peccaret. qđ p̄z eē falsū. q̄ sic ignorantia eēt grauissimū. nō g̈ ignorantia ē peccatū. Sed ꝓtra. nihil meret penā nisi peccatū. sed ignorantia meret penam ſm illud. i. ad Cor. xiij. Si quis ignorat ignorabitur. g̈ ignorantia ē peccatū. Rñ. dām q̄ ignorantia in hoc a nescientia differt. q̄ nescientia dicit simplicē scie negationē. vnde cuicunq; deest aliqua rez scia pōt dici nescire illā. ſm quē modū Dio. in angelis nescientiā ponit. vt. c. cel. hierar. ignorantia vero ipōrtat scie priuationē. dū. s. alicui deest scia eoz q̄ aptus natus ē scire. Doz autē quedā aliquis scire tenet. illa. s. sine quoz scia nō pōt debituz actū recte exercere. vñ oēs tenent scire cōiter ea que sūt fidei & vniuersalia iuris p̄cepta. singuli aūt ea q̄ ad eorum statū vl officiū spectāt. Inuisq; vero scire tenet ea q̄ ad suū officiū spectāt. Quedā vero sunt q̄ & si aliquis natus ē scire. ñ tn̄ ea scire tenet. sicut thoreumata geometrie & cōtingentia particularia nisi in casu. Manifestū ē autē q̄ q̄cunq; negligit habere vel facere id qđ tenet habere vel facere id qđ tenet habere vel facere. peccat pctō omissionis vnde propter negligentiam ignorantia eorum q̄ aliquis scire tenet ē peccatum. nō aūt impurat hoī ad negligentiam si nesciat ea q̄ scire nō pōt. vnde hoz ignorantia inuincibilis dicit. q̄z studio superari nō pōt. & ꝓpter hoc talis ignorantia cū nō sit voluntaria eo q̄ nō ē in p̄te nra eaz repellere nō ē peccatū. ex quo p̄z q̄ nulla ignorātia inuincibilis ē peccatū. ignorantia aūt vincibilis ē peccatuz. si sit eoz que aliquis scire tenet. nō aūt si sit eoz que q̄s scire nō tenet. Ad. i. g̈ dām q̄ sicut supra dictū ē. in hoc q̄ dicit dictū vel factū vel cōcupitū. sunt intelligende etiā negationes oppositē ſm q̄ omissio hz rōnē pcti. & ita negligēntia ſm quā ignorantia tē peccatū ꝓtinet sub p̄dicta diffinitione pcti. inq̄tū p̄termittit aliqđ qđ debuit dici vel fieri vel cōcupisci ad sciam debitā acq̄rendā. Ad. ij. dām q̄ priuatio g̈e & si ſm se nō sit peccatū. tn̄ rōne negligentie p̄parandi se ad g̈am pōt habere rōnē pcti sicut & ignorantia. & tn̄ quantū ad hoc ē dissimile. q̄z hō pōt aliquā sciaz acquirere p suos act⁹. g̈a vero nō acquirit ex nris actibus sed ex dei munere. Ad. iij. dām q̄ sicut in pctō trāsgressionis. peccatū nō ꝓsistit in solo actu voluntatis. sed etiā in actu volito qui ē impetus a voluntate. ita in pctō omissionis nō solū actus voluntatis ē peccatū. sed etiam ipsa omissio inquantū ē aliqualiter voluntaria. & hoc mō ipa negligentia sciendi vel etiā ipa incōsideratio ē peccatum. Ad. iiij. dām q̄ licet transeunte reatu p penitentiā remaneat ignorantia ſm q̄ ē priuatio scie. non tn̄ remanet negligētia ꝟz quā ignorātia pctm̄ dicit. Ad. v. dām. q̄ sicut in alijs pctis omissionis solo illo tpe hō actu peccat pro quo p̄ceptū affirmatiuū obligat. ita est & de peccato ignorantie. nō enī ꝓtinue ignorās actu peccat. sed solum q̄n̄ est tempus acq̄rendi scientiam quam habere tenetur.

AD tertium sic proceditur. Videt q̄ ignorantia ex toto excuset a pctō. q̄z vt Aug⁹ dicit. oē peccatū volūtariū ē. ſz ignorātia causat inuoluntariū vt supra habitū ē. g̈ ignorantia totaliter excusat peccatū. Pre. Id qđ aliquis facit ꝓter intentionē p accīs agit. sed intentio nō pōt eē de eo qđ ē ignotuz g̈ id qđ p ignorantiā hō agit p accīs se hz in actibz humanis. sed q̄ ē p accidēs nō dat spēz. nihil g̈ qđ ē p ignorantiā factū dz iudicari peccatū vel virtuosū in būanis actibz. Pre. Dō ē subiectū virtutis & peccati inquantuz ē participeps rōnis. sed ignorantia excludit sciam p quā rō pficit g̈ ignorātia totaliter excusat a pctō. Ex ꝓtra ē q̄ Aug⁹ dicit in li. de li. arbi. q̄ quedā p ignorantiā facta recte improbant. sed solū illa recte improbant q̄ sunt pctā. g̈ quedā p ignorantiā facta sunt pctā. nō g̈ ignorātia oīno excusat peccatuz. Rñ. dām q̄ ignorantia de se hz q̄ faciat actū quē causat inuoluntariū eē. iam aūt dictū ē q̄ ignorantia dicit causare actū quē scīa opposita prohibebat. & ita talis actus si scīa adesset. eēt ꝓtrarius voluntati. qđ importat nomē inuolūtarij. si vero scīa que p ignorantiā priuat nō ꝓhiberet actū propter inclinationē voluntatis in ipsum. ignorantia huius scie nō facit hoiez inuolūtarium sed nō volentē. vt dicit in. iij. etbi. & talis ignorātia q̄ non est causa actus peccati. vt dictū ē. q̄z nō causat inuolūtarium. nō excusat a pctō. Et eadē rō ē de quacūq; ignorantia nō causante sed ꝓsequente vel cōcomitante actum peccati sed ignorantia que ē causa actus quia causat inuoluntarium. de se habet q̄ excuset a peccato. eo q̄ voluntarium est de ratione peccati. Sed q̄ aliquando nō totaliter excuset a peccato potest cōtingere ex duobus. Uno mō ex p̄te rei ipsius ignorate. in tantū enī ignorantia excusat a peccato inq̄tū ignorat aliqđ eē pctm̄. p̄t aūt ꝓtīgere q̄ aliq̄s ignoret qđē aliq̄z circūstātia pctī q̄z si sciret retraheret a peccando

siue illa circumstantia faciat ad rationem peccati siue nō
et tñ adhuc remanet in eius scīa aliqd ꝑ qđ cognoscit illđ
eē actū pctī. puta si aliquis percutiens aliquē sciat qdem
ipm eē hominē. qđ sufficit ad rōnē pctī. nō tñ scit eū esse
patrē qđ ē circūstantia ꝓstituens nouā spēm pctī. vel for
te nescit qꝫ ille se defendens repercuciat eū. qđ si sciret nō ꝓ
cuteret qđ nō ꝑtinet ad rōnem pctī. vñ licet talis ꝓpter ig
norantiam peccet nō tñ totaliter excusaf a pctō. qz adhuc
remanet ei cognitio peccati. Allio mō pōt hoc cōtingere ex
pte ipsius ignorantie. qz. s. ipsa ignorantia ē volūtaria vl
directe. sicut cū aliquis studiose vult nescire aliqua vt li
berius peccet. vel indirecte. sicut cū aliquis ꝓpter laborez
vel ꝓpter aliquas occupationes negligit addiscere id per
qđ a pctō retraheref. talis enī negligentia facit ignoranti
am ipsaz eē voluntariam et pctm. dūmodo sit eoꝫ q̄ quis
scire tenef et pōt. et iō talis ignorantia nō totaliter excusat
a pctō. Si vero sit talis ignorantia que oīno sit inuolun
taria. siue qz ē inuincibilis. siue qz ē eius qđ quis scire nō
tenef. talis ignorantia oīno excusat a pctō. Ad. i. ꝯ dđ.
qꝫ nō omnis ignorantia causat inuoluntariū. sicut supra
dictū ē. vnde nō omnis ignorantia totaliter excusat a pec
cato. Ad. ij. dđm qꝫ inquantū remanet in ignorante, đ
voluntario. intm remanet de intensione peccati. et fm hoc
nō erit ꝑ accīs pctm. Ad. iij. dđm qꝫ si eēt talis ignorā
tia que totaliter vsum rōnis excluderet. oīno a pctō excu
saret. sicut ꝑz in furiosis et amentibꝫ. nō aūt semꝑ ignorā
tia causans pctm ē talis. et iō non semꝑ totaliter excusat a
peccato.

Ad quartū sic procedit

Videt qꝫ ignorantia nō diminuat pctm. Illud enim qꝫ
ē cōe in omni pctō nō diminuit pctm. sed ignorantia est
cōis in omni pctō. Dicit. n. pbūs in. iij. etbi. qꝫ omnis ma
lus ē ignorās. ꝯ ignorantia non diminuit pctm. Ꝑre.
peccatū addito pctō facit maius pctm. sed ipa ignorantia
ē pctm. vt dictū ē. ꝯ nō diminuit pctm. Ꝑre. Hō ē eius
dem aggrauare et diminuere pctm. sed ignorantia aggra
uat pctm. qm̄ super illud Apli. Ignoras qm̄ benignitas
dei. ad. dicit Ambrosius. grauissime peccas si ignoras. er
go ignorantia nō diminuit peccatū. Ꝑre. Si aliqua
ignorātia diminuit peccatū hoc maxime videf de illa que
totaliter tollit vsum rōnis. sed hmōi ignorāna nō minu
it pctm. sed magis auget. Dicit. n. pbūs in. iij. etbi. qꝫ ebri
us meref duplices maledictiones. ꝯ ignorātia nō minu
it peccatū. Sed cōtra. quicquid ē rō remissionis pecca
ti alleuiat pctm. sed ignorantia ē hmōi. vt ꝑz. i. ad Timo
i. Misericordiā cōsecutus sum qz ignorans feci. ꝯ ignorā
tia diminuit vel alleuiat pctm. Rñ. dđm qꝫ qz oē pec
catū ē voluntariū. intm ignorātia pōt diminuere pctm in
ꝙtum diminuit voluntariū. si aūt voluntariū non dimi
nuat. nullo mō diminuet pctm. Manifestū ē aūt qꝫ igno
rantia que totaliter a pctō excusat. qz totaliter volūtariū
tollit. pctm nō minuit. sed oīno aufert. ignorantia vero q̄
nō est cā peccati. sed cōcomitāter se hꝫ ad pctm. nec minu
it peccatū. nec auget. Illa igiť sola ignorantia pōt pctm
minuere q̄ est cā peccati. et tñ totaliter a pctō non excusat.
Contingit aūt q̄nq̄ qꝫ talis ignorantia directe et per se ē
voluntaria. sicut cū aliq̄s sua sponte nescit aliqd vt libe
rius peccet. et talis ignorantia videf augere voluntariuz
et pctm. ex intensione enim volūtatis ad peccandū proue
nit qꝫ aliquis vult subire ignorantie damnū ꝓpter liber
tatē peccandi. Q̄nq̄ vero ignorantia que ē ca peccati nō
ē directe voluntaria. sed indirecte vel per accīs. puta cuz
aliquis nō vult laborare in studio. ex quo sequif eum esse
ignorantē. vel cū aliquis vult bibere vinū īmoderate. ex q̄
sequif eū inebriari et discretione carere. et talis ignorātia
diminuit voluntariū. et ꝑ cōsequēs pctm. cū enī aliqd nō
cognoscif eē pctm. nō pōt dici qꝫ voluntas directe et per se
ferat in pctm. sed ꝑ accīs. vnde ē ibi minor cōtemptus. et
ꝑ cōns minus pctm. Ad. i. ergo dđm. qꝫ ignorantia fm
quā oīs malus ē ignorās nō ē cā pctī. sed aliqd cōsequēs
ad cām. s. ad passionē vel habitū inclinantem in peccatū.
Ad. ij. dđm qꝫ pctm pctō additū facit plura pcta. nō tñ
facit semꝑ maius pctm. qz forte nō coincidūt in idē pctm
sed sunt plura. et pōt ꝯtingere si primū diminuat secūdū
qꝫ ambo simul nō habeant tantā grauitatē quantā vnum
solum haberet sicut homicidiū grauius peccatū ē si sit a
sobrio hoīe factū q̄m si fiat ab ebrio hoīe. quāuis hec sint
duo pcta. qz ebrietas plus diminuit de rōe sequentis pec
cati q̄m sit sua grauitas. Ad. iij. dđm qꝫ verbū Ambro
sij pōt intelligi de ignorātia simpliciter affectata. vel pōt i
telligi in genere peccati ingratitudinis in qua summus
gradus est qꝫ hō etiā beneficia nō recognoscat. vel pōt in
telligi de ignorantia infidelitatis q̄ fundamentū spūalis
edificij subuertit. Ad. iiij. dđm qꝫ ebrius meref quidē
duplices maledictiones ꝓpter duo pcta que committit. s.
ebrietatē. et aliud pctm qđ ex ebrietate sequif. nā ebrietas
rōne ignorantie adiuncte diminuit sequēs peccatum. et
forte plus q̄m sit grauitas ipius ebrietatis. vt dictum est.
Vel pōt dici qꝫ illud verbum inducif fm ordinationē cu
iusdā pythaci legislatoris. qui statuit ebrios si percusse
rint amplius puniendos. nō ad venia respiciēs quā ebrij
debēt magis habere. sed ad vtilitatē. qz pluries iniuriant
ebrij q̄m sobrij. vt ꝑz per phūm in. iij. politicorum.

Questio LXXVII

Deinde considerāduz

est de causa peccati ex parte appetitus sensitiui. vtrum passio aīe sit causa peccati. Et circa hꝫ
querunt octo. Primo vtrz passio appetitus sensitiui pos
sit mouere vel inclinare voluntatē. Secdo vtrz possit sup
are rōnem ꝓtra eius sciam. Tertio vtrum pctm qđ ex pas
sione prouenit sit peccatū ex infirmitate. Quarto vtrum
hec passio q̄ ē amor sufficit causa omnis peccati. Quinto
de illis tribus causis que ponunt. i. Joh. ij. cōcupiscētia
oculoꝝ. cōcupiscentia carnis. et superbia vite. Sexto vtruz
passio que ē cā peccati diminuat ipsum. Septimo vtruz
totaliter excuset. Octauo vtrum peccatum qđ ex passiōe
est possit esse mortale.

Ad primuz sic procedi

tur. Videtur qꝫ voluntas nō moueaf a passiōe
appetitus sensitiui. nulla enī potentia passiua mouef nisi
a suo obiecto. voluntas aūt est potentia passiua et actiua
simul inquantum ē mouens et mota. sicut phūs dicit in
iij. de anima vniuersaliter de vi appetitiua. cū ergo obiectū
voluntatis non sit passio appetitus sensitiui. sed magis
bonum rōnis. videtur qꝫ passio appetitus sensitiui nō mo
ueat voluntatem. Ꝑre. Superior motor nō mouetur
ab inferiori. sicut aīa nō mouef a corpore. sed voluntas
que est appetitus rōnis comparatur ad appetitum sen
sitiuum. sicut motor superior ad inferiorem. Dicit enim
philosophus in. iij. de anima qꝫ appetit9 rōnis mouet ap
petitū sensitiuū. sic̄ i corporibꝫ celestibꝫ sphera mouet sphērā

ḡ voluntas nō pōt moueri a passione appetitus sensitiui

Rñdeo. Nullū īmateriale pōt moueri ab aliquo materiali. sed volūtas ē potētia quedā īmaterialis. non enī vtit organo corporali cū sit in rōne. vt dicit in .iij. de aīa. appetitus aūt sensitiu⁹ ē vis materialis. vtpote fundata in organo corporali. ḡ passio appetitus sensitiui nō pōt mouere appetitū intellectiuū.

Sz ꝓtra ē qđ dicit. Danielis .xiij. Cōcupiscētia subuertit cor tuū.

Rñ. dōm ꝙ passio appetitus sensitiui nō pōt directe trahere aut mouere voluntatē. sed indirecte pōt. & hoc dupliciter. Uno quidem mō ꝑm quandā abstractionē. cū enī oēs potētie aīe ī vna eēntia aīe radicent. necesse ē ꝙ qū vna potentia intendit in suo actu. altera in suo actu remittat vel etiam totaliter in suo actu impediat. cū qz oīs virtus ad plura dispsa sit minor. vnde ecōtrario qū intendit circa vnū minus pōt ad alia dispergi. cū qz in opibꝫ aīe animalibꝫ requirit quedā intentio. q dū vehementer applicat ad vnū non pōt alteri vehementer attendere. & ꝑm hunc modū ꝙ quandā distractionē qū motus appetitus sensitiui fortificat ꝑm quācū qz passionē. necesse ē ꝙ remittat vel totaliter impediatur motus ꝓprius appetitus rōnalis. qui ē volūtas. Alio mō ex pte obiecti voluntatis qđ ē bonū rōne apprehensū. impeditur enim iudicium & apprehensio rationis propter vehementē & inordinatā applīxensionē imaginationis. & iudiciū virtutis estimatiue. vt pz in amētibꝰ. Manifestū ē aūt ꝙ passionē appetitus sensitiui sequit imaginatiōis apprehensio & iudiciū estimatiue. sicut etiā dispositionez lingue sequit iudiciū gustus. vnde videmus ꝙ boues in aliqua passione existētes nō facile imaginationē auertūt ab his circa que afficiunt. vñ ꝙ ꝓsequē⁹ iudicium rōnis plerūqz sequit passionē appetitus sensitiui. & per consequēs motus voluntatis qui natus ē semꝑ sequi iudiciū rōnis.

Ad. i. ergo dōm ꝙ per passionē appetitus sensitiui sit aliqua immutatio circa iudiciū de obiecto voluntatis. sicut dictū ē. quāuis ipa passio appetit⁹ sensitiui nō sit directe voluntatis obiectū.

Ad. ij. dōm ꝙ superius nō mouet ab inferiori directe. sed indirecte quodāmodo moueri pōt. sicut dictū est.

Et si iterꝫ dicēdū ē ad tertiū

Dsecunduz sic proce

ditur. Uidetur ꝙ ratio nō possit superari a passiōe ꝓtra suam scīam. Fortius. n. nō vincit a debiliori. sed scientia propter suā certitudinē est fortissimum eorum que in nobis sunt. ḡ nō ꝑt superari a passione que ē debilis & cito transiens.

Rñdeo. Uoluntas nō ē nisi boni vel apparentis boni. sed cū passio trahit voluntatē in id qđ est vere bonū. nō inclinat rōnem ꝓtra scīam. cum aūt trahit eā in id qđ est apparens bonum & nō existens. trahit eā in id qđ rōni videt. hoc aūt ē in scīa rōnis qđ ei videt. ergo passio nunqz inclinat rōnem ꝓtra suā scientiā.

Si dicat ꝙ trahit rōnem scientē aliqđ in vniuersali vt cōtrariū iudicet in particulari.

Contra. vniuersalis & particularis ꝓpositio si opponant. opponunt ꝑm cōtradictionem. sicut oīs homo & nō oīnis homo. sed due opiniones que sunt ꝓtradictorie sunt cōtrarie. vt dicit in .ij. ꝓphetarum. si igitur aliquis scīēs aliquid in vniuersali iudicaret oppositū in singulari. sequeret ꝙ haberet simul cōtrarias opiones qđ ē impossibile.

Rñdeo. Quicunqz scit vniuersale scit etiā ꝑticulare qđ nouit sub vniuersali cōtineri. sicut qui scit oēm mulā esse sterilez scit hoc aīal esse sterile dūmodo ipsū sciat esse mulā. vt pz ꝑ id qđ dicit in primo posteriorꝫ sed ille qui scit aliquid in vniuersali. puta nullā fornicatiōnē eē faciendā. scit hoc ꝑticulare sub vniuersali contineri. puta hunc actū eē fornicariū. ḡ videt ꝙ etiā in ꝑticulari sciat.

Rñdeo. Ea que sunt in voce sunt signa intellectus aīe ꝓm pbūm. sed hō in passione exīs frequēter ꝓficit id qđ eligit eē malū etiā in ꝑticulari. ḡ etiā in ꝑticulari hz scientiam. sic igit videt ꝙ passiones nō possint trahere rōnē ꝓtra sciam vniuersalē. qz nō pōt eē ꝙ habeat sciam vniuersalē & estimet oppositū in ꝑticulari.

Sed ꝓtra ē qđ dicit Apls Ro. vij. Uideo aliā legē in mēbris meis repugnantē legi mentis mee. & captiuantē me in lege peccati. lex aūt que ē in mēbris ē cōcupiscētia de qua supra locutus fuerat. cūigit cōcupiscētia sit passio quedam. videt ꝙ passio trahat rōnem etiā contra hoc qđ scit.

Rñ. dōm ꝙ opinio Socratis fuit vt pbūs dicit in .vij. ethi. ꝙ scīa nūqz posset superari a passione. vñ ponebat oēs virtutes eē scientias. & oīa ꝑta eē ignorātias. in quo quidē aliqualiter recte sapiebat. qz cū voluntas sit boni vel apparētis boni. nunqz volūtas in malū moueret nisi id qđ nō est bonū aliqualiter rōni bonū appareret. & ꝓpter hoc voluntas nunqz in malū tenderet nisi cū aliqua ignorantia vel error rōnis. Unde dicit ꝓuer. xiij. Errant qui operant malū. Sed qz experimento pz ꝙ multi agunt cōtra ea quo rū sciam hīnt. & hoc etiā auctoritate dīna ꝓfirmat. ꝑm illđ Luc. xij. Seruus qui cognouit voluntatē dñi sui & nō fecit plagis vapulabit multis. Et Jaco. iiij. dicit. Scienti bonū facere & nō facienti. peccatū est illi. nō simplr verū dixit. sed oportet distinguere. vt pbūs tradit in .vij. ethi. Cū. n. ad recte agendū hō dirigat duplici scīa. s. vniuersali & ꝑticulari. vtriusqz defectus sufficit ad hoc ꝙ impediat rectitudo voluntatis & operis. vt supra dictū ē. Cōtingit ḡ ꝙ aliquis hz scīam in vniuersali puta nullā fornicationē eē faciendā. hz tñ nō cognoscat in ꝑticulari hūc actū qđ est fornicatio nō eē faciendū. & hoc sufficit ad hoc ꝙ volūtas nō sequat vniuersalē scīam rōnis. Et iterꝫ cōsiderādū est ꝙ nihil prohibet aliquid sciri in habitu. qđ tñ actu nō cōsideret. Potest igit cōtingere ꝙ aliquis etiā rectā scientiā habeat in singulari & nō solū ī vniuersali. sed tamē ī actu nō cōsiderat. & tunc non videt difficile ꝙ ꝓter id qđ actu cōsiderat hō agat. ꝙ aūt hō nō cōsideret in particulari id qđ habitualiter scit. qūqz quidē ꝓtingit ex solo defectu intentionis. puta cū hō sciēs geometriā nō intēdit ad considerandū geometrie ꝓclusiones. quas statim in promptu habet cōsiderare. Quīqz aūt hō nō cōsiderat id qđ habet ī habitu ꝓpter aliqđ impedimētū supueniēs. puta ꝓpter aliquā occupationē exteriorē. vel ꝓpter aliquā infirmitatē corporalē. & hoc mō ille qui ē in passione cōstitutus nō cōsiderat in particulari id qđ scit in vniuersali inqz tum passio impedit talē cōsiderationē. Impedit aūt tripliciter Primo quidem ꝑ quandā distractionē. sicut supra expositū est. Secūdo ꝑ contrarietatē. qz plerūqz passio inclinat ad ꝓtrariū boni qđ scīa vniuersalis habet. Tertio ꝑ quādaz īmutationē corpalem. ex qū hō quodāmodo ligat ne libere in actū exeat. sicut etiā somnus vel ebrietas quadā corpali transmutatione facta ligant vsum rōnis. & ꝙ hoc cōtingat in passionibꝰ patet ex hoc ꝙ aliqñ cū passiones multū intendunt. hō amittit totaliter vsum rōnis. multi. n. propter abūdantiā amoris & īre sunt in insaniā querli. & per hunc modū passio trahit rōnem ad iudicandū in ꝑticulari ꝓtra scientiam quā habet in vniuersali

Ad primū ergo dicendum ꝙ scientia vniuersalis que ē certissima nō hz principalitatē ī operatiōe & magis scīa ꝑticularis eo ꝙ operatiōes sūt circa singularia. vñ nō ē mirū si ī operabilibꝰ passio

agit ꝓtra scīam vniuersalē absente ꝯsideratiōe ī ꝑticulari

Ad.ij.dō.q̄ hoc ꝑim q̄ rōm videat in ꝑticulari aliq̄d bonū qđ nō ē bonū.cōtingit ex aliqua passione.ꝛ tm̄ hoc ꝑticulare iudicium ē cōtra vniuersalē scientiam rationis

Ad.iij.dōm q̄ nō possit cōtingere q̄ aliq̄s haberet simul in actu scientiam aut opinionē veram de vniuersali affirmatiuo.ꝛ opinionē falsam de ꝑticulari negatiuo aut ecōuerso sed bene pōt cōtingere q̄ aliquis habeat veram scīam habitualiter de vniuersali affirmatiuo ꝛ falsā opinionē in actu de ꝑticulari negatiuo.actus enī directe nō cōtrariatur habitui sed actui.

Ad.iij.dōm q̄ ille qui hꝫ scīam in vniuersali ꝓter passionē impeditur ne possit sub illa vniuersali sumere ꝛ ad cōclusionē ꝑuenire. hꝫ assumit sub alia vniuersali quā suggerit inclinatio passionis ꝛ sub ea cōcluditur. vnde pbūs dicit ī .vij. etbi. q̄ sylogismus incōtinentis hꝫ quattuor ꝓpositiones.duas vniuersales.quarꝝ vna est rōnis.puta nullā fornicationē eē cōmittendā.alia ē passionis.puta delectationē eē sectandā ꝯ Passio igitur ligat rōnem ne assumat ꝛ cōcludat sub prima. vnde ea durante assumit ꝛ cōcludit sub secunda.

Ad.v.dōm q̄ sicut ebrius q̄ndꝫ ꝑfert pōt verba significantia ꝑfundas sententias.quas tamē mente diudicare nō potest ebrietate ꝓhibente.ita ī passione existens ꝛ si ore ꝓferat hoc nō eē faciendū.tamē interius hoc aīo sentit q̄ sit faciendū.vt dicitur in.vij.etbicorum.

Ad tertium sic procedi

tur. Videtur q̄ peccatum qđ est ex passione nō debeat dici ex infirmitate. Passio enī ē quidā vehemens motus appetitus sensitiui.vt dictū ē. vehementia autem motus magis attestatur fortitudini q̄ infirmitati. ꝯ peccatū qđ ē ex passione nō debet dici ex infirmitate.

Pre. Infirmitas hoīs maxime attenditur ſm illud qđ ē ī eo fragilius.hoc aūt ē caro.vnde dicitur in .ps. Recordatus est q̄ caro sunt. ꝯ magis debet dici peccm̄ ex infirmitate qđ est ex aliquo corpis defectu q̄ꝫ quod ē ex aīe passione.

Pre. Ad ea nō videtur bō eē infirmus que ei⁹ voluntati subduntur.sed facere vel nō facere ea ad que passio inclinat hoīs voluntati subditur.ſm illud Gen.iiij. Subter te erit appetitus tuus.ꝛ tu dominaberis illius. ꝯ peccatuꝫ qđ ē ex passione nō ē ex infirmitate.

Sed cōtra est q̄ Tullius in.iiij.li. de tusculanis questionibꝫ passiones aīe egritudines vocat.egritudines aut ē alio noīe infirmitates dicūtur. ꝯ peccm̄ qđ ē ex passione dꝫ dici ex infirmitate

Rn. dōm q̄ cā peccī ꝓpria ē ex pte aīe in qua principaliter ē peccatū.pōt aūt dici infirmitas in aīa ad similitudinē infirmitatis corporis.dicit aūt corp⁹ hoīs eē infirmū quando debilitat vel impedit in executione ꝓprie opationis ꝓpter aliquā inordinationē ꝓpriā corporis.ita.s. q̄ humores ꝛ mēbra hoīs nō subdant virtuti regitiue ꝛ motiue corpis.vnde ꝛ mēbꝫ dicit eē infirmū quādo non pōt ꝑficere opationē mēbri sani.sicut oculus.quādo non pōt clare videre vt dicit pbūs in .x. de hist̄ijs aīalium. vnde ꝛ infirmitas aīe dicit quādo impedit aīa in ꝓpria opatione ꝓpter inordinationē ꝓpriā ipsius.sicut aūt ꝑtes corporis dicuntur esse inordinate q̄n nō sequunt ordinē nature.ita ꝛ partes aīe dicūtur eē inordinate quādo nō subdunt ordini rōnis.rō enī est vis regitiua ꝓpria anime. Sicergo q̄n extra ordinē rōnis vis ꝯcupiscibilis aut irascibilis aliqua passione afficit.ꝛ ꝑ hoc impedimentū ꝑstat in.odo ꝓdicto debite actioni hoīs.dicit peccm̄ eē ex infirmitate.vnde ꝛ pbūs in .i. etbicoꝝ cōpat incōtinentē paralyti-

ꝯco.cuius ꝑtes movent ſm cōtrariū eius qđ ipe disponit.

Ad primum ꝯ dicendū q̄ sicut quanto fuerit motꝰ fortior in corpore ꝓter ordinē nature tanto ē maior infirmitas.ita quanto fuerit motus fortior passionis ꝓter ordinē rōnis.tanto ē maior infirmitas aīe. Ad.ij.dōm q̄ peccatū principaliter cōsistit in actu voluntatis.qui non impedit per corporis infirmitatē.pōt enī qui ē corpore infirmus ꝓmptam habere voluntatē ad aliquid faciendū. impedit aūt ꝓ passionē vt supra dictū ē .vnde cū dicit peccm̄ eē ex infirmitate.magis est referendū ad infirmitatē aīe ꝯ ad infirmitatē corpis.dicit tm̄ etiā ipsa infirmitas aīe infirmitas carnis.inquantū ex cōditione carnis passiones aīe insurgunt in nobis.eo q̄ appetitus sensitiuꝰ ē virtus vtens organo corpali.

Ad.iij.dōm q̄ in ꝑtē quidē voluntatis ē assentire vel nō assentire his in que passio inclinat.ꝛ pro tanto dicit noster appetitus sub nobis esse sed tamen iste assensus vel dissensus voluntatis impeditur per passionem modo ꝓdicto.

Ad quartū sic procedit

Videt⁹ q̄ amor sui nō sit principiū oīs peccī. Id enī qđ ē ſm se bonū ꝛ debitū nō ē ꝓpria cā peccī.sed amor sui ē ſm se bonū ꝛ debitū. Tm̄ ꝑcipit hoī vt diligat proximū sicut seipsum. Leuiti.xix. ꝯ amor sui non pōt esse ꝓpria cā peccī

Pre. Ipis dicit Ro.vij. Occasione accepta peccm̄ per mandatū operatū ē in me oēm ꝯcupiscentiā. vbi glo. dicit q̄ bona est lex q̄ nū cōcupiscētiā ꝓhibet omne malū prohibet.quod dicit ꝓpter hoc.q̄ ꝯcupiscētia ē cā omnis peccī sed ꝯcupiscētia ē alia passio ab amore vt supra habitū ē. ꝯ amor sui nō ē cā omnis peccati.

Pre. Aug⁹ super illud ps. Incensa igni ꝛ suffossa. dicit q̄ omne peccm̄ est ex amore male inflāmante vl ex timore male humiliāte.nō ꝯ solus amor sui est cā peccati.

Pre. Sicut bō peccat q̄ndꝫ ꝓpter inordinatū sui amorē.ita etiā interdū peccat ꝓpter inordinatū amorē ꝓximi. ꝯ amor sui nō ē cā omnis peccī.

Sed ꝓtra ē quod Aug⁹ dicit in.xiij. de ciui. dei. q̄ amor sui vsq̄ ad cōtemptū dei facit ciuitatē babylonis. hꝫ per quodlibet peccatū pertinet hō ad ciuitatē babylonis. ꝯ amor sui ē causa omnis peccati.

Rn. dicendū q̄ sicut supra dictū ē, ꝓpria ꝛ per se cā peccati accipienda ē ex pte cōuersionis ad ꝯmutabile bonū.ex qua quidē pte omnis actus peccati ꝓcedit ex aliquo inordinato appetitu alicuius ꝑtis boni.q̄ autem aliquis appetat inordinate aliquod ꝑtale bonū ꝓcedit ex hoc q̄ inordinate amat seipsum hoc enim ē amare aliquē velle ei bonū. Unde manifestū ē q̄ inordinatus amor sui ē cā omnis peccati.

Ad.i. ꝯ dicendum q̄ amor sui ordinatus ē debitus ꝛ naturalis ita.s. q̄ velit sibi bonū quod ꝯgruit. hꝫ amor sui inordinatus qui perducit ad cōtemptū dei ponit eē cā peccati ſm Aug.

Ad.ij. dicendum q̄ concupiscentia qua aliquis appetit sibi bonū reducit ad amorē sui.sicut ad causam. vt iam dictū est.

Ad.iij. dicendum q̄ aliquis dī amare et illud bonuꝫ qđ optat sibi.ꝛ sē cui bonū optat.amor igitur ſm q̄ dicitur eius eē quod optatur.puta q̄ aliquis dicit amare vinū vel pecuniā.recipit ꝑ cām nomē qui pertinet ad fugam mali.omne enim peccatum prouenit vel ex inordinato appetitu alicuius boni. vel ex inordinata fuga alicuius mali.sed vtrumq̄ hoc reducitur ad amorem sui ꝓpter hoc enim bō vel appetit bona vel fugit mala .q̄ amat seipsum.

Ad.iij. dicendum q̄ amicus dī quasi alter ipse.ꝛ ideo quod peccatur propter amorem amici. vitatur propter amorem sui peccati.

Ad quintum sic procedit

Videt q̄ incōueniēter ponāt cāe pcōr eē ꝓcupiscē tia carnis.cōcupiscētia oculoꝝ.7 superbia vite. qz fm ap'm i.ad Timo. vlt.Radix oīuz maloꝝ ē cupiditas. ꝫ superbia vite sub cupiditate nō cōtinet.ergo nō debet poni iter cau sas pcōr. ℞e.Cōcupiscētia carnis maxie ex visione oculoꝝ excitat.fm illud Daniel.xiij. Spēs decepit te.g nō dz diuidi ꝓcupiscētia oculoꝝ ꝓtra ꝓcupiscētiā carnis ℞e.Cōcupiscētia ē delectabilis appent⁹. vt supra ha bitū ē.delectatiōes aūt ꝓcurant nō solū fm visum. sed etiā fm alios sensus.g̃ deberet etiā poni ꝓcupiscētia auditus 7 aliorꝝ sensuū. ℞e. Sicut bō inducit ad pec candū ex inordinata ꝓcupiscētia boni.ita etiā ex inordinata fuga mali vt dictū est.sed nihil hic enumerat pmens ad fugā mali.g̃ insufficienter cāe peccatoꝝ tāguntur ℣z ꝓtra ē qđ dicit.i. Joh.ij. Nē qđ ē in mundo aut ē ꝓcupiscentia carnis aut ꝓcupiscētia oculoꝝ aut superbia vite. In mundo aūt dicit aliqd eē ꝓpter pctm. vñ 7 ibidē dic q̄ totus mundus in maligno positus ē.g̃ p̄dicta tria sunt cāe peccatoꝝ. ℞n. dōm q̄ sicut iā dictū ē.inordinatus amor sui ē cā oīs pcti.in amore autē sui includit inordinatus appetitus boni.vnusquisq; n.appetit bonuz et quem amat. Ūñ manifestū ē q̄ inordinat⁹ appetitus boni est cā oīs pcti.bonū aūt dupliciter ē obiectū sensibilis appetit⁹ in quo sunt aīe passiōes que sunt causa pcti. Uno modo absolute fm q̄ est obiectū ꝓcupiscibilis.Alio mō sub rōe ardui,put ē obiectū irascibilis.vt supra dictū ē.Est autez duplex ꝓcupiscētia sicut supra habitū ē. Una quidem naturalis q̄ ē eoꝝ quibꝫ natura corporis sustentat siue q̄tū ad cōseruationē indiuidui.sicut cibꝫ 7 potꝰ 7 alia hmōi siue q̄tum ad cōfirmationē spēi sicut in venereis.7 hoꝝ inordinatus appetitus dicit ꝓcupiscētia carnis. Alia ē cōcupiscentia aīalis.eoꝝ scz que p̄ sensum carnis sustentatione aut delectatione nō afferunt.sed sunt delectabilia ꝫ apprehensionē imaginationis aut alicuiꝰ hmōi acceptionis. sicut sunt pecunia.ornatus vestiū.7 alia hmōi. 7 hec q̄dez aīalis ꝓcupiscētia vocat ꝓcupiscētia oculoꝝ. siue intelligat ꝓcupiscētia oculoꝝ.i.ipsius visionis que fit p̄ oculos vt referat ad curiositatē fm q̄ Aug⁹ exponit.in.x.cōfes.siue referat ad cōcupiscētiā rei que exteri⁹ oculis ꝓponunt vt referat ad cupiditatē fm q̄ ab aliis exponit. Appetitus aūt inordinat⁹ boni ardui ptinet ad superbiā vite.nā superbia est appetitus inordinat⁹ excellentie.vt inferius dicet. Et sic p̄z q̄ ad ista tria reduci possunt oēs passiones q̄ sūt cā peccati.nā ad duo prima reducunt oēs passiones cōcupiscibilis.ad tertiū aūt oēs passiones irascibilis.qđ ideo nō diuidit in duo.qz oēs passiones irascibilis cōformantur cōcupiscētie aīali. ℣ld.i.g̃ dōm q̄ fm q̄ cupiditas importat vniuersaliter appetitū cuiuslibꝫ boni.sic etiā superbia vite cōtinet sub cupiditate.quō aūt cupiditas fm q̄ ē specialis vitiū qđ auaritia noīat sit radix oīuz peccatoꝝ infra dicet. ℣ld.ij.dōm q̄ cōcupiscētia oculoꝝ nō dicitur hic cōcupiscētia oīuz reꝝ q̄ videri oculis p̄nt. ꝫ solū earū in quibꝰ nō queritur delectatio carnis q̄ ē fm tactuz.sed solum delectatio oculi.i.cuiuscunq; apprehensiue virtutiz ℣ld.iij.dōm q̄ sensus visus ē excellentioz inter oēs alios sensus 7 ad plura se extendēs.vt dicit i.i.metaphi. 7 iō nomē eius transfert ad oēs alios sensus 7 etiam ad oēs interiores apprehensiones.vt Aug⁹ dicit in li. de verbis dñi. ℣ld.iiij.dō. q̄ fuga mali causat ex appetitu boni,vt supra dictū ē.7 iō ponunt solū passiones inclinātes ad bonum tanq̄z cause earum que faciunt inordinate fugam mali.

Ad sextuz sic procedi

tur. Videt q̄ peccatū nō aleuiet ꝓpter passionē.Augmētum enī cause auget effectum. si enim calidum dissoluit magis calidū magis dissoluit.sed passio ē cā pcti. vt habitum ē.g̃ quanto est intentior passio tanto est maius peccatum.passio igit nō minuit peccatum ꝫ auget. ℞e. Sicut se hz passio bona ad meritū.ita se habet mala passio ad peccatū.sed bona passio auget meritū. tanto enī aliquis magis videt mereri quanto ex maiori misericordia pauperi subuenit.g̃ etiā mala passio magis aggrauat peccatū q̄z aleuiet. ℞e. Quanto intensior vo lūtate aliquis facit peccatū tanto grauiꝰ videt peccare.sed passio īpellēs voluntatē facit eā vehementius ferri in actum pcti g̃ passio aggrauat pctm̄. Sed ꝓtra passio ipa ꝓcupiscētie vocat temptatio carnis.ꝫ quāto aliquis maiori temptatione ꝓsternit tāto minus peccat,vt pz per Aug̃ ergo passio diminuit pctm̄. ℞n. dōm q̄ pctm̄ cēntialit cōsistit in actu liberi arbitrij qđ ē facultas volūtatis 7 rōnis passio aūt est motus appetitus sensitiui.appetitus aūt sensitiuus pōt se hē ad libez arbitriū 7 antecedēter 7 consequēter. Ālīcedēter qdē fm q̄ passio apperit⁹ sensitiui trahit vel inclinat rōnē vel volūtatē.vt supꝝ dctm̄ ē.Cōsequēter aūt fm q̄ motus supioꝝ viriū si sint vehemētes redūdāt in inferiores.nō enī pōt volūtas intēse moueri in aliqđ q̄n excitet aliqua passio in appetitu sensitiuo. Si igit accipiat passio fm q̄ p̄cedit actū peccat.sic necesse ē q̄ diminuat pctm̄.actus enī intm̄ est pctm̄ inq̄tū ē volūtarius. 7 in nobis existens.eē aūt aliqd in nobis dicit ꝓ rōnem 7 voluntatē.vnde quāto rō 7 voluntas ex se aliqd agūt nō ex impulsu passionis.magis ē volūtariū 7 in nobis exīs 7 fm hoc passio minuit pctm̄ inq̄tū minuit voluntariū. passio aūt cōsequēs nō diminuit pctm̄.ꝫ magis auget. vel potius ē signū magnitudinis ei⁹.inq̄tū.s. demonstrat intensionē volūtatis ad actū peccati.7 sic verū est q̄ quanto aliquis maiori libidine vel ꝓcupiscētia peccat tanto magis peccat. ℣ld.i.g̃ dōm q̄ passio ē cā pcti ex pte cōuersionis.grauitas aūt pcti magis attendit ex pte auersiōis q̄ quidē ex cōuersione sequit ꝓ accīs.i. p̄ter intentionem peccantis.cāe aūt ꝓ accīs augmētare nō augmentāt effectus sed solū cāe per se. ℣ld.ij.dōm q̄ bona passio cōsequens iudiciū rōnis augmētat meritū.si aūt p̄cedat vt supra bō magis ex passione q̄z ex iudicio rōnis moueat ad bene agendū.talis passio diminuit bonitatē 7 laudē act⁹ ℣ld.iij.dōm q̄ 7 si motus voluntat⁹ sit intēsior ex passione incitatus.nō tñ ita est voluntatis proprius. sicut si sola rōne moueret ad peccandum.

Ad septimuz sic procedit.

Videt q̄ passio totaliter excuset a peccato. Quicqd enī causat inuoluntariū excusat totaliter a pctō sed ꝓcupiscentia carnis q̄ ē quedā passio causat inuoluntariū.fm illud Gal.v. Caro cōcupiscat aduersus spūm vt nō quecunq; vultis illa faciatis.ergo passio totaliter excusat a pctō. ℞e. Passio causat ignorantiā quandaz in particulari.vt dictum est.sed ignorantia ꝑticularis totaliter excusat a pctō.sicut supra habitum est.ergo passio totaliter excusat a pctō. ℞e. Infirmitas aīe grauior ē q̄z infirmitas corporis.ꝫ infirmitas corpis totaliter excusat a pctō.vt pz i frenetico.g̃ m lytomago passio q̄ ē infirmitas aīe

Sed ꝓtra ē qꝫ Apl's Ro.vij.vocat passiones ꝑccatoꝝ nō nisi qꝫ peccata causant.qđ nō eēt si a peccato totaliter excusarent.ꝯ passiones nō totaliter a peccato excusant

Rñ.dđm qꝫ ſm hoc soluꝝ actus aliqs q̄ de genere suo est malus totaliter a pctō excusaſ qꝫ totaliter inuolūtarius reddiſ.vñ si sit talis passio q̄ totaliter inuoluntarium reddat actū sequentē totaliter a pctō excusat.alioquin nō totaliter.Circa qđ duo ꝙsideranda videnſ. Primo quidē qꝫ aliquid pōt eē voluntariū vel ſm se.sicut qñ voluntas directe in ipsum ferſ.vel ſm suam causaꝝ qñ volūtas fertur in causam ⁊ nō in effectū.vt pꝫ in eo qui voluntarie inebriaſ.ex hoc enī quasi voluntariū ei īputaſ qđ ꝑ ebrietatē cōmittit.Secūdo cōsiderandū ē qꝫ aliquid dicſ voluntariū directe ⁊ indirecte.directe quidem id in qđ volūtas ferſ.indirecte autē illud qđ voluntas potuit prohibere ꝯ nō prohibet.ſm hoc igiſ distinguendum ē. qꝛ passio qñ qꝫ quidē ē tanta qꝫ totaliter aufert vſuꝝ rōnis.sicut pꝫ in his qui ꝓpter amorē vel iram insaniūt.⁊ tunc si talis passio a principio fuerit voluntaria.imputaſ actus ad pctm̄. qꝛ ē voluntarius in sua causa.sic etiam de ebrietate dictū ē.Si vero causa nō fuerit volūtaria ꝫ naturalis.puta cū aliquis ex egritudine vel aliqua hmōi causa incidit ī talē passionē q̄ totaliter aufert vſum rōnis.actus oīno reddi tur inuoluntarī.⁊ ꝑ ꝫns totaliter a pctō excusaſ. Quāꝫ vero passio nō est tanta qꝫ totaliter intercipiat vſū rōnis. ⁊ tunc rō pōt passionē excludere diuertendo ad alias cogitationes.vel īpedire ne suū cōsequaſ effectū. qꝛ membra nō applicanſ opi nisi ꝑ cōsensum rōnis.vt supra dictū ē. vñ talis passio nō totaliter excusat a pctō. Ad.i. ꝯ dđm qꝫ hoc qđ dicſ.vt nō quecunqꝫ vultis illa faciatis.nō est referendū ad ea que fiunt ꝑ exteriorē actū.sed ad interiorē cōcupiſcētie motū.vellet enī hō nūqꝫ cōcupiſcere malū sicut etiaꝫ exponiſ id qđ dicſ Ro.vij.Qđ odi malum illud facio. Vel pōt referre ad voluntatē p̄cedentē passionē vt pꝫ in cōtinentibꝫ qui cōtra suū ꝓpositum agunt propter suā cōcupiſcentiā. Ad.ij.dđm qꝫ ignorātia pticularis q̄ totaliter excusat e ignorātia circūstantie. quā qui dē quis scire nō pōt debita diligentia adhibita. ꝫ passio causat ignorātiā iuris ī pticulari dum impedit applicationē cōis scīe ad particulare actū.quā quidē passionē rō repellere pōt.vt dcm̄ ē. Ad.iij.dđm qꝫ infirmitas corpis ē inuolūtaria. eēt aūt sic si eēt voluntaria sicut de ebrietate dictū est.que est quedam corporalis infirmitas.

Doctauꝝ sic procedi

tur.Videſ qꝫ pctm̄ qđ ē ex passiōe non possit esse mortale.Veniale.n.pctm̄ diuidiſ ꝓtra mortale.ꝫ pctm̄ qđ ē ex infirmitate ē veniale.cū beat in se cām venie.cum igiſ pctm̄ qđ ē ex passione sit ex infirmitate.videſ qꝫ ñ possit eē mortale. Dre.Cā nō ē potior effectu. sed passio ñ pōt eē pctm̄ mortale.nō.n.in sensualitate ē pctm̄ mortale vt supꝑ habitū ē.ꝯ pctm̄ qđ ē ex passione nō pōt eē mortale. Dre.Passio abducit a rōne.vt ex dictis pꝫ. ꝫ rōis ē ꝙuerti ad deū vel auerti a deo.in q̄ ꝙsistit rō pctī mortalis.pctm̄ ꝯ qđ ē ex passione nō pōt eē mortale. Sꝫ contra ē qđ apl's dicit Ro.vij.qꝫ passiones pctōꝝ operāt ī membris nris ad fructificandū morti.hoc aūt est proprium mortalis peccati qꝫ fructificet morti.ꝯ pctm̄ qđ ē ex passione pōt eē mortale. Rñ.dđm qꝫ pctm̄ mortale vt supꝑ dictū ē.ꝙsistit in auersione ab vltimo fine qui ē deꝰ.q̄ quidē auersio pertinet ad rōnē deliberantē.cuiꝰ etiā ē ordinare ī finē.hoc igiſ solūmō pōt ꝓtingere qꝫ inclinatio aīe in aliqđ qđ qđ ꝓtriaſ vltimo fini nō sit pctm̄ mortale. qꝛ rō deliberās nō pōt occurrere qđ ꝓtingit in subitis motibꝫ. Cū aūt ex passione aliquis ꝑcedit ad actū pctī vel ad ꝙsensuꝝ deliberatū. hoc nō fit subito.vñ rō deliberās pōt hic occurrere.pōt.n.excludere vel saltē īpedire passionē vt dcm̄ est vñ si nō occurrat ē pctm̄ mortale.sic̄ videmꝰ qꝫ multa homicidia ⁊ multa adulteria ꝑ passionē cōmittunſ. Ad.i. ꝯ dđm qꝫ veniale dicſ tripliciter. Uno mō ex cā qꝛ. ſ.hꝫ aliqꝫ cām venie q̄ diminuit pctm̄.⁊ sic pctm̄ ex infirmitate vel ignorantia dicſ veniale. Alio mō ex euentu.sic̄ oē pctm̄ ꝑ pnīam fit veniale.i.veniā ꝙsequiſ. Tertio mō dī venia le ex genere sicut verbū ociosū.⁊ hoc solū veniale opponiſ mortali.obiectio autē ꝓcedit de primo. Ad.ij.dđm qꝫ passio ē cā pctī ex pte quersionis. qꝫ aūt fit mortale est ex pte auersionis.q̄ ꝑ accīs seqſ ad ꝙuersionē.vt dcm̄ ē. vñ rō nō sequiſ Ad.iij.dđm qꝫ rō nō semꝑ in suo actu totaliter a passione īpediſ.vñ remanet ei liberum arbitriuꝝ vt possit auerti vel cōuerti ad deuꝝ.si aūt totaliter tolleretſ vſus rōnis.iā nō eēt pctm̄ nec mortale nec veniale.

Questio LXXVIII

Deinde ꝙsiderandum ē de cā pctī q̄ ē ex pte voluntatis.que dī malicia.Et circa hoc querunſ quattuor. Primo vtꝝ aliquis possit ex certa malicia seu industria peccare. Secđo vtrum quicūqꝫ peccat ex habitu peccet ex certa malicia. Tertio vtrum quicūqꝫ peccat ex certa malicia peccet ex habitu. Quarto vtrum ille qui peccat ex certa malicia grauiꝰ peccet qꝫ ille qui peccat ex passione.

Ad primum sic procedi

tur.Videſ qꝫ nullꝰ peccet ex industria siue ex certa malicia. Ignorantia.n.opponiſ industrie seu certe malicie.sed ois malus ē ignorāns ſm phūm.⁊ Prouer.xiiij. dicit.Errant qui opanſ malū.ꝯ nullꝰ peccat ex certa malicia. Dre.Dio.dicit.iiij.ca.de di.no.qꝫ nullus intendens ad malū opaſ.sed hoc videſ eē peccare ex malicia intendere malū in peccādo.qđ enī ē ꝑter intentionē ē quasi per accīs.⁊ nō denoīat actū.ꝯ nullus ex malicia peccat. Dre.Malicia ipa pctm̄ ē.si igiſ malicia sit cā pctī seqꝫ retur qꝫ peccatū sit cā peccati in infinitū.qđ ē inconueniens nullus igiſ ex malicia peccat. Sed ꝓtra ē qđ dī Job. xxxiij.Quasi de industria recesserūt a deo.⁊ vias eius intelligere noluerūt.sed recedere a deo est peccare.ꝯ aliqui peccant ex industria seu ex certa malicia. Rñ.dđ.qꝫ hō sicut ⁊ quelibꝫ alia res naturaliter hꝫ appetitū boni. vnđ ad malū ei⁹ appetitus declinet cōtingit ex aliq̄ corruptiōe seu inordinatione in aliq̄ principioꝝ hois.sic.n.in actionibꝫ rerꝫ naturaliū peccatū inueniſ. principia aūt humanoꝝ actuū sunt intellect⁹ ⁊ appetitus tā rōnalis q̄ dicitur voluntas ꝫ sensitiuus. Peccatū igiſ in hūanis actibꝫ cōtingit qñqꝫ sicut ex defectu intellectus.puta icū aliqs ꝑ ignorantiam peccat.⁊ ex defectu appetit⁹ sensitiui.sicut cuꝝ aliquis ex passione peccat. Ita etiā ex defectu voluntatis quiſē inordinato ipsi⁹. Est aūt voluntas inordinata quādo min⁹ bonū magis amat.ꝙsequēs aūt ē vt aliqs eligat pati detrimentū in bonū min⁹ amato ad hoc qꝫ potiaſ bono magis amato.sicut cū hō vult pati abcisionē membri etiā sciens vt ꝙseruet vitā quā magꝭ amat.ita ꝑ hūcmodū qñ aliq̄ inordinata volūtas aliqđ bonū tale pl⁹ amat puta diuitias vl' voluptatē ꝫ ordinē rōis vl' legꝭ dīne vl' charitatē dei vl' aliqđ hmōi.seqſ qꝫ velit dispēdiū pati in aliq̄

ſpūalium bonorū vt potiatur aliquo tēporali bono. nihil autem eſt aliud malum q̄z priuatio alicuius boni. et ꝓm hoc aliquis sciēter vult aliqd̄ malum ſpūale qd̄ eſt malū ſimpliciter. per qd̄ bonū ſpūale priuatur vt bono tēporali potiatur. Ad̄ dicitur ex certa malicia vel ex induſtria peccare quaſi sciēter malū eligens. Arg. j. ergo dām q̄ ignorantia quādoq̄z quidē excludit scientiā qua aliquis ſimpliciter ſcit hoc eſſe malum qd̄ agitur. ⁊ tūc dicitur ex ignorātia peccare. quādoq̄z autē excludit scientiā qua homo ſcit hoc non eſſe malum. ſicut cū ex paſſione peccatur. quandoq̄z aūt excludit sciēnā qua aliquis ſcit hoc malū non ſuſtinendū eſſe ꝓpter conſecutionem illius boni. ſcit tamen ſimpliciter hoc eſſe malum. ⁊ ſic dicitur ignorare qui ex certa malicia peccat. Arg. ij. dām q̄ malum non poteſt eſſe ꝓm ſe intentū ab aliquo. pōt tamen eſſe intentum ad vitandum aliud malum. vel ad ꝓſequendū aliud bonum. vt dictum ē. ⁊ in tali caſu aliquis eligeret cōſequi bonum p̄ ſe intētum abſq̄z hoc q̄ pateretur detrimētum alterius boni. ſicut aliquis laſciuus vellet frui delectatione abſq̄z offenſa dei. ſed duob⁹ ꝓpoſitis magis vult peccādo incurrere offenſam dei q̄z delectatione priuetur.

Arg. iij. dām q̄ malicia ex qua aliquis dicitur peccare pōt intelligi malicia habitualis. ꝓm q̄ habitus malus a philoſopho nominaſ malicia ſicut habitus bonus nominatur virtus. ⁊ ꝓm hoc aliquis dicitur ex malicia peccare quia peccat ex inclinatione habitus. Poteſt etiā intelligi malicia actualis ſiue ipa mali electio malicia nominetur et ſic dicitur aliquis ex malicia peccare inq̄ztum ex mali electiōe peccat. ſiue etiaz malicia dicaſ aliqua p̄cedēs culpa ex qua oritur ſubſequens culpa. ſicut cum aliquis impugnat fraternam gratiā ex inuidia. et tunc idem non eſt cauſa ſuiipſius. ſed actus interior ē cauſa actus exterioris ⁊ vnū poſſ eſt cauſa alterius. nō tñ in infinitū. q̄z ē deuenire ad aliqd̄ primū peccatū qd̄ non cauſatur ex aliq̄ priori peccato. vt ex ſupra dictis patet.

Ad ſecundū ſic ꝓcedit

Videtur q̄ non omnis qui peccat ex habitu peccet ex certa malicia. Peccatū enī qd̄ eſt ex certa malicia videſ eſſe grauiſſimū. ſed quandoq̄z homo aliqd̄ leue peccatū cōmittit ex habitu. ſicut cū dicit verbum occioſum. nō ergo omne peccatū qd̄ eſt ex habitu ē ex certa malicia. Ꝓre. actus ex habitu p̄cedentes ſunt ſiles actibus ex quibus habitus generātur. vt dicitur in. ij. ethi. ſed actus p̄cedētes habitum vitioſum nō ſunt ex certa malicia. ergo etiā peccata q̄ ſunt ex habitu nō ſunt ex certa malicia Ꝓre. ī his que aliquis ex certa malicia cōmittit gaudet poſtq̄z cōmiſit. ꝓm illud Prouer. ij. Qui letātur cum male fecerint. ⁊ exultant in rebus peſſimis. ⁊ hoc ideo. q̄z vnicuiq̄z ē delectabile cū ꝓſequitur id qd̄ intendit. ⁊ qui operatur qd̄ ē ei quodāmodo cōnaturale ꝓm habitū. ſed illi q̄ peccant ex habitu poſt peccatū cōmiſſum dolent. penitudine enī replētur praui. id ē. habentes habitū vitioſum. vt dicitur in. ix. ethi. ergo peccata que ſunt ex habitu nō ſunt ex certa malicia. Sed ꝯtra peccatū ex certa malicia dicitur eſſe q̄d̄ ē ex electione mali. ſed vnicuiq̄z eſt eligibile id ad qd̄ inclinatur p̄ p̄priū habitū. vt dicitur i. vi. ethi. de habitu virtuoſo. ergo peccatū qd̄ eſt ex habitu ē ex certa malicia. Rñ. Dicendū q̄ non ē idem peccare habēte habitū. ⁊ peccare ex habitu. Vni enī habitu nō ē neceſſarium. ſed ſubiacet voluntati habētis. vñ ⁊ habitus diffinitur eſſe quo quis vtiſ cū voluerit. et ideo ſicut pōt ꝓtingere q̄ aliquis habens habitū vitioſum ꝓrumpat in actū virtutis. eo q̄ ratio non totaliter corrumpitur p̄ malum habitum. ſed aliquid eius integrū manet. ex quo ꝓuenit q̄ peccator aliqua operaſ de genere bonorū. ita etiaz pōt ꝓtingere q̄ aliquis habēs habitū vitioſum. ītērdum nō ex habitu operet. ſed ex paſſione inſurgente vel etiaz ex ignorātia. ſed qñcūq̄z vtitur habitu vitioſo neceſſe ē q̄ ex certa malicia peccet. q̄z vnicuiq̄z habentī habitum eſt p̄ ſe diligibile id qd̄ ē ei conueniens ꝓm p̄priū habitum. q̄z ſic fit ei quodāmodo cōnaturale ꝓm q̄ conſuetudo ⁊ habitus vertitur in naturā. hoc autē qd̄ eſt alicui conueniēs ꝓm habitū vitioſum. ē id qd̄ excludit bonū ſpūale. ex quo ſequitur q̄ homo eligat malū ſpūale vt adipiſcaſ bonū qd̄ ē ei ꝓm habitū cōueniēs. ⁊ hoc ē ex certa malicia peccare Ad̄ manifeſtū eſt q̄ quicunq̄z peccat ex habitu peccet ex certa malicia. Arg. j. ergo dām q̄ peccata venialia non excludunt bonum ſpūale qd̄ eſt gra dei vel charitas. vnde non dicūtur mala ſimpliciter. ſz ꝓm quid. ⁊ p̄pter hoc nec habitus ipſoz poſſunt dici ſimpliciter mali. ſed ſolū ꝓm qd

Arg. ij. dām q̄ actus qui p̄cedunt ex habitibus ſunt ſimiles ꝓm ſp̄ez actibus ex quibus habit⁹ generātur. differunt tñ ab eis ſicut pfectū ab impfecto. ⁊ talis ē differentia peccati qd̄ cōmittitur ex certa malicia ad peccatuz qd̄ cōmittiſ ex aliqua paſſione. Arg. iij. dām q̄ ille qui peccat ex habitu ſemp̄ gaudet de hoc qd̄ ex habitu operatur q̄diu habitu vtitur. ſz q̄z poteſt habitu nō vti. ſz p̄ rationem q̄ non eſt totaliter corrupta aliquid aliud meditari. pōt ꝓtingere q̄ non vtēs habitu doleat de hoc qd̄ p̄ habitū cōmiſit. plerūq̄z tñ tales penitent de peccato. non q̄z eis peccatum ꝓm ſe diſpliceat. ſed p̄pter aliquod incōmodum qd̄ ex peccato incurrunt.

Ad tertiū ſic ꝓcedit.

Videtur q̄ quicunq̄z peccat ex certa malicia peccet ex habitu. Dicit enim philoſophus in. v. ethi. q̄ non ē cuiuslibet iniuſta facere qualiter iniuſtus facit. ſ. ex electiōe. ſz ſolum habentis habitū. ſed peccare ex certa malicia ē peccare ex electione mali. vt dictū ē. ergo peccare ex certa malicia nō eſt niſi habentis habitū. Ꝓre. Origenes dicit in p̄mop̄ archon q̄ nōad ſubditū quis euacuaſ aut deficit. ſz paulatim p̄ ꝓtes defluere neceſſe ē. ſed maximus defluxus eē videſ vt aliquis ex certa malicia peccet. ergo nō ſtatim a principio. ſed p̄ multaz conſuetudinem ex qua habitus generari poteſt. aliquis ad hoc deuenit vt ex certa malicia peccet. Ꝓre. quandocūq̄z aliq̄s ex certa malicia peccat. oportet q̄ ipſa voluntas de ſe inclineſ ad malū qd̄ eligit. ſed ex natura potētie nō inclinaſ homo ad malum. ſz magis ad bonū. ergo oportet ſi eligit malū q̄ hoc ſit ex aliquo ſuppuenienti qd̄ eſt paſſio vel habitus. ſz qñ aliquis peccat ex paſſione. nō peccat ex certa malicia. ſed ex infirmitate vt dictū ē. ergo quādocūq̄z aliquis peccat ex certa malicia. oportet q̄ peccet ex habitu. Sz contra ſicut ſe habet habitus bon⁹ ad electionem boni. ita habitus mal⁹ ad electionē mali. ſed qñq̄z aliquis nō habēs habitū virtutis eligit id qd̄ ē bonū ꝓm virtutē. ergo etiaz qñq̄z aliq̄s nō habens habitū vitioſum pōt eligere malū qd̄ eſt ex certa malicia peccare. Rñ. Dicendū q̄ voluntas aliter ſe habet ad bonū ⁊ aliter ad malū. ex natura enī ſue potētie inclinaſ ad bonū rōnis ſicut ad p̄priū obiectū vnde ⁊ omne peccatū dicit eſſe ꝯtra naturā. q̄ ergo in aliquod malū voluntas eligēdo inclineſ. oportet q̄ aliunde ꝓtingat. Et qñq̄z quidē ꝓtingit ex defectu rōnis ſicut cuz

aliquis ex ignorantia peccat. Quæ aũt ex impulsu appetitus sensitiui. sicut cũ peccat ex passione. Sed neutr hoc cũ est ex certa malicia peccare. sed tũc solũ ex certa malicia aliquis peccat. qñ ipa voluntas ex seipsa mouet ad malum qđ põt cõtingere dupliciter. Uno qdẽ mõ p hoc q hõ habet aliquã dispositionẽ corruptã inclinantẽ ad malũ. ita q ẽ illaz dispositionẽ fit hoĩ quasi cõuenies et simile aliquod malũ. et in hoc rõne cõuenientie tendit voluntas ĩsi in bonũ qz vnũquodq ẽ sm se tendit in id qđ sibi ẽ cõuenies. talis aũt dispositio corrupta vel ẽ aliquis habitus acquisitus ex cõsuetudine que verifi in naturã. vel ẽ aliqua egritudinalis habitudo ex pte corpis. sicut aliquis habẽs ĩsdam naturales inclinationes ad aliqua peccata ꝓpter corruptionẽ nature ĩ ipsis. Alio modo cõtingit q voluntas p se tẽdit in aliqđ malũ p remotionẽ alicui⁹ phibẽtis. puta si aliquis phibeat peccare. nõ qz peccatuz ei sm se displiceat. sz ꝓpt spem vite eterne. vel ꝓpt timoz ẽ gehẽne. remota. spe p desperationẽ vel timore p cõsumptionez. sequitur q ex certa malicia ĩsi absq freno peccet. Sic igitur ptz q peccatuz qđ ẽ ex certa malicia semp cõsupponit in hoĩe aliquã inordinationez ĩ. tñ nõ semp ẽ habitus. vñ nõ ẽ necessariũ q ĩsiq peccat ex certa malicia peccet ex habitu. Ad.j. ergo dicẽdum q operari ĩsulter inustus operatur nõ solũ ẽ operari iniusta ex certa malicia. sz etiã delectabiliter et sine graui remissu rõnis. qđ nõ ẽ nisi eius q habitũ. Ad.ij. dicẽdum q nõ statim ad hoc aliq labit q ex certa malicia peccet. sz cõsupponitur aliqđ qđ tñ non semp ẽ habitus. vt dictũ ẽ. Ad.iij. dicẽdum q illud ꝓpter qđ voluntas inclinatur ad malum nõ semp habitus ẽ vel passio. sz quiddã aliud. vt dictum ẽ. Ad.iij. dicẽdum q nõ ẽ silis ratio de electiõe boni et de electione mali. quia malũ nunq est sine bono nature. sed bonũ põt esse sine malo culpe ꝓfecto.

Ad quartũ sic ꝓceditur.

consistit in actu voluntatis sicut et quilibet actus moral' vnde non dicitur vnus actus moraliter si voluntas mutetur. ꝗuis etiam actio ꝼm naturam sit cōtinua. Si autem voluntas non mutetur nō potest esse ꝙ de veniali fiat mortale. Alio modo potest intelligi vt id quod est veniale ex genere fiat mortale. et hoc quidem possibile ē in ꝗtum cōstituitur in eo finis. vel inꝗtū refertur ad mortale peccatum sicut ad finem. vt dictum ē. Tertio modo potest intellig i ita ꝙ multa venialia peccata constituant vnum peccatum mortale. ꝙ si sic intelligatur ꝙ ex multis peccatis venialibus ītegraliter constituatur vnuꝫ peccatum mortale. falsum est. non enim omnia peccata venialia de mundo possunt habere tantū de reatu quātū vnū peccatum mortale. quod patet ex parte durationis. quia peccatum mortale habet reatum pene eterne. peccatum autem veniale reatum pene temporalis. vt dictum ē. Patet etiam ex parte pene dammi. quia peccatū mortale meretur carentiam visionis diuine. cui nulla alia pena comparari potest. vt Chrysō. dicit. Patet etiaꝫ ex parte pene sensus ꝗtum ad vermem conscientie. ꝫ forte ꝗtum ad penam ignis non sint improportionabiles pene Si vero intelligatur ꝙ multa peccata venialia faciunt vnū mortale dispositiue. sic verum ē sicut supra ostensum est. ꝼm duos modos dispositionis quo peccatum veniale disponit ad mortale. Ad.j. ergo dōm ꝙ Aug⁹ loquitur in illo sensu ꝙ multa peccata venialia dispositiue causant mortale. Ad.ij. dōm ꝙ ille idem motus sensualitatis qui precessit consensum rationis nunꝗ fiet peccatum mortale. sed ipse actus rōnis ꝑsentientis Ad.iij. dōm ꝙ morbus corpalis non est actus. sed dispositio quedam ꝑmanens. vnde eadem manens potest mutari. sed peccatū venale est actus transiens qui resumi non potest. ꝗtum ad hoc nō est sile. Ad.iiij. dōm ꝙ dispositio que fit habitus est sicut imperfectum in eadeꝫ specie. sicut imperfecta scientia dum ꝓficitur fit habitus. sed veniale peccatū est dispositio alterius generis. sicut accidens ad formā substantialem in quam nunꝗ mutatur.

Ad quintum sic procedit

Videtur ꝙ circumstantia possit de veniali peccato facere mortale. Dicit enim Aug⁹ in sermone de purgatorio. ꝙ si diu tenetur iracundia ⁊ ebrietas si assidua sit. transeūt in numerum peccatorū mortalium. sed ira ⁊ ebrietas nō sunt ex suo genere peccata mortalia. ꝫ venialia. alioquin semper essent mortalia. ergo circūstantia facit peccatum veniale esse mortale. Dre. magister dicit. xxiij. dis. secundi li. sententiaꝝ. ꝙ delectatio si sit morosa est peccatuꝫ mortale. si autem non sit morosa est peccatum veniale. ꝫ morositas est quedam circūstantia. ergo circumstantia facit de peccato veniali mortale. Dre. plus differūt malum ⁊ bonum ꝗ veniale peccatum ⁊ mortale quorū vtrū ꝗ est in genere mali. sed circumstantia facit de actu bono malum. sicut patet cum quis dat elemosynam ꝓpter inanem gloriam. ergo multo magis potest facere de peccato veniali mortale. Sed contra est ꝙ cum circumstantia sit accidens. quātitas eius non potest excedere ꝗtitatem ipius actus quem habet ex suo genere. semper enim subiectum ꝑmittet accidenti. si igitur actus ex suo genere sit peccatum veniale non poterit per circūstantiam fieri peccatum mortale. cū peccatū mortale in infinitū quodammodo excedat ꝗtitatez venialis. vt ex dictis ptꝫ. Rñ. dōm sicut supra dictum est. cum de circumstantijs ageretur circumstantia inꝗtum huiusmodi est accidens moralis actus. contingit tamen circūstantiam accipi vt differē tiam specificam actus moralis. et tunc amittit rationem circūstantie. ⁊ constituit speciem moralis actus. hoc aūt contingit in peccatis quando circumstantia addit deformitatem alterius generis. sicut cum aliquis accedit ad nō suam. est actus deformis deformitate opposita castitati. sed si accedat ad non suam que est alterius uxor addit deformitas opposita iusticie. contra quā est vt aliquis usurpet rem alienam. ⁊ ꝼm hoc huiusmodi circūstantia constituit nouam speciem peccati que dicitur adulterium. Impossibile ē autem ꝙ circumstātia de peccato veniali faciat mortale nisi afferat deformitatez alterius generis. Dictum ē enī ꝙ peccatuꝫ veniale habet deformitatem per hoc ꝙ importat deordinationem circa ea que sunt ad finē peccatum autē mortale habet deformitatem ꝓ hoc ꝙ importat deordinationē respectu vltimi finis. vnde manifestum ē ꝙ circūstantia non potest de veniali peccato facere mortale manens circūstantia. sed solum tunc quādo trāsfertur in aliam speciē. ⁊ fit quodāmodo differentia specifica moralis actus. Ad.j. ergo dōm ꝙ diuturnitas nō ē circūstantia trahens in aliam speciem. similiter nec frequentia. vel assiduitas nisi forte ꝓ accidens ex aliquo superueniente. Non enim aliquid acquirit nouam speciem ex hoc ꝙ multiplicatur vl̄ procellat. nisi forte in actu procellato vel multiplicato supueniat aliqd quod variet speciem. puta inobedientia vel ꝯemptus. vel aliquid huiusmodi. Dicendum ergo ꝙ cum ira sit motus animi ad nocendum proximo si sit tale nocumentuꝫ in qd̄ tēdit motus ire. qd̄ ex genere suo sit peccatū mortale sicut homicidiū. vel furtum. talis ira ex genere suo est peccatum mortale. sed ꝙ sit peccatum veniale habet ex imperfectione actus inꝗtum ē motus subitus sensualitatis. si vero sit diuturna redit ad naturam sui generis ꝑ consensum rationis Si vero nocumentuꝫ in qd̄ tendit motus ire esset veniale ex genere suo. puta cum aliquis in hoc irascatur ꝓximo aliquem ꝙ vult ei dicere aliqd̄ verbum leue et iocosum qd̄ modicum ipsum contristet. non erit ira peccatuꝫ mortale ꝗtumcūꝗ sit diuturna. nisi forte ꝓ accidens. puta si ex hoc genere scandalum oriatur. vel ꝓpter aliquid huiusmodi. De ebrietate vero dōm ē ꝙ ꝼm suam rationez habet ꝙ sit peccatuꝫ mortale. ꝙ enī homo absꝗ necessitate reddat se impotentē ad vtendum ratione ꝑ quā homo ī deum ordinatur. ⁊ multa peccata occurrētia vitet. ex sola voluptate vini expresse cōtrariatur virtuti. sed ꝙ sit peccatum veniale contingit ꝓpter ignorantiam quandā. vl̄ infirmitatem. puta cuꝫ homo nescit virtutem vini aut ꝓpriam debilitatem. vnde non putat se inebriari. tunc enī nō imputatur ei ebrietas ad peccatum. sed solum superabundantia potus. sed quando frequenter inebriatur. nō potest per hanc ignorantiam excusari quin videat voluntas eius eligere magis pati ebrietatez ꝗ abstinere a vino superfluo. vñ redit peccatū ad suā naturā. Ad.ij. dōm ꝙ delectatio morosa non dr esse peccatū mortale nisi ī his que ex suo genere sunt peccata mortalia. In quib⁹ si delectatio non morosa sit peccatum veniale est ex imperfectione actus. sicut ⁊ de ira dictū est. dicitur enim ira diuturna et delectatio morosa ꝓpter approbationem rationis deliberantis. Ad.iij. dōm ꝙ circumstantia non facit de bono actu malum nisi constituens speciē peccati. vt supra etiam habitum est.

Ad sextum sic ꝓceditur.

Videtur ꝙ peccatum mortale possit fieri veniale. Equaliter enim distat peccatum veniale a mortali .ꝛ econuerso sed peccatum veniale fit mortale. vt dictum est. ergo etiaꝫ peccatum mortale potest fieri veniale. ¶Preterea peccatum veniale ꝛ mortale ponuntur differentie ſm hoc ꝙ peccās mortaliter diligit creaturam plus q̄ deuꝫ. peccās aūt venialiter diligit creaturā infra deū. ꝙtingit aūt ꝙ aliquis cōmittēs id qđ est ex genere suo peccatū mortale diligat creaturam infra deum. puta si aliquis nesciens fornicationem simplicem esse peccatum mortale et cōtrariā diuino amori fornicetur. ita tamen ꝙ ꝓpter diuinū amorem paratus esset fornicationē ꝓtermittere si sciret fornicando se cōtra diuinum amorem agere. ergo peccabit venialiter. ꝛ sic peccatum mortale ꝑt veniale fieri ¶Dre. sicut dictum est. plus differt bonum a malo q̄ veniale a mortali. sed actus qui est de se malus potest fieri bonus. sicut homicidium pōt fieri actus iusticie. patet in iudice qui occidit latronem. ergo multo magis peccatum mortale pōt fieri veniale. ¶Sed contra est ꝙ eternum nunq̄ pōt fieri temporale. sed peccatum mortale meretur penaꝫ eternam. peccatum autem veniale temporalem penaꝫ. ergo peccatū mortale nunq̄ pōt fieri veniale. ¶Rñ. dicendum ꝙ veniale ꝛ mortale differunt sicut perfectum ꝛ imperfectum in genere peccati. vt dictum est. Imperfectum autē per aliquam additionem pōt ad perfectionem venire. vñ ꝛ veniale per hoc ꝙ additur ei deformitas pertinēs ad genus peccati mortalis. efficitur mortale. sicut cum aliquis dicit verbum ociosum vt fornicetur. sed id qđ est ꝑfectū non potest fieri imperfectum per additionem. ꝛ ideo peccatum mortale non fit veniale per hoc ꝙ additur ei aliqua deformitas pertinens ei ad genus peccati venialis. non enī diminuitur peccatum eius qui fornicatur vt dicat verbum ociosum. sed magis aggrauatur. ꝓpter deformitatem adiunctam. ¶Potest tamē id quod est ex genere mortale esse veniale ꝓpter imperfectionem actus. q̄ non ꝑfecte pertingit ad rationem actus mortalis. cum non sit deliberatus sed subditus. vt ex dictis patet. ꝛ hoc fit ꝑ subtractionem quandam. scz deliberate rationis. ꝛ quia a ratione deliberata habet speciem moralis actus. inde est ꝙ per talem subtractionem soluitur species. ¶Ad .j. ergo dicendum ꝙ veniale differt a mortali sicut imperfectum a perfecto. vt puer a viro. fit autem ex puero vir. sed non conuertitur. vnde ratio non cogit ¶Ad.ij. dicendum ꝙ si sit talis ignorantia que peccatum omnino excuset. sicut est furiosi vel amentis. tunc ex tali ignorantia fornicationem cōmittens nec venialiter nec mortaliter peccat ¶Si vero sit ignorantia non inuincibilis. tunc ignorantia ipsa ē peccatum. ꝛ continet in se defectum diuini amoris. inq̄ntum negligit homo addiscere ea ꝑ que potest se in diuino amore conseruare ¶Ad.iij. dicendum ꝙ sicut Aug⁹ dicit in libro contra mendacium. Ea que sunt ſm se mala nullo fine bene fieri pōt. homicidiū autē ē occisio innocētis. ꝛ hoc nullo mō bñ fieri pōt. scz iudex q̄ occidit latronez. vel miles q̄ occidit hostē rei publice. nō appellantur homicide. vt Aug⁹ dicit in libro de libero arbitrio.

Deinde considerandum est de peccato veniali ſm se. ꝛ circa hoc queruntur sex. primo vtrum peccatum veniale causet maculam in anima. ſcdo de distinctione peccati

venialis ꝓut figuratur per lignum fenum ꝛ stipulam. ſ. Cor. iij. tertio vtrum homo in statu innocentie potuerit peccare venialiter. quarto vtrū angelus bonus vel malus possit peccare venialiter. quinto vtrum primi motus infidelium sint peccata venialia. sexto vtrū veniale possit esse in aliquo simul cum solo peccato originali.

Ad primum sic ꝓceditur.

Videtur ꝙ peccatum veniale causet maculam in anima. Dicit enī Aug⁹ in libro de penitentia. ꝙ peccata venialia si multiplicētur. decorē nostrū ita exterminant. vt a celestis sponsi amplexibus nos separēt. sed nihil aliud ē macula q̄ detrimentū decoris. ergo peccata venialia causant maculā in aīa ꝓpter inordinationē actus. ꝛ affectus ipsi⁹ peccātis. scz in peccato veniali ē quedā deordinatio actus ꝛ affectus. ergo peccatū veniale causat maculā in aīa. ¶Dre. macula aīe causat⁹ ex ꝓtractu rei tpalis ꝑ amorē. vt supra dictum ē. sed in peccato veniali aīa inordinato amore ꝓtingit rem tpalem. ergo peccatū veniale inducit maculaꝫ in aīa. ¶Sed contra ē ꝙ dr Epe. v. Vt exhiberet ipse sibi gloriosam eccl'iam nō habētē maculā aut rugā. glo. i. aliqđ peccatū criminale. ergo ꝓpriū peccati mortalis ee videt ꝙ maculā in aīa causet. ¶Rñ. dicendum ꝙ sicut ex dictis ꝑz macula importet detrimētū nitoris ex aliq̄ cōtractu. sicut in corpalibꝫ ꝑz. ex quibꝫ ꝑ similitudinem nomē macule ad aīaꝫ trāsfertur. Sicut autē in corpore ē duplex nitor. vn⁹ q̄dez ex intrinseca dispositione mēbroꝝ ꝛ coloris. Alius aūt ex exteriori claritate supueniēte. Ita etiā in aīa est duplex nitor. Unus quidē habitualis q̄si intrinsec⁹. Alius aūt actualis q̄si exterior fulgor. peccatū aūt veniale impedit quidē nitorē actualē. nō tū habitualē. q̄ nō excludit neq̄ diminuit habitū charitatis ꝛ aliaꝝ virtutū. vt infra patebit. scz solū impedit eoꝝ actū. macula aūt importat aliquid manēs in re maculata. vñ magis videt ꝓprie pertinere ad detrimētū habitualis nitoris q̄ actualis. vñ ꝓprie loquēdo peccatū veniale nō causat maculā in aīa. ꝛ si alicubi dicat maculaꝫ inducere. hoc est ſm quid. inq̄ntum impedit nitorem qui est ex actib⁹ virtutum. ¶Ad.j. ergo dicendum ꝙ Aug⁹ loquitur in eo casu in quo multa peccata venialia dispositiue inducunt ad mortale. aliter autez non separarent ab amplexu celestis sponsi ¶Ad.ij. dicendum ꝙ inordinatio actus in peccato mortali corrumpit habitum virtutis non autem in peccato veniali. ¶Ad.iij. dicendum ꝙ in peccato mortali anima per amorem contingit rem tpalem quasi finem. ꝛ per hoc totaliter impeditur influxus ſplendoris gratie qui ꝓuenit in eos qui deo adherēt vt vltimo fini per charitatem. sed in peccato veniali nō adhęret homo creature tanq̄ fini vltimo. vnde non est simile.

Ad secundum sic ꝓceditur

Videt⁹ ꝙ incōueniēter pcta venialia ꝑ lignū fenū ꝛ stipulā designent⁹. Lignū enī fenū ꝛ stipula dicunt⁹ superedificari spūali fūdamēto. scz pcta venialia sūt ꝓter spūale edificiū. sicut etiā q̄libet false opiniones sūt ꝓter sciētiā. ꝙ pcta venialia nō ꝓueniēter designant⁹ ꝑ lignū fenū ꝛ stipulā ¶Dre. ille q̄ edificat lignū fenū ꝛ stipulā. sic salu⁹ erit q̄si ꝑ ignē sed quādoq̄ ille q̄ cōmittit peccata venialia nō erit salu⁹ etiā per ignē. puta cuꝫ peccata venialia inueniūtur in eo qui decedit cū pctō mortali. ergo incōueniēter ꝑ lignū fenum ꝛ stipulam peccata venialia designant⁹. ¶Dre. ſm ap'lm alij sunt qui edificant aurum. argentū. lapides pciosos. id est. amorem dei ꝛ ꝓximi ꝛ bona opera. ꝛ alij qui

edificant lignum.fenum ⁊ stipulam.sed peccata venialia cõmittunt etiam illi qui diligũt deum ⁊ proximum ⁊ bona opera faciunt. Dicitur enim.j. Joh.j. Si dixerimus quia peccatum non habemus.nosipsos seducimus.ergo non conuenienter designãtur peccata venialia p ista tria.

Ore.multe plures differentie ⁊ gradus sunt peccatorum venialium q̃z tres.ergo incõueniẽter sub his tribus comprehenduntur. Sed cõtra est qđ apostol⁹.j. Cor. iij.dicit de eo qui superedificat lignum.fenum ⁊ stipulã. q̃ saluus erit quasi per ignem et sic patietur penam. sed non eternam.ea tus autem pene temporalis proprie pertinet ad peccatum veniale.vt dictum est.ergo per illa tria significantur peccata venialia. Rñ.dõm q̃ quidam intellexerunt fundamentuz esse fidem informem sup quã aliqui edificant bona opera que figurantur per aurum. argentum ⁊ lapides pretiosos.quidam vero peccata etiã mortalia que figurantur ſm eos per lignum fenum ⁊ stipulam.sed hanc expositionem improbat Aug⁹ in libro de fide et operibus.quia vt apostolus dicit ad Gal.v. Qui opera carnis facit regnum dei non consequetur quod est saluum fieri.Apostolus autem dicit q̃ ille qui edificat lignum.fenum.⁊ stipulam.saluus erit quasi per ignẽ. vnde non potest intelligi q̃ per lignum.fenum.⁊ stipulam. peccata mortalia designentur. Dicunt ergo quidam q̃ p lignum.fenum.⁊ stipulam.significantur opera bona que superedificantur quidem spirituali edificio.sed tamẽ cõmiscẽt se eis peccata venialia.sicut cum aliquis habet curam rei familiaris.quod bonum est cõmiscet se superfluus amor vel vxoris.vel filiorum.vel possessionum. sub deo tamen ita scz q̃ pro bis homo nihil vellet facere cõtra deum.sed hoc iterum non videtur conuenienter dici. Manifestum est enim q̃ omnia opera bona referũtur ad charitatem dei et proximi.vnde pertinent ad aurum ⁊ argentum ⁊ lapides pretiosos.nõ ergo ad lignum fenum ⁊ stipulam. Et ideo dicendu est q̃ ipa peccata venialia que admiscent se procurantibus terrena. significantur per lignum fenum ⁊ stipulam.sicut enim huiusmodi congregantur in domo ⁊ non pertinent ad substantiam edificij et possunt comburi edificio remanente.ita etiam peccata venialia multiplicantur in homine manente spirituali edificio.et pro istis patitur ignem. vel temporalis tribulationis in hac vita.vel purgatorij post hanc vitam. ⁊ tamen salutem consequetur eternam. Ad.j.ergo dicendum q̃ peccata venialia non dicuntur superedificari spirituali fundamento quasi directe supra ipsum posita. scz quia ponuntur iuxta ipa.sicut accipitur ibi.super flumina babylonis.id est.iuxta.quia peccata venialia non destruunt spirituale edificium.vt dictum est. Ad.ij.dicẽdum q̃ non dicitur đ quocunq̃z edificante lignum fenũ ⁊ stipulam.q̃ saluus sit quasi per ignem.sed solum de eo qui edificat supra fundamentum.quod quidem non ẽ fides informis vt quidam estimabant. sed fides formata charitate.ſm illud Ephe.iij. In charitate radicati ⁊ fundati. Ille ergo qui decedit cum peccato mortali ⁊ venialibus.habet quidem lignum fenum ⁊ stipulam. sed non sunt superedificata supra fundamentũ spirituale.⁊ ideo non erit saluus sic quasi per ignem. Ad.iij. dicendũ q̃ illi qui sunt abstracti a cura temporalium rerum. ⁊ si ali quando venialiter peccent. tamen leuia peccata venialia cõmittunt.⁊ frequentissime per feruorem charitatis purgantur. vñ tales non superedificant venialia .quia in eis modicum manent.sed peccata venialia ipsorum que circa terrena occupantur diutius manent.quia non ita frequẽter recurrere possunt ad huiusmodi peccata venialia delenda per charitatis feruorem. Ad.iij.dõm q̃ sicut phũs dicit in primo de celo. Omnia tribus includũtur scz principio.medio.⁊ fine.⁊ ſm hoc omnes gradus venialium peccatorum ad tria reducuntur. scz ad lignuz qđ diutius manet in igne.ad stipulam que citissime expeditur.ad fenũ quod medio modo se habet. ſm enim q̃ peccata venialia sunt maioris vel minoris adherentie vel grauitatis citius vel tardius p ignem purgãtur.

Ad tertium sic ꝓceditur.

Videtur q̃ homo in statu innocẽtie potuerit peccare venialiter. Quia super illud.j. ad Tim.ij. Adam non est seductus.dicit glo. Inexpertus diuine seueritatis.in eo falli potuit vt crederet veniale esse cõmissum.sed hoc nõ credidisset nisi venialiter peccare potuisset.ergo venialiter peccare potuit non peccando mortaliter. Ore.Aug⁹.xi super Gen.ad litteram. Non est arbitrandum q̃ eẽt homini electurus tempratoz.nisi precessisset in anima hominis quedam elatio comprimenda. elatio autem detectionem precedens que facta est ,per peccatum mortale. non potuit esse nisi peccatum veniale. Similiter etiam in eodem Aug⁹ dicit q̃ virum sollicitauit aliqua experimenti cupiditas cum mulierem vidisset sumptu vetito pomo non esse mortuam.videtur etiam fuisse in Eua aliquis infidelitatis motus in hoc q̃ de verbis domini dubitauit vt patet per hoc quod dicit. Ne forte moriamur.vt habetur Gen .iij. hec autem videntur esse venialia peccata'. ergo homo potuit venialiter peccare anteq̃z mortaliter peccaret. Preterea peccatum mortale magis opponitur integritati primi status q̃z peccatum veniale. sed homo potuit peccare mortaliter non obstante integritate primi status . ergo etiam potuit peccare venialiter. Sed contra est q̃ cuilibet peccato debetur aliqua pena.sed nihil penale esse potuit in statu innocentie vt Augus. dicit xxiij. de ciuita. dei.ergo non potuit peccare aliquo peccato quo non efficeretur ab illo integritatis statu.sed peccatum veniale non mutat statum hominis.ergo non potuit peccare venialiter. Rñ. dicendum q̃ cõuniter ponitur q̃ homo in statu innocentie nõ potuit venialiter peccare.hoc etiam non est sic intelligendum quasi id qđ nobis est veniale si ipe cõmitteret esset sibi mortale propter altitudinem sui status. dignitas enim persone est quedã circumstantia aggrauans peccatum.non tamen transfert in aliam speciem.nisi forte superueniente deformitate inobedientie. vel voti. vel alicuius huiusmodi qđ in proposito dici non potest.vnde id quod est de se veniale nõ potuit transferri in mortale propter dignitatem primi status sic ergo intelligendũ ẽ q̃ non potuit peccare venialiter.qz nõ potuit esse vt cõmitteret aliq̃d qđ eẽt de se peccatũ veniale anteq̃z integritatẽ primi status amitteret peccando mortaliter. Cuius ratio ẽ qz peccatũ veniale in nobis contingit vel ,ꝓpter imperfectionẽ actus.sicut subitus motus in genere peccatoꝝ mortaliũ.vel ,ꝓpter inordinationẽ existẽtẽ circa ea q̃ sunt ad finẽ seruato debito ordine ad finẽ.vtrũ q̃z aũt horꝝ contingit,ꝓpter quẽdam defectũ ordinis. ex eo q̃ interius non cõtinetur firmiter sub superiori.q̃ enim in nobis insurgat subitus motus sensualitatis.contingit ex hoc q̃ sensualitas non est omnino subdita rationi. q̃ vero insurgat subitus motus in ratione ipa.prouenit in nobis ex hoc q̃ ipsa executio actus rationis non subditur

deliberationi que est exaltiori bono vt supra dictum est. q̄ vero humanus animus inordinetur circa ea que sunt ad finez seruato debito ordine ad finem, puenit ex hoc q̄ ea que sunt ad finem nō ordinantur infallibiliter sub fine qui tenet summū locum quasi principium in appetibilibus. vt supra dictum ē. In statu autez innocentie vt in primo habituz est. erat infallibilis ordinis firmitas vt semper inferius cōtineretur sub superiori q̄diu summū hominis continueretur sub deo. vt etiam Aug⁹ dicit. xiij. de ciui. dei. z ideo oportebat q̄ inordinatio in homine nō esset nisi inciperet ab hoc q̄ summum hominis nō subderetur deo. qđ fit p̄ peccatū mortale. Ex quo patet q̄ homo in statu innocentie non potuit peccare venialiter antez̄ peccaret mortaliter. ¶Ad.j. ergo dīm q̄ veniale nō sumitur ibi sm q̄ nunc de veniali loquimur. sed dicitur veniale quod ē facile remissibile. ¶Ad.ij. dīm q̄ illa elatio que precessit in animo hominis fuit ad primum hominis peccatum mortale. dicitur autez precessisse electionē eius in exteriorem actum peccati. huiusmodi autem elationem subsecuta est z experiēdi cupiditas in viro. z dubitatio in muliere. que ex hoc solo in quandā aliam elationem ꝓrupit q̄ p̄cepti mēmonem a serpente audiuit q̄si nollet sub precepto contineri. ¶Ad.iij. dīm q̄ peccatuz mortale ī tantū opponitur integritati primi status q̄ corrumpit ipsum. qđ peccatum veniale facere non potest, et quia non potest simul esse quecūq̄z inordinatio cum integritate primi status. consequens est q̄ primus homo nō potuerit peccare venialiter antez̄ peccaret mortaliter.

Ad quartuz sic ꝓceditur

¶Videt q̄ angelus bonus vel malus possit peccare venialiter. Homo enim cum angelis conuenit in superiori anime parte que mens vocatur. sm illud Grego. in omel. Homo intelligit cum angelis. sed homo sm superiorē partem anime pōt peccare venialiter. ergo z angel⁹. ¶Pre. quicunq̄z potest qđ est plus potest etiam qđ est minus. sed angelus potuit diligere bonum creatum plus q̄z deū quod fecit peccando mortaliter. ergo etiam potuit bonuz creatum diligere infra deum inordinate venialiter peccādo. ¶Pre. angeli mali videntur aliqua facere que sunt ex genere suo venialia peccata prouocādo homines ad risum. z ad alias huiusmodi leuitates. sed circūstantia persone non facit de veniali mortale. vt dictum est nisi speciali prohibitione supueniente. qđ non est in ꝓposito. ergo angelus potest peccare venialiter. ¶Sed contra ē q̄ maior est p̄fectio angeli q̄z perfectio hominis in primo statu. sed homo in primo statu non potuit peccare venialiter. ergo multo minus angelus. ¶Rñ. dīm q̄ intellect⁹ angeli sicut ī primo dictū est. nō est discursiu⁹. vt sc̄z ꝓcedat a principijs ī ꝓclusiones seorsū vtrūq̄z itelligēs sicut ī nobis ꝓtingit. vñ oportet q̄ q̄libz ꝓsiderat ꝓclusiones cōsideret eas, put sunt ī principijs. In appetibilibz autē sicut multotiēs dictum ē. fines sunt sicut principia. ea vero q̄ sunt ad finem sunt sicut ꝓclusiones. vñ mens angeli nō ferf in ea q̄ sunt ad finem nisi sm q̄ stant sub ordine finis. ꝓpter hoc ex natura sua habent q̄ nō possit in eis eē deordinatio circa ea que sunt ad finem. nisi simul sit deordinatio circa finem ipsum qđ est p̄ peccatum mortale. sz ā̄geli boni non mouentur in ea que sunt ad finem. nisi in ordine ad finem debituz qui est deus. z ꝓpter hoc omnes eorum actus sunt charitatis. z sic in eis non potest eē peccatum veniale. Angeli vero mali in nihil mouentur nisi in ordine ad finē peccati superbie ipsorum. z ideo in omnibus peccant mortaliter quecunq̄z ꝓpria voluntate agunt Secus autem ē de appetitu naturalis boni qui est ī eis vt in primo dictum est. ¶Ad.j. ergo dīm q̄ homo conuenit quidem cum angelis in mēte siue ī intellectu. sz differt in modo intelligēdi. vt dictum est. ¶Ad.ij. dīm q̄ angelus non potuit minus diligere creaturaz q̄z deum. nisi simul referens eā in deū sicut ī vltimū finem. vel aliquē finē inordinatum rōne iam dicta. ¶Ad.iij. dīm q̄ omnia illa que videntur esse venialia demones ꝓcurant vt homines ad sui familiaritatem attrahant. et sic deducant eos in peccatuz mortale. vñ in omnibus mortaliter peccāt ꝓpter intentionē finis.

Ad quintum sic procedit

¶Videt q̄ primi mot⁹ sensualitatis ī infidelibz sint peccata mortalia. Dicit enī ap̄s ad Ro. viij. q̄ nihil ē dānationis bis qui sunt in christo iesu qui non sm carnē ambulant. z loquit sibi de concupiscētia sensualitatis. vt ex p̄missis apparet. hec ergo causa est quare concupiscere non sit dānabile bis qui nō sm carnē ambulāt. ꝓsentiēdo sc̄z concupiscentie. quia sunt in xp̄o iesu. sed fideles non sunt in xp̄o iesu. ergo in infidelibus ē dānabile. primi igit motus infidelium sunt peccata mortalia. ¶Pre. Anselm⁹ dicit in li. de gratia z li. ar. Qui nō sunt in xp̄o sentiētes carnem sequūtur dānationem etiaz si non sm carnē ambulant. sed dānatio non debetur nisi peccato mortali. ergo cum homo sentiat carnem sm primum motum cōcupiscentie. videtur q̄ primus motus concupiscentie ī infidelibus sit peccatum mortale. ¶Pre. Anselmus dicit ī eodē li. Sic ē factus homo vt concupiscētiā sentire nō deberet. hoc autem debitū videt homini remissum p̄ gratiā baptismalē quā infideles nō habent. ergo quādocūq̄z infidelis cōcupiscit etiā si non consentiat peccat mortaliter contra debitum faciens. ¶Sed contra est qđ dr̄ Actuū x. Non est ꝓsonaz accept⁹ deus. qđ ergo vni non imputat ad dānationem nec alteri. sed primos motus fidelibz non imputat ad dānationē. ergo etiam nec infidelibus. ¶Rñ. dīm q̄ irrationabiliter dr̄ q̄ primi mot⁹ infideliū sint peccata mortalia si eis nō ꝓsentiāt. z hoc patz dupliciter. Primo quidem q̄z ipa sensualitas non pōt esse subiectum peccati mortalis vt supra est habitum. est autem eadem natura sensualitatis ī infidelibus z fidelibz. vnde non potest esse q̄ solus motus sensualitatis in infidelibus sit peccatum mortale. Alio modo ex statu ipsius peccantis. nunq̄z enim dignitas persone diminuit peccatum. sed magis auget. vt ex supra dictis patet. vnde nec peccatum ē minus in fideli q̄z in infideli. sed multo maius. Nam z infidelium peccata magis merentur veniaz ꝓpter ignorantiam. sm illud j. ad Timo. j. Misericordiam dei consecutus sum. quia ignorās feci in incredulitate mea. z peccata fidelium aggrauantur ꝓpter gratie sacramenta. sm illud Heb. x. Quāto magis putatis deteriora mereri supplicia qui sanguinem testamenti in quo sanctificatus est pollutum duxerit. ¶Ad.j. ergo dīm q̄ apostolus loquitur de damnatione debita peccato originali que aufertur per gratiam iesu christi q̄z manet ꝓcupiscētie fomes. vñ hoc q̄ fideles ꝓcupiscūt nō ē ī eis signū dānationis originalis peccati sicut ē ī infidelibz. z hoc etiā mō itelligēdū ē dictū Anselmi. Unde patet solutio ad secundum. ¶Ad.iij. dicendum q̄ illud debitum non cōcupiscendi erat p̄ originalem iusticiam. vñ id qđ

opponitur tali debito non ptinet ad peccatum actuale. sz ad peccatum originale.

Ad sextum sic proceditur.

Videtur qꝫ peccatum veniale possit esse in aliquo cū solo originali. Dispositio enim p̄cedit habitum. sed veniale est dispositio ad mortale. vt supra dictum est. ergo veniale in infideli cui non remittitur originale inuenīt ante mortale. ꝛ sic quandoqꝫ infideles habent peccata venialia cum originali sine mortalibus. ℞. minus habet de cōnexione ꝛ conuenientia veniale cum mortali qꝫ mortale peccatum cum mortali. sed infidelis subiect9 originali peccato potest cōmittere vnum peccatum mortale et non aliud. ergo potest cōmittere peccatum veniale et non mortale. ℞. determinari potest tempus ī quo puer primo potest esse actor peccati actualis. ad quod tēpus cum peruenerit potest ad minus per aliquod breue spacium stare quin peccet mortaliter. quia hoc etiaz ī maximis sceleratis contingit. In illo autem spacio q̄tumcunqꝫ breui potest peccare venialiter. ergo peccatum veniale potest esse in aliquo cum originali peccato absqꝫ mortali. Sed contra est. quia pro peccato originali puniuntur homines in limbo puerorum. vbi non est pena sensus vt infra dicetur. In inferno autez detruduntur homīes propter solum peccatum mortale. ergo non erit locus in quo possit puniri ille qui habet peccatum veniale cuz originali solo. Rn. dom qꝫ impossibile est qꝫ peccatuz veniale sit in aliquo cum originali peccato absqꝫ mortali. Cuius ratio ē. quia anteqꝫ ad annos discretionis perueniat. defectus etatis prohibens vsum rationis excusat eū a peccato mortali. vnde multo magis excusat eum a peccato veniali si cōmittat aliquid quod sit ex genere suo tale. cum vero vsum rationis habet incipit. non omnino excusatur a culpa venialis ꝛ mortalis peccati. sed primum qđ tunc homini cogitandum occurrit est deliberare de seipso. ꝛ siquidem seipsum ordinauerit ad debitum finem. per gratiam consequetur remissionem originalis peccati Si vero non ordinet seipm ad debitum finem fm qꝫ ī illa etate est capax discretionis. peccabit mortaliter non faciens qꝫ in se est. ꝛ ex tunc non erit in eo peccatum veniale sine mortali nisi postqꝫ totum fuerit sibi per gratiaz remissum. Ad. j. ergo dom qꝫ veniale non est dispositio ex necessitate p̄cedens mortale. sed contingēter. sicut quandoqꝫ labor disponit ad febrem. non autem sicut calor disponit ad formam ignis. Ad. ij. dom qꝫ nō impeditur peccatum veniale esse simul cū solo originali. ꝓpter distantiam eius vel ꝙnientiam. sed ꝓpter defectum vsus rationis. vt dictū est. Ad. iij. dom qꝫ ab altis peccatis mortalibus potest puer incipiens habere vsum rōnis per aliquod tēpus abstinere. sed a peccato omissionis p̄dicte nō liberatur nisi cīto potest se conuertat ad deum. Primū enim qđ occurrit homini discretionem habenti ē qꝫ de seipso cogitet ad quē alia ordinet sicut ad finem. Finis enī est prior in intētione. et ideo hoc est tempus pro quo obligatur ex dei p̄cepto affirmatiuo. quo dīs dicit. Conuertimini ad me. ꝛ ego conuertar ad vos. Zacharie primo.

XC

Consequenter considerandū est de principiis exterioribus actuū

Principium autem exterius ad malum inclinans est diabolus. de cuius tēptatione in primo dictum est. Principium autem exterius mouens ad bonum est deus. qui ꝛ nos instruit per legem. et iuuat per gratiam. vnde primo de lege. scđo de gratia dicendum est. Circa legem autem primo oportet considerare de ipsa lege in cōmuni. scđo de partibus eius. Circa legem autem in communi tria occurrunt considerāda. primo quidem de essentia ipius. scđo de differentia legum. tertio de effectib9 legis. Circa primum queruntur quattuor. primo vtrū lex sit aliquid rōnis. scđo de fine legis. tertio de causa eius. quarto de ꝓmulgatione ipsius.

Ad primum sic procedit.

Videtur qꝫ lex non sit aliquid rationis. Dicit enim apostolus ad Roma. vij. Video aliā legē in membris meis ꝛc. sed nihil quod est rationis est in membris. quia ratio non vtitur organo corporali. ergo lex non est aliquid rationis. ℞. in ratione non est nisi potentia habitus et actus. sed lex non est ipa potētia rationis. Similiter etiā non ē aliquis habitus rōnis. qꝫ habitus rōnis sunt virtutes intellectuales. de quibus supra dictum est. nec etiā actus rationis est. quia cessante rationis actu lex cessaret. puta in dormientibus. ergo lex non est aliquid rationis. ℞. lex mouet eos qui subiciuntur legi ad recte agēdum. sed mouere ad agendum ꝓprie ptinet ad voluntatē vt patet ex p̄missis. ergo lex non pertinet ad rationem. sed magis ad voluntatem. fm qꝫ etiam iurisperitus dicit. Qđ placuit principi legis habet vigorem. Sed cōtra est qꝫ ad legem pertinet p̄cipere et prohibere. sed imperare est rationis. vt supra habitum est. ergo lex est aliquid rationis. Rn. dom qꝫ lex quedam regula est et mensura actuum fm quā inducitur aliquis ad agendū. vel ab agendo retrahitur. Dicitur enī lex a ligando. quia obligat ad agendum. regula autem ꝛ mensura humanoꝝ actuum ē ratio que est principium primum actuum humanorum vt ex p̄dictis patet. Rationis enim est ordinare ad finez qui est primum principium in agendis fm philosophū. In vnoquoqꝫ autem genere id quod est principium est mensura ꝛ regula illius generis. sicut vnitas ī genere numeri. ꝛ motus primus in genere motuum. vnde relinquitur qꝫ lex sit aliquid pertinens ad rationem. Ad. j. ergo dom qꝫ cum lex sit regula quedam et mensura. dicitur dupliciter esse in aliquo. Uno modo sicut in mensurante ꝛ regulante. ꝛ quia hoc est ꝓprium rationis. ideo per hūc modum lex est in ratione sola. Alio modo sicut in regulato ꝛ mensurato. ꝛ sic lex est in omnibus que inclinātur ī aliquid ex aliqua lege. ita qꝫ quelibet inclinatio ꝓueniēs ex aliq̄ lege p̄t dici lex. nō essentialiter. sz q̄si ptiipative. ꝛ hoc mō inclinatio ipa mēbroꝝ ad ꝙcupiscēdū lex mēbrorū vocat. Ad. ij. dom qꝫ sicut ī actibꝰ exterioribꝰ ē cōsiderare operationē ꝛ opatuz puta edificationē ꝛ edificatū. ita ī opibꝰ rōnis ē ꝙsiderare ipm actū rōnis q̄ ē intelligere ꝛ rationari. ꝛ aliqd ꝓ hmōi actū ꝙstitutū. qđ q̄dē ī speculatiua rōne. primo q̄dē ē diffinitio. scđo enūciatio. tertio vero syllogism9 vel argumētatio. ꝛ qz rō etiaz practica vtit q̄dā syllogismo ī operabilibꝰ. vt supra habitū ē. fm qꝫ phūs docet ī. vij. etbi. ideo ē inuenire aliquid ī rōne practica qđ ita se habeat ad opatiōes sicut se hz ꝓpositio ī rōne speculatiua ad cōclusiōes. ꝛ hmōi ꝓpositiones vles rōnis practice ordinate ad actiones habent rationē legis. q̄ q̄dē ꝓpositiones aliq̄s actualiter ꝙsiderāt. aliq̄s vero habitualiter a rōne tenentur. Ad. iij. dom qꝫ ratio habet vim mouendi a voluntate. vt supra dictum est. Et hoc enim qꝫ

aliqs vult finem. ratio imperat de his que sunt ad finem sed voluntas de his que imparantur ad hoc legis rõnez habeat. oportet q̃ sit aliqua rõne regulata. ꝛ hoc mõ intelligiť q̃ volũtas principis hz vigorẽ legis. alioquin voluntas principis magis eẽt iniquitas q̃z lex.

Ad secundum sic ꝓceditur

Videtur q̃ lex non ordinetur semp ad bonum cõmune sicut ad finem. Ad legem enim ptinet precipere ꝛ phibere. sed ꝓcepta ordinantur ad quedam singularia bona. non ergo semper finis legis eſt bonum cõmune ℣ Pre. lex dirigit hominẽ ad agendum. sed actus humani sunt ī particularibus. ergo ꝛ lex ad aliqd particulare bonum ordinatur. ℣ Pre. Isidor9 dicit in li. ethimologiaꝝ. Si ratione lex constat lex erit omne qd̃ ratione constiterit. sed ratione consistit non solum qd̃ ordinatur ad bonũ cõmune. sed etiã qd̃ ordinatur ad priuatum bonũ vnius. ergo lex non ordinatur solum ad bonũ cõmune. sed etiã ad bonum priuatum vnius. Sed contra est qd̃ Isidor9 dicit in. iij. ethimologiarũ. q̃ lex est nullo priuato cõmodo. sed ꝑ cõmuni vtilitate ciuium conscripta. ℟ ñ. dicendum q̃ sicut dictum ẽ q̃ lex ptinet ad id qd̃ est principium humanorum actuũ ex eo q̃ est regula ꝛ mensura. Sicut aũt ratio ẽ principiũ hũanoꝝ actuũ ita etiaz in ipa rõne ẽ aliqd qd̃ est principiũ respectu oĩuz aliorũ. vnde ad hoc oportet q̃ principaliter ꝛ maxime princat lex. primũ autem principium in operatiuis quoꝝ est ratio practica est finis vltimus. Est autem vltimus finis hũane vite felicitas vel beatitudo vt supra habitũ ẽ. vnde oportet q̃ lex maxime respiciat ordinem qui est in beatitudine. rursus cum omnis pars ordinatur ad totum sicut impfectum ad pfectũ. vnus autem homo est pars cõmunitatis pfecte. necesse est q̃ lex ꝓprie respiciat ordinem ad felicitatem cõmunez vnde ꝛ phũs in ꝓmissa diffinitione legalium mentionez facit. ꝛ de felicitate ꝛ cõmunione politica. Dicit enī in. v. ethi. q̃ legalia iusta dicimus factiua ꝛ cõseruatiua felicitatis ꝛ particularum ipius politica cõmunicatiõe. Perfecta enim cõmunitas ciuitas ẽ. vt dicitur in primo politice. In quolibet autem genere id qd̃ maxime dicitur ẽ principium alioꝝ. ꝛ alia dicũť ſm ordinẽ ad ipm. sicut ignis qui est maxime calidus est causa caliditatis in corporibus mixtis. que in tantũ dicũtur calida inq̃ntum participant de igne. vnde oportet q̃ cum lex maxime dicatur ſm ordinem ad bonũ cõmune qd̃cũq̃ aliud preceptũ de particulari ope non habet rationem legis nisi ſm ordinez ad bonum commune. et ideo omnis ad bonum commune ordinatur. ℣ Ad. j. ergo dicendum q̃ preceptum imporrat applicationẽ legis ad ea que ex lege regulantur. ordo autem ad bonum cõmune qui ptinet ad legem ẽ applicabilis ad singulares fines. ꝛ ſm hoc etiam ꝺ particularibꝰ quibusdã ꝓcepta dantur ℣ Ad. ij. dicendum q̃ operationes quidem sunt ī ꝑticularibus. sed illa ꝑticularia referri possunt ad bonum cõmune. nõ quidem cõmunitate generis vel speciei. sed cõmunitate cause finalis. ſm q̃ bonũ commune ꝺ finis cõmunis. ℣ Ad. iij. dicendum q̃ sicut nihil cõstat firmiter ſm rõnem speculatiuam nisi ꝑ resolutionez ad prima principia indemõstrabilia. ita firmiter nihil cõstat ꝑ rõnem practicã ꝑ ordinationem ad vltimũ finem. qui est bonũ cõmune. qd̃ autem hoc modo ratione cõstat legis rationem habet.

Ad tertium sic ꝓceditur.

Videť q̃ cuiuslibet ratio sit factiua legis. Dicit enī apls ad Roma. ij. q̃ cũ gẽtes q̃ legẽ nõ habẽt. naturaliter ea q̃ legis sunt faciunt. ipi sibi sunt lex. hoc autẽ cõmuniter de oĩb9 dicit. ergo q̃libet ꝑt facere sibi legẽ. ℣ Pre. sic phũs dicit in. ij. ethi. Intẽtio legislatoris ẽ vt iudicat hoĩez ad virtutẽ. ſz quilibet hõ põt alium inducere ad virtutez. ergo cuiuslibet hoĩs rõ ẽ factiua legis. ℣ Pre. sic̃ princeps ciuitatis ẽ ciuitatis gubernator. ita quilibet paterfamilias est gubernator domus. ſz princeps ciuitatis põt in ciuitate legem facere. ergo quilibet paterfamilias põt ī suo domo facere legẽ. ℣ Sz ꝑtra ẽ qd̃ Isidor9 dicit in h. ethimologiaꝝ. ꝛ habeť in decretis dis. ij. Lex ẽ cõstitutio ppli fm quã maiores natu simul cũ plebibꝰ aliquid sanxerũt. nõ ẽ ergo cuiuslibet facere legẽ. ℟ ñ. dicendum q̃ lex ꝓprie primo ꝛ principaliter respicit ordinem ad bonũ cõmune. ordinare aũt aliquid ī bonũ cõmune ẽ vel totius multitudinis. vel alicuius gerẽtis vicẽ totius multitudinis. ꝛ ideo condere legẽ. vel ptinet ad totã multitudinẽ. vel ptinet ad psonã publicã q̃ totius multitudinis curã habet. q̃ et ī oĩb9 aliis ordinare ī finẽ est eius cuius ẽ ꝓprius ille finis ℣ Ad j. ergo dicendum q̃ sicut supra dictũ est. lex est in aliquo nõ solum sicut in regulante. sed etiã ꝑticipative sicut ī regulato. ꝛ hoc modo vnusquisq̃ sibi est lex inq̃ntum ꝑticipat ordinem alicuius regulãtis. vnde ꝛ ibidẽ subditur. qui ostẽdunt opus legis scriptum in cordibꝰ suis. ℣ Ad. ij. dicendum q̃ psona priuata non potest inducere efficaciter ad virtutem. potest enim solum mouere. sed si sua motio non recipiatur non habet vim coactiuam quã debet hẽ lex ad hoc q̃ efficaciter inducat ad virtutez. vt phũs dicit in. x. ethi. hanc autem virtutẽ coactiuam habet multitudo vel psona publica ad quam ptinet penas infligere. vt infra dicetur. ꝛ ideo solius ẽ eius leges facere. ℣ Ad. iij. dicendum q̃ sicut hõ est ps domus. ita domus ẽ ps ciuitatis. ciuitas autẽ est cõmunitas pfecta. vt dicitur in primo politice. ꝛ ideo sicut bonum vnius hominis non est vltimus finis. sed ad cõmune bonum ordinatur ita etiam ꝛ bonum vnius ciuitatis. que est cõmunitas perfecta. vnde ille qui gubernat aliquã familiam. potest quidem facere aliqua precepta vel statuta. non tamen q̃ ꝓprie habẽt rõnem legis.

Ad quartum sic ꝓceditur

Videtur q̃ promulgatio non sit de ratiõe legis. Lex enī naturalis maxime habet rationez legis. sed lex naturalis non indiget promulgatiõe. ergo non est de ratione legis q̃ promulgetur ℣ Pre. ad legem pertinet ꝓprie obligare ad aliquid faciendum vel non faciendum. sed non solum obligantur ad implendum legem illi coram quibus promulgatur lex. sed etiam alij. ergo promulgatio non ẽ de ratione legis. ℣ Pre. obligatio legis extendiť etiã in futurum. quia leges futuris negocijs necessitatez imponunt. vt iura dicunt. sed promulgatio fit ad presentes. ergo promulgatio non est de necessitate legis ℰ ed contra est quod dicitur in decretis quarta dis. q̃ leges instituuntur cuz promulgantur. ℟ ñ. dicendum q̃ sicut dictum est. lex imponitur alijs per modum regule et mensure. Regula autem et mesura imponitur per hoc q̃ applicatur his que regulantur ꝛ mensurantur. vnde ad hoc q̃ lex virtutez obligandi obtineat. quod est ꝓprium legis. oportet q̃ applicet hoĩbus que ſm eam regulari debẽt. talis autem applicatio fit ꝑ hoc q̃ in noticiam eorum deducitur ex ipsa promulgatione. vnde promulgatio ipsa necessaria est ad hoc q̃ lex habeat suam virtutem. Et sic ex quattuor predictis

potest colligi diffinitio legis, que nihil ē aliud q̄ quedā rationis ordinatio ad bonum cōmune ab eo qui curā cō munitatis habet promulgata. Ad.j. ergo dicendum q̄ promulgatio legis nature est ex hoc ipso q̄ deus eam mentibus hominū inseruit naturaliter cognoscendā. Ad.ij. dicendum q̄ illi coram quibus lex nō promulgatur, obligātur ad legem obseruādam, inq̄ntum in eorum noticiam deuenit per alios. vel deuenire potest promulgatiōe facta Ad iij. dicendum q̄ promulgatio presens in futurum extenditur p firmitatē scripture q̄ quodāmodo semp eā promulgat. vñ Isidor⁹ dicit in primo ethimologiar⁹ q̄ lex a legēdo vocata est, quia scripta est.

Questio XCI

Deinde considerandum

est de diuersitate legum. et circa hoc querūntur sex. primo vtrum sit aliqua lex eterna. secūdo vtr̄ sit aliqua lex naturalis. tertio vtruz sit aliqua lex humana. quarto vtruz sit aliqua lex diuina. quinto vtrū sit vna tm̄ vel plures. sexto vtruz sit aliqua lex peccati.

Ad primum sic procedit.

Videtur q̄ non sit aliqua lex eterna. Omnis enī lex aliquibus imponitur. sed non fuit ab eterno cui aliqua lex posset imponi. solus enim deus fuit ab eterno. ergo nulla lex ē eterna Pre. promulgatio est de ratione legis. sed promulgatio non potuit eē ab eterno. quia nō erat ab eterno cui promulgaretur. ergo nulla lex pōt esse eterna. Pre. lex importat ordinem ad finem. sed nihil est eternuz qđ ordinetur ad finem. solus enim vltimus finis ē eternus. ergo nulla lex ē eterna. Sed contra ē q̄ Aug⁹ dicit in primo de li. arbi. Lex que sūma ratio nominatur non pōt cuipiā intelligenti non incōmutabilis eternaq̄ videri. Rn. dicendum q̄ sic supā dictū ē nihil ē aliud lex q̄ dictamē practice rōnis in principe q̄ gubernat aliquā cōitatē pfectā. manifestū ē autē supposito q̄ mūdus diuina prouidentia regatur, vt in primo habitum est. q̄ tota cōmunitas vniuersi gubernatur ratiōe diuina. et idco ipa ratio gubernationis rerum in deo sicut in principe vniuersitatis existēs legis habet rationē. et quia diuina ratio nihil concipit ex tempore, sed habet eternum cōtemptū. vt dicit Prouer. viij. inde est q̄ huiusmodi legem oportet dicere eternaz. Ad.j. ergo dicendum q̄ ea que in seipsis non sunt apud deum existunt inq̄ntum sunt ab ipo cognita et preordinata. sm illud Roma. iiij. Qui vocat ea que non sunt tāq̄ ea que sunt. sic igitur eternus diuine legis conceptus habet rationē legis eterne sm q̄ a deo ordinatur ad gubernationem rerū ab ipo pcognitarum. Ad.ij. dicendum q̄ promulgatio fit et verbo et scripto. et vtroq̄ modo lex eterna habet promulgationē ex pte dei promulgātis. q̄ et verbū diuinum ē eternū. et scriptura libri vite ē eterna. sed ex pte creature audiētis aut inspiciētis non pōt esse promulgatio eterna Ad.iij. dicendum q̄ lex importat ordinē ad finē actiue. inq̄ntum scz p eā ordinātur aliqua in finem. nō autē passiue id ē. q̄ ipa lex ordinetur ad finem. nisi p accidens in gubernāte. cuius finis ē extra ipm. ad quem etiā necesse ē vt lex eius ordinetur sed finis diuine gubernationis ē ipe deus nec eius lex ē aliud ab ipo. vnde lex eterna non ordinatur in alium finem.

Ad secundum sic, procedit

Videt⁹ q̄ nō sit in nobis aliqua lex naturalis. Sufficiēter enī bō gubernat⁹ p legem eternā. dicit enī Aug⁹ in primo de li. ar. q̄ lex eterna ē qua iustum ē vt oīa sint ordinatissima. sed natura nō abundat in superfluis. sicut nec deficit in necessariis. ergo nō est homini aliq̄ lex naturalis Pre. per legem ordinatur homo in suis actibus ad finē. vt supra habitū est. sz ordinario humanoz⁹ actuū ad finem non est p naturam. sicut accidit in creaturis irrationalibus que solo appetitu naturali aguntur propter finē. sz agit homo propter finē p rationem et voluntatē. ergo non est aliqua lex in naturalis. Pre. quāto aliquis ē liberior. tanto minus est sub lege. sed homo ē liberior oībus aliis animalibus propter liberū arbitriū q̄ de prae aliis aīalibus habet. cum igitur alia animalia non subdantur legi naturali. nec homo alicui legi naturali subdetur Sed contra ē qđ dicitur Roma. ij. super illud. Cum gētes que legem non habēt naturaliter ea que legis sunt faciunt. dicit glo. q̄ si nō habent legem scriptam. habent tamen legem naturalē. qua quilibet intelligit et sibi conscius est quid sit bonuz. et q̄d malum. Rn. dicendum q̄ sicut supra dictum est. lex cuz sit regula et mensura dupliciter pōt esse in aliquo. vno modo sicut in regulante et mēsurante. alio modo sicut in regulato et mensurato. quia inq̄ntum participat aliquid de regula vel mensura. sic regulatur vel mensuratur. vnde cuz omnia que diuine prouidentie subduntur. a lege eterna regulētur et mensurentur. vt ex dictis patet. manifestum ē q̄ omnia participāt equaliter legē eternaz. inq̄ntū. s. ex impressione eius habēt inclinationes in propios actus et fines. Inter cetera aūt etiā rōnalis creatura excellētiori q̄dam mō diuine prouidētie subiacet. inq̄ntū et ipa fit prouidētie particeps sibīpsi et aliis prouidēs. vñ et ipa participatur rō eterna. p quam hz naturalem inclinationem ad debitū actuz et finē. Et talis participatio legis eterne in rationali creatura lex naturalis dicit. vnde cum ps diuisset. sacrificate sacrificium iusticie. quasi quibusdam querentibus que sunt iusticie opa. subiungit. multi dicūt. quis ostendit nobis bona? Cui questioni rīdens dicit. Signatū est sup nos lumen vultus tui domine. quasi lumen rationis naturalis quo discernimus quid sit bonum et quid malum qđ pertinet ad naturalē legem. nihil aliud sit q̄ impressio diuini luminis in nobis. vñ patz q̄ lex naturalis nihil aliud est q̄ participatio legis eterne in rationali creatura Ad j. ergo dicendum q̄ ratio illa procederet si lex naturalis eēt aliquid diuersum a lege eterna. non autem est nisi quedam participatio eius. vt dictum est. Ad.ij. dicendum q̄ omnis operatio rationis et voluntatis deriuatur in nobis ab eo quod est sm naturam. vt supra habitum est. naz omnis rationatio deriuatur a principiis naturaliter notis. et omnis appetitus eorum que sunt ad finem deriuatur a naturali appetitu vltimi finis. et sic etiam oportet q̄ prima directio actuum nostrorum ad finem fiat p legē naturalē. Ad.iij. dicendum q̄ etiā animalia irrōnalia participāt rationem eternam suo modo sicut et rōnalis creatura. sz quia rōnalis creatura participat eaz intellectualiter et rōnaliter ideo participatio legis eterne in creatura rationali proprie lex vocatur. nam lex ē aliquid rōnis. vt supra dictū ē. in creatura aūt irrationali nō participatur rationaliter. vnde non pōt dici lex nisi p similitudinem.

Ad tertium sic procedit

Videtur q̄ non sit aliqua lex hūana. Lex enī naturalis est participatio legis eterne. vt dictum est. sed per legem omnia sunt ordinatissima. vt Aug⁹ dicit in primo de li. arbi. ergo lex naturalis sufficit ad omnia hūana ordināda

non ẽ ergo necessarium q̃ sit aliqua lex humana ¶ Pre. lex habet rationem mẽsure. vt dictum est. ſz ratio humana non ẽ mensura rerũ. sed potius econuerso. vt in .x. metaphisice dicitur. ergo ex ratione humana nulla lex ꝓcedere potest ¶ Pre. mensura debet esse certissima. vt dicitur in .x. metaphisice. sed dictamen hũane rationis de rebꝫ gerendis ẽ incertum. ꝑm illud Sap. ix. Cogitationes mortalium timide ⁊ incerte ꝓuidentie nostre. ergo ex ratione hũana nulla lex ꝓcedere potest ¶ Sed cõtra est q̃ Aug⁹ in primo de li. arbi. ponit duas leges. vnam eternã. ⁊ aliã tẽporalem. quam dicit esse humanã. ¶ Rñ. dõm q̃ sicut supra dictum est lex est quoddã dictamẽ practice rõnis. Similis autẽ ꝓcessus esse ꝟenitur rationis practice ⁊ speculatiue. Utraq; enim ex quibusdam principijs ad ãs dam cõclusiones ꝓcedit. vt supius habitum ſz est. ꝑm hoc ergo dicendum est q̃ sicut ī ratiõe speculatiua ex principijs indemõstrabilibus naturaliter cognitis ꝓducuntur conclusiones diuersaꝝ scientiarũ. quarũ cognitio non est nobis naturaliter inclita. sed per industriam rationis inuenta. Ita etiã ex ꝑceptis legis naturalis. quasi ex quibusdã principijs cõmunibus ⁊ indemõstrabilibus. necesse est q̃ ratio humana ꝓcedat ad aliqua magis ꝑticulariter disponenda. ⁊ iste particulares dispositiones adinuẽte ꝑm rõnem humanã dicũtur leges humane obseruatis alijs conditionibꝫ que ꝑtinent ad rationem legis. vt supra dictũ est. vnde Tullius dicit in sua rhetorica q̃ initiũ iuris est a natura ꝓfectum deinde quedam in ꝙsuetudinem ex vtilitate rationis venerũt. postea res ⁊ a natura ꝓfectas ⁊ a ꝙsuetudine ꝓbatas. legum metus ⁊ religio sanxit ¶ Ad .j. ergo dõm q̃ ratio hũana nõ põt ꝑticipare ad plenum dictamen rationis diuine. sed suo modo ⁊ imperfecte. et ideo sicut ex parte rõnis speculatiue ꝑ naturalem ꝑticipationem diuine sapientie ineſt nobis cognitio quorũdam cõmuniũ principioꝝ. non autẽ cuiuslibet veritatis ꝓpria cognitio. sicut in diuina sapiẽtia cõtinetur. Ita etiam ex parte rationis practice naturaliter homo ꝑticipat legẽ eternam ꝑm quedam cõmunia principia. nõ autem ꝑm particulares directiones singulorꝝ. que tamẽ in eterna lege cõtinentur. ⁊ ideo necesse est vlterius q̃ ratio humana ꝓcedat ad ꝑticulares quasdam legum sanctiones. ¶ Ad .ij. dõm q̃ ratio humana ꝑm se non est regula rerũ. ſz principia ei naturaliter indita sunt regule quedam generales ⁊ mẽsure omniũ eorꝝ que sunt ꝑ hominẽ agenda quorũz ratio naturalis ẽ regula ⁊ mensura. ſz non sit mẽsura eorum que sunt a natura. ¶ Ad .iij. dõm q̃ ratio practica ẽ circa operabilia et que sunt singularia ⁊ contingentia. nõ autez circa necessaria sicut ratio speculatiua. et ideo leges humane non possunt illam infallibilitatem hẽre quã hũt ꝓclusiones demonstratiue sciẽtiarum. nec oportet q̃ omnis mensura sit oĩmodo infallibilis ⁊ certa. sed ꝑm q̃ ẽ possibile in genere suo.

Ad quartuz sic ꝓceditur

Uidetur q̃ non fuerit necessariũ esse aliquam legem diuinam Quia vt dictũ est. lex naturalis est quedam ꝑticipatio legis eterne in nobis. sed lex eterna est lex diuina vt dictum est. ergo nõ oportet q̃ ꝑter legem naturalem et leges humanas ab ea deriuatas sit aliqua alia lex diuina. ¶ Pre. Eccl. xv. dicit q̃ deus dimisit hominem in manu consilij sui. cõsilium autem est actus rationis vt supra habitum est. ergo hõ dimissus est gubernationi sue rationis sed dictamẽ rationis humane est lex humana. vt dictuz est. ergo non oportet q̃ homo alia lege diuina gubernet.

¶ Pre. natura humana ẽ sufficiẽtior irrationalibus creaturis. sed irrationales creature non habent aliquã legẽ diuinã ꝑter inclinationem naturalem eis inditam. ergo multo minus creatura rationalis debet habere aliquã legem diuinam ꝑter naturalem legem. ¶ Sed cõtra ẽ qđ Dauid expetit legez a deo sibi poni dicens. Legem pone mihi domine in via iustificationum tuarũ. ¶ Rñ. dõm q̃ ꝑter legem naturalem ⁊ legem humanaz necessarium fuit ad directionem humane vite habere legem diuinaz ⁊ hoc ꝓpter quattuor rationes. ¶ Primo quidem q̃ per legem dirigitur homo ad actus ꝓprios ī ordine ad vltimũ finem. ⁊ siquidem homo ordinaretur tm̃ ad finem qui nõ excederet proportionem naturalis facultatis hominis nõ oporteret q̃ homo haberet aliquid directiuũ ex parte rationis supra legem naturalem ⁊ legem humanitus positam que ab ea deriuatur. sed quia homo ordinatur ad finẽ beatitudinis eterne que excedit ꝓportionez naturalis facultatis humane. vt supra habitum est. ideo necessariũ fuit vt supra legem naturalem ⁊ humanam dirigeretur etiaz ad suum finem lege diuinitus data. ¶ Scdo quia ꝓpter incertitudinem humani iudicij ꝑcipue de rebus contingentibus ⁊ ꝑticularibꝫ contingit de actibus humanis diuersorum esse diuersa iudicia. ex quibus etiam diuerse ⁊ contrarie leges procedũt. vt ergo hõ absq; omni dubitatiõe scire possit quid ei sit agendũ ⁊ quid vitanduz. necessariũ fuit vt in actibus ꝓprijs dirigeretur per legem diuinitus datã. de qua ꝙstat q̃ non potest errare. Tertio quia ꝺ his potest homo legem facere de quibus potest iudicare. iudicium autẽ hominis esse non potest de interioribus motibus qui latent. sed solum de exterioribus actibus qui apparent. ⁊ tamen ad ꝑfectionem virtutis requiritur q̃ in vtriſq; actib⁹ homo rectus existat. et ideo lex humana nõ potuit cohibere ⁊ ordinare sufficienter interiores actus. sed necessariũ fuit q̃ ad hoc supueniret lex diuina. ¶ Quarto quia sicut Aug⁹ dicit in primo de li. arbi. Lex humana non potest omnia que male fiũt punire vel prohibere. qz dum auferre vellet omnia mala. sequeretur q̃ etiã multa bona tollerentur ⁊ impediretur vtilitas boni cõmunis q̃ ꝺ est necessarium ad cõuersationem humanam. vt ergo nullũ malũ improbibitũ ⁊ ipunitum remaneat. necessariũ fuit supuenire legẽ diuinã ꝑ quã oĩa peccata ꝓhibẽt. Et iste ꝙtuor cause tangũt in ps. vbi ꝺr. Lex dñi ĩmaculata. i. nullũ peccati turpitudinẽ ꝓmittẽs ꝙuertens aĩas. qz nõ solũ exteriores actꝰ ſz etiã interiores dirigit. testimoniũ dñi fidele. ꝓpter certitudinẽ veritatis ⁊ rectitudinis. sapiẽtiã ꝑstãs ꝑuulis. inc̃ptũ ordiat hoiez ad supnaturalẽ finem ⁊ diuinã. ¶ Ad .j. q̃ ꝑ naturalẽ legẽ ꝑticipat lex eterna ꝑm ꝓportionẽ capacitatis hũane nate. ſz oportet vt altiori mõ dirigat hõ ī vltimũ finẽ supnaturalẽ. ⁊ ideo supaddit lex diuinit⁹ data. ꝑ quã lex eterna ꝑticipat altiori mõ. ¶ Ad .ij. dõm q̃ ꝓsiliũ ẽ inq̃sitio q̃dam. vnde oportet q̃ ꝓcedat ex aliq̃bꝰ ꝓncipijs. nec sufficit q̃ ꝓcedat ex principijs naturalit inditis q̃ sunt ꝑcepta legis nature ꝓpt ꝑdicta. ſz oportet q̃ supaddant q̃dã alia principia. s. ꝑcepta legis diuine ¶ Ad .iij. dõm q̃ creature irrationales nõ ordinãt ad altiorẽ finẽ q̃z sit finis q̃ ẽ ꝓportionat⁹ naturali virtuti ipaz. ⁊ ideo nõ ẽ similis ratio.

Ad quintũ sic ꝓceditur.

Uidet q̃ lex diuina sit vnaꝝ. Unius enim regis ī vno regno ẽ vna lex. sed totũ humanũ genus compat ad deũ

sicut ad vnum regē. ſm illud p̄s. Rex omnis terre deus ē ergo est vna tm̄ lex diuina. Pre. lex oīs ordinaf ad finem quem legislator intēdit in eis quibus legē fert. sed vnū z idē est qđ deus intēdit in oībus dīb⁹. ſm illud .j. ad Timot. ij. Vult oēs hoīes saluos fieri et in agnitionem veritatis venire. ergo vna tm̄ est lex diuina. Pre. lex diuina ꝓpinquior esse videtur legi eterne que est vna q̄z lex naturalis q̄to altior ē reuelatio gratie q̄z cognitio nature. sed lex naturalis ē vna omniū hominū. ergo multo magis lex diuina Sed ctra ē qđ ap̄s dicit ad Hebre. vij. Trāslato sacerdotio necesse ē vt legis trāslatio fiat. sed sacerdotiū ē duplex vt ibidem dicit. scz sacerdotiū leviticū. z sacerdotiū xp̄i. ergo etiaz duplex est lex diuina. scz lex vetus z lex noua. Rn. dīm q̄ sicut in primo dictum ē. distinctio est causa numeri. Dupliciter aūt inuenitur aliqua distingui. Uno mō sicut ea que sunt omnino specie diuersa. vt equ⁹ z bos. Alio modo sicut pfectū z impfectum in eadē specie. sicut puer z vir. z hoc mō lex diuina distinguit in legē veterem z legem nouam. vnde ap̄s ad Gal. iij. cōpat statum veteris legis statui pueri existenti sub pedagogo. statū autem noue legis cōpat statui viri pfecti qui iam nō ē sub pedagogo. Attendit autē pfectio z impfectio vtriusq̄ legis ſm tria q̄ ne ad legē pertinēt. vt supra dictum ē. Primo enī ad legē pertinet ordinetur ad bonū cōmune sicut ad finē. vt supra dictū est. qđ quidē pōt esse duplex. s. bonū sensibile z terrenū. z ad tale bonū ordinabat directe lex vetus. vñ statim Exo. ij. in principio legis inuitat populus ad regnū terrenū cananeoz. z iteruz bonū intelligibile z celeste. z ad hoc ordinat lex noua. vnde statim xp̄s ad regnū celoz in sue p̄dicationis principio inuitauit dicēs. Penitētiā agite. appropinquabit enī regnū celoz. Mat. iij. z ideo Aug⁹ dicit in. iij cōtra Faustū. q̄ tēpaliū rez promissiones testamento veteri pertinētur. z ideo vetus appellatur. sed eterne vite promissio ad nouū pertinet testamentū. Sc̄do ad legē pertinet diriger humanos actus ſm ordinē iusticie in quo etiā superabundat lex noua legi veteri interiores actus animi ordinando. ſm illud Mat. v. Nisi abūdauerit iusticia vestra plusq̄ scribaz z pharisеoz. non intrabitis in regnū celorum. z ideo dicit q̄ lex vetus cohibet manū. lex noua animū. Tertio ad legē pertinet inducere hoīes ad obseruantias mandatoz. z hoc quidem lex vetus faciebat timore penarū. lex aūt noua facit hoc p amorem qui in cordibus nostris infundit p gratiā xp̄i qui in lege vna cōfertur. sed in lege veteri figurabatur. z ideo dicit Aug⁹ cōtra Adamantum Manichei discipulū. q̄ breuis differentia ē legis z euangelij timoz z amoz. Ad. j. ergo dīm q̄ sicut pater familias in domo alia mādata ꝓponit pueris z adultis. ita etiā vnus rex deus in vno suo regno aliam legem dedit hominibus adhuc impfectis existentibus. z aliam pfectioꝛē iam manuductis p priorem legem ad maiorem capacitatem diuinoz. Ad. ij. dīm q̄ salus hominum non poterat esse nisi p xp̄m. ſm illud Actuū. iiij. Non est aliud nomen datū hoībus in quo oporteat nos saluos fieri. z ideo lex pfecte omnes ad salutem inducens dari non potuit nisi post xp̄i aduentum. antea vero dari oportuit populo ex quo xp̄s erat nasciturus legem p̄paratoriā ad xp̄i susceptionem. in qua quedam erudimenta salutaris iusticie continerentur Ad. iij. dīm q̄ lex naturalis dirigit hoīem ſm quedam p̄cepta cōmunia in quibus cōuenium̄t am pfecti q̄z impfecti. z ideo est vna omniū. sz lex diuina dirigit hominē etiā in ꝑticularibus quibusdam ad q̄ nō sufficiter se habēt pfecti z impfecti. et ideo oportuit legē diuinā esse duplicē sicut iam dictum est.

Ad sextuz sic procedit

Videtur q̄ non sit aliqua lex fomitis. Dicit enī Ysidorus in. ij. ethimologiaz. q̄ lex rōne consistit. fomes autez nō cōsistit rōne. sed magis a ratiōe deuiat. ergo fomes nō habet rōnem legis. Pre. omnis lex obligatoria ē. ita q̄ qui eam nō seruant trāsgressoꝛes dicūtur. sed fomes nō cōstituit aliquem trāsgressoꝛem ex hoc q̄ ipm̄ non sequit sed magis trāsgressoꝛ redditf si quis ipam sequaf. ergo fomes non habet rōnem legis Pre. lex ordinaf ad bonū cōmune. vt supra habitū ē. sed fomes non inclinat ad bonum cōmune. sed magis ad bonū priuatum. ergo fomes nō habet rationem legis. Sed cōtra est qđ ap̄s dicit Rom. vij. Video legem aliā in mēbris meis repugnantem legi mentis mee Rn. dīm q̄ sicut supra dictum ē lex essentialiter inuenit in regulāte z mēsurante. participatiue autem in eo qđ mēsuratur et regulaf. ita q̄ oīs inclinatio vel ordinatio q̄ inuenitur in his que subiecta sunt legi. participatiue dr lex. vt ex supra dictis patet. pōt autem in his q̄ subdunt legi aliqua inclinatio inueniri dupliciter a legislatoꝛe. Uno modo in q̄ztū directe inclinat suos subditos ad aliquid. z diuersos interdū ad diuersos actus. ſm quē modū p̄t dici q̄ alia ē lex militū. z alia ē lex mercatoꝛum Alio modo indirecte in q̄ztum. s. p hoc q̄ legislator destituit aliquem sibi subditū aliqua dignitate. sequitur q̄ transeat in aliū ordinem z quasi in aliā legem. puta si miles ex milicia destituatur trāsibit in legem rusticoꝛū vel mercatoꝛū. Sic igitur sub deo legislatoꝛe diuerse creature diuersas habent naturales inclinationes. ita vt qđ vni est quodāmodo lex alteri sit contra legem. vt si dicā q̄ furibundū esse ē quodāmodo lex canis. est autē cōtra legē ouis. vel alterius mansueti animalis. ergo hoīs lex quam sortitur ex ordinatione diuina ſm ꝓpriam conditionem vt ſm rōnem ꝓpriam operetur. que quidā lex fuit tam valida in primo statu vt nihil vel p̄ter rōnem vel cōtra rōnem posset surripere homini. sed dum homo a deo recessit. incurrit in hoc q̄ feratur ſm impetum sensualitatis. z vnicuiq̄ etiam particulariter hoc cōtingit etiam q̄ztō magis a rōne recesserit. vt sic quodāmodo bestijs assimiletur que sensualitatis impetu feruntf. ſm illud p̄s. Homo cum in honore esset nō intellexit. cōparatus ē iumētis insipiētibus z similis factus est illis. sic igitur ipa sensualitatis inclinatio que fomes dicit. in altijs quidē animalibus simpliciter habet rōnem legis. illo tm̄ modo quo in talibus lex dici potest ſm directam inclinationē. In hominibus aūt ſm hoc non habet rōnem legis. sed magis ē deuiatio a lege ratiōis. sed in q̄ztum p diuinam iusticiaz homo destituitur originali iusticia z vigore rationis. ipe impetus sensualitatis qui eum ducit habet rationem legis in q̄ztum est penalis z ex lege diuina cōsequēs hoīem destitutū ꝓpria dignitate. Ad. j. ergo dīm q̄ ratio illa ꝓcedit de fomite ſm se cōsiderato ꝑut inclinat ad malū. sic enī non habet rōnem legis. vt dictum ē. sed ſm q̄ sequitur ex diuine legis iusticia. tanq̄ si diceretur lex est q̄ aliquis nobilis ꝓpter suam culpam ad seruilia opera inducī p̄mitteretur. Ad. ij dīm q̄ obiectio illa procedit de eo qđ est lex quasi regula z mēsura. sic enim deuiantes a lege trāsgressoꝛes cōstituūtur. sic autem fomes non est lex. sed p quandā ꝑticipationem. vt supra dictū est Ad iij. dīm q̄ ratio illa ꝓcedit de fomite q̄ztū ad inclinationē

ꝑpriam. non autē ꝯtum ad suam originem. ⁊ tamē si cō sideretur inclinatio sensualitatis ꝑut est in alijs animali bus. sic ordinatur ad bonū cōmune. id ē. ad ꝓseruationeꝫ nature ī specie vel ī indiuiduo. ⁊ hec ē etiaꝫ in hoīe ꝑut sensualitas subditur rōni. sed fomes dicit ſm q̄ exit ratiꝰ onis ordinem.

Questio XCII

Deinde cōsiderandū est de effectibus legis. ⁊ circa hoc queruntur duo. Primo vtrū effectus legis sit hoīes facere bonos. Sc̄o vtr̄ effectꝰ legis sint ipare. vetare. ꝑmittere. ⁊ punire. sicut legisperitus dicit.

Ad primum sic procedit.

Videtur q̄ legis non sit facere hoīes bonos. Hoīes enī sunt boni ꝑ virtutem. virtus enī est que bonū facit habē tem. vt dr̄ in. ij. ethi. sed virtus est homini a solo deo. ipe en ī eam facit in nobis sine nobis. vt supra dictū ē in diffi nitione virtutis. ergo legis non ē homīes facere bonos.

Pre. lex non ꝓdest homini nisi legi obediat. sed hoc ipm q̄ homo obedit legi ē ex bonitate. ergo bonitas ꝑexi gitur in hoīe ad legem. non igit lex facit bonos homines

Pre. lex ordinaf ad bonum cōmune. vt supra dictum ē. sed quidā bene se habent in his q̄ ad cōmune ptinent. qui tñ in ꝑticꝭ non bene se habent. nō ergo ad legem ptinet q̄ faciat homines bonos.

Pre. quedaꝫ leges sunt tyrannice. vt phūs dicit in sua politica. sꝫ tyrānus non intendit ad bonitatem subditoꝝ. sed solum ad ꝓpriā vtilitatem. nō ergo legis ē facere hoīes bonos.

Sꝫ ꝙtra ē qđ phūs dicit in. ij. ethi. q̄ voluntas cuiuslibet legislatoris hoc est vt faciat hoīes bonos.

Rñ. dōm q̄ sicut supꝰ dictum ē. lex nihil ē aliud q̄ dictamen rationis in ꝓsidente quo subditi gubernātur. cuiuslibet autē subditi virtus ē vt bene subdatur ei a quo gubernaf. sicut virtus irascibilis ⁊ cōcupiscibilis in hoc consistit q̄ sint bñ obedientes rationi. ⁊ ꝑ hunc modum virtus cuiuslibet subiecti ē vt habens virtutē bñ subiiciatur principanti. vt phūs dicit in primo polince. Ad hoc autez ordinaf vnaquaq̄ lex vt obediatur ei a subditis. vnde manifestū ē q̄ hoc sit ꝓprium legis inducere subiectos ad ꝓpriam ipoꝝ virtutem. Cuꝫ igitur virtus sit que facit bonū habentē. sequitur q̄ ꝓpriꝰ effectus legis sit bonos facere eos quib datur. vel simpliciter. vel ſm quid. Si enī intentio ferētis legem tendat ī verum bonum qđ est bonuꝫ cōmune ſm iusticiā diuinā regulatum. sequitur q̄ ꝑ legem hoīes fiant boni simpliciter. Si vero intētio legislatoris feraf ad id qđ nō ē bonū simpliciter. sed vtile vel delectabile sibi. vel repugnās iusticie diuine. tunc lex nō facit homines bonos simpliciter sed ſm quid. ſ. in ordine ad tale regimen. Sic autē bonū inuenitur etiam in ꝑ se malis. sicut aliquis dicf bonus latro quia operaf accōmode ad finem.

Ad. j. ergo dōm q̄ duplex est virtus. vt ex supra dictis patet. ſ. acquisita et infusa. ad vtrāq̄ autē aliquid opatur operum assuetudo sed diuersimode. Nam virtutē quidē acquisitā causat. ad virtutem aūt infusam disponit. ⁊ eam iam habitā cōseruat ⁊ ꝓmouet. ⁊ quia lex ad hoc datur vt dirigat actꝰ humanos inq̄ꝫtum actus humani opantur ad virtutem. in tantū lex facit homīes bonos. vnde ⁊ phūs dicit in. ij. politice. q̄ legislatores assuefacientes faciunt bonos.

Ad ij. dōm q̄ non semꝑ aliquis obedit legi ex bonitate perfecta virtutis. sed qñq̄ quidem ex timore pene. qñq̄ autem ex solo dictamine rationis. qđ est quoddā principiū virtutis. vt supra habitum est.

Ad. iij. dōm q̄ bonitas cuiuslibet partis ꝙsideratur ī ꝓportione ad suū totū. vñ ⁊ Aug⁹ dicit in primo ꝙfe. q̄ turpis ē omnis pars que suo toti nō cōgruit. Cum igit quilibet homo sit ꝑs ciuitatis. impossibile ē q̄ aliquis homo sit bonus nisi sit bñ ꝓportionatus bono cōmuni. nec totum pōt bene existere nisi ex partibus sibi ꝓportionatis. Unde impossibile est q̄ bonū cōmune ciuitatis bene se habeat nisi ciues sint virtuosi ad minus illi quib cōuenit principari. sufficit autē ꝯtū ad bonum cōmunitatis q̄ alij in tantū sint virtuosi q̄ principū mandatis obediant. et ideo phūs dicit in. iij. politice q̄ eadem ē virtus principis ⁊ boni viri. non autem eadē est virtus cuiuscunq̄ ciuis et boni viri.

Ad. iij. dōm q̄ lex tyrānica. cū non sit ſm rationem non est simpliciter lex. sed magis ē quedā puersitas legis. ⁊ tamen inq̄ꝫtum habet aliquid de ratione legis intēdit ad hoc q̄ ciues sint boni. non enī habet de ratione legis nisi ſm hoc q̄ ē dictamen alicuius ꝓsidentis in subditis. ⁊ ad hoc tēdit vt subditi legis sint bñ obediētes. qđ ē eos esse bonos. non simpliciter. sꝫ in ordine ad tale regimen.

Ad secundū sic ꝓceditur.

Videtur q̄ legis actus nō sint ꝙuenienter assignati ī hoc q̄ dicitur q̄ legis actus est ipare. vetare. permittere. ⁊ punire. Lex enim oīs ꝓceptum cōmune ē. vt legiscōsultꝰ dicit. sed idē est ipare qđē ꝓcipere. ergo alia quattuor superfluūt.

Pre. effectus legis ē vt inducat subditos ad bonū. sicut supꝰ dictum ē. sed ꝙsilium ē de meliori bono qꝫ ꝓceptum. ergo magis ptinet ad legem ꝙsulere qꝫ ꝓcipere

Pre. sicut homo aliquis incitaf ad bonū ꝑ penas. ita etiā ⁊ ꝑ ꝓmia. ergo sicut punire ponif effectus legis. ita etiam ⁊ ꝓmiare.

Pre. intētio legislatoris ē vt homines faciat bonos. sicut supra dictum ē. sꝫ ille qui solo metu pene obedit legi non ē bonus. nā obedit timore seruili q̄ ē timor penaꝫ. ⁊ sic si bonū aliquis faciat. non tamē aliqđ bonū fit. vt Aug⁹ dicit. non ergo videf esse ꝓprium legis q̄ puniat.

Sed ꝙtra ē q̄ Isidorꝰ dicit in. ij. ethimologiaꝫ. Omnis lex aut ꝑmittit aliquid. vt vir fortis ꝓmiū petat. aut vetat. vt sacraꝫ virginuꝫ nuptias nulli liceat ꝑpetere. aut punit. vt qui cedem fecerit capite plectaf

Rñ. dōm q̄ sicut enunciatio ē rationis dictamē ꝑ modū enūciandi. ita etiam lex ꝑ modum ꝓcipiendi. Rationis autē ꝓprium ē vt ex aliquo ad aliquid inducat. vnde sicut ī demōstratiuis sciētijs ratio inducit vt assentiatur ꝯclusioni ꝑ q̄dam principia. ita etiam inducit vt assentiaf legis ꝓcepto ꝑ aliquid. Precepta autem legis sunt de actibus humanis in quib lex dirigit. vt supra dictū est. Sūt autem tres differētie humanoꝝ actuū. Nā sicut supꝰ dictuꝫ est quidā actus sunt boni ex genere qui sūt actus virtutū ⁊ respectu hoꝝ ponitur legis actus precipere vel ipare. Precipit enī lex omnes actus virtutum. vt dr̄ in. v. ethi. Quidam vero sunt actus mali ex genere. sicut actꝰ vitiosi ⁊ respectu hoꝝ lex habet ꝓhibere. Quidā vero ex genere suo sunt actus indifferentes. ⁊ respectu hoꝝ lex habet permittere. ⁊ possunt etiam indifferentes dici actus qui sūt vel parum boni. vel paꝫ mali. Ad autem ꝑ qđ inducit lex ad hoc q̄ sibi obediaf. ē timor pene. ⁊ qꝫtum ad hoc ponitur legis effectus punire.

Ad. j. ergo dōm q̄ sicut cessare a malo habet quādam rōnem boni. ita etiam ꝓhibere habet quandā rōnem ꝓcepti. ⁊ ſm hoc large accipiendo ꝓceptum vniuersaliter lex ꝓceptum dr̄.

Ad. ij. dōm q̄ ꝙsulere non ē ꝓprius actus legis. sed pōt ptinere etiaꝫ ad

psonam priuatam.cuius nō ē cōdere legem. vnde etiam apls.j.ad Cor.vij.cū pslium quoddaz daret dixit.Ego dico non dominꝰ.ꝛ ideo non ponit inter effectus legis.

Ad.iij.dom ꝙ etiā ꝑmiare potest ad quēlibet ptinere ſz punire nō ptinet nisi ad ministrum legis.cuius auctoritate pena infert.ꝛ ideo ꝑmiare non ponit actus legis ſz solum ꝑmiare. Ad.iiij. dom ꝙ ꝙ hoc ꝙ aliquis incipit assuefacere ad vitandū mala.ꝛ ad implendū bona ꝓpter merum pene.pducitur quāqz ad hoc ꝙ delectabiliter ꝛ ex ꝓpria voluntate hoc faciat.ꝛ ſm hoc lex etiā puniendo perducit ad hoc ꝙ hoīes sint boni. Questio XCIII

Deinde considerandum de singulis legibus.ꝛ primo de lege eterna.ſcdo de lege naturali.tertio de lege humana.quarto de lege veteri.quinto de lege noua que est lex euangelij.de septa autē lege q̄ est lex fomitis sufficiat qd dictum ē cum de peccato originali ageret.Circa primuz q̄runtur sex.primo quid sit lex eterna.ſcdo vtꝝ sit oībus nota.tertio vtrum oīs lex ab ea deriuet.quarto vtrū ne cessaria subijciantur legi eterne.quinto vtrū cōtingentia naturalia subijciātur legi eterne.sexto vtꝝ omnes res humane ei subijciantur.

Ad primum sic procedit.

Videtur ꝙ lex eterna non sit sūma ratio in deo existens. Lex enī eterna ē vna tm̄.sed rationes rerꝝ in mēte diuina sunt plures.Dicit enī Augꝰ in li.lxxxiij.q. ꝙ deus singula fecit ꝓpriis rationib⁹.ergo lex eterna nō videtur eē idē qd ratio in mēte diuina existens. Obz.de ratiōe legis est ꝙ verbo ꝓmulgetur.vt supra dictuz ē.sed verbuz in diuinis dicit psonaliter.vt in primo habitū ē.ratio autez dicit essentialiter.nō igitur idē ē lex eterna qd ratio diuina. Obz.Augꝰ in li.de vera religione.Elpparet supē mētem nostrā legē esse q̄ veritas dicit.lex autē supra mētez nostrā existens ē lex eterna.ergo veritas ē lex eterna.sed non ē eadez ratio veritatis ꝛ rationis.ergo lex eterna nō est idē cū rō ratio sūma. Sz contra ē qd Augꝰ dicit in primo de li.arbi.ꝙ lex eterna ē summa ratio cui semp obtēperādū est. Rn.dom ꝙ sicut in quolibet artifice preexistit ratio eoꝝ que ꝓstituūtur ꝑ artem.ita etiam in quolibet gubernante oportet ꝙ preexistat ratio ordinis eorum que agēda sunt ꝑ eos qui gubernationi subdunt.ꝛ sicut ratio rerū fiendaꝝ ꝑ artē vocat ars vel exemplar rerū artificiataꝝ.ita etiā ratio gubernātis actꝰ subditoꝝ rōnez legis obtinet seruantis alijs q̄ supra eē diximus de legis ratione.Deus aūt ꝑ suā sapiētiā ꝯditor ē vniuersaꝝ rerum ad quas comparatur sicut artifex ad artificiata.vt in primo habitū ē.Est etiā gubernator oīuz actuū ꝛ motionum q̄ inueniunt in singulis creaturis.vt etiā in primo habitū est.vnde sicut ratio diuine sapiētie inq̄tum ꝑ eam cūcta sunt creata rōnez habet artis vel exemplaris vel ydee.ita ratio diuine sapiētie mouētis oīa ad debitum finem obtinet rōnez legis.et ſm hoc lex eterna nihil aliud ē q̄ ratio diuine sapiētie ſm ꝙ ē directiua oīum actuū ꝛ motionū.

Ad j.ergo dom ꝙ Aug⁹ loquit ibi de rationib⁹ ydealibus q̄ respiciunt ꝓprias naturas singularꝝ rerū.ꝛ ideo in eis inuenit q̄daz distinctio et pluralitas ſm diuersos respectus ad res.vt i primo habitū est.sed lex dicit directiua actuū i ordine ad bonū cōmune.vt supra dictum est. Ea autē q̄ sunt in seipsis diuersa cōsiderant vt vnuz ſm ꝙ ordinant ad aliquod cōmune.ꝛ ideo lex eterna ē vna q̄ est ratio huius ordinis. Ad.ij.dom ꝙ circa verbū qd cunqz duo possunt considerari.scz ipm verbū.ꝛ ea q̄ verbo exprimunt.verbū enim vocale ē quiddaz ab ore hoīs platum.sed hec verba exprimunt q̄ verbis hūanis significātur.ꝛ eadem ratio ē de verbo hoīs mentali qd mbi.ē aliud q̄qz quiddā mente ꝯceptum quo hō exprimit mētaliter ea de quibus cogitat.Sic igitur i diuinis ipm verbum qd ē cōceptio paterna itellect⁹.psonaliter dr.sed oīa q̄cūqz sunt in scientia patris siue essentialia siue psonalia siue etiā dei opa exprimunt hoc verbo.vt ptz ꝑ Aug⁹.in xv.de tri.ꝛ inter cetera q̄ hoc verbo exprimitur.nec tamē ꝓpter hoc sequitur ꝙ lex eterna persona liter in diuinis dicatur.appropriatur tñ filio ꝓpter conuenientiam quā habet ratio ad verbū. Ad.iij.dom ꝙ ratio itellectus diuini aliter se habet ad res q̄qz ratio hūana itellect⁹.Intellect⁹ enī human⁹ ē mēsuratus a rebus.vt scz cōceptus hoīs non sit verus,ꝓpter seipm.ſz dr verus ex hoc ꝙ psonat rebus.Ex hoc enī ꝙ res ē vel non ē opinio vera vel falsa ē. Itellectus vero diuin⁹ ē mēsura rerū.qz vnaqueqz res intantū habet de veritate inq̄tū imitat intellectū diuinuz vt in primo dictum ē.et ideo itellectus diuinus ē verus ſm se.vnde ratio eius ē ipsa veritas.

Ad secundum sic proceditur

Videtur ꝙ lex eterna non sit oībus nota. Quia vt dicit Aplus.j.Cor.ij.Que sunt dei nemo nouit nisi spūs dei. sed lex eterna ē quedam ratio in mēte diuina existens.ergo oībus ē ignota nisi soli deo. Obz.sicut Aug⁹ dicit i li.de li.arbi.Lex eterna ē q̄ iustum ē vt oīa sint ordinatissima.sed nō oēs cognoscūt q̄liter oīa sunt ordinatissima. nō ergo oēs cognoscūt legē eternā. Obz.Aug⁹ dicit in li.de vera religione.ꝙ lex eterna ē de q̄ hoīes iudicare nō possunt.ſz sicut in primo ethi.dr vnuſquiſqz bñ iudicat que cognoscit.ergo lex eterna non ē nobis nota. Sed cōtra ē ꝙ Aug⁹ dicit in li.de li.arbi.ꝙ eterne legis notio nobis impressa ē Rn.dom ꝙ dupliciter aliqd cognosci pt Uno modo i seipso.Alio mō i suo effectu in q̄ aliqua similitudo eius inuenit.sicut aliquis nō videns solem in sua substātia.cognoscit ipm i sua irradiatiōe.Sic igit dom ē ꝙ legem eternā nullus pōt cognoscere ſm ꝙ in seipa ē nisi solus deus ꝛ beati qui deū ꝑ essentiā vident.ſz oīs creatura rationalis ipam cognoscit ſm aliquā eius irradiationem vl maiorem vel minorē.oīs enī cognitio veritatis ē q̄dam irradiatio ꝛ pticipatio legis eterne q̄ est veritas incōmutabilis.vt Aug⁹ dicit in li.de vera religiōe.Veritatem aūt oēs equaliter cognoscūt ad min⁹ q̄ntū ad principia cōmunia legis naturalis.in alijs vero quidā plus ꝛ quidā min⁹ pricipāt de cognitione veritatis.ꝛ ſm hoc etiā plus vel min⁹ cognoscūt legē eternaz. Ad.j. ergo dom ꝙ ea q̄ sunt dei in seipsis quidem cognosci a nobis nō possunt.ſz tñ in effectib⁹ suis nobis manifestātur.ſm illud Roma.j.Inuisibilia dei ꝑ ea q̄ facta sunt intellecta ꝓspiciūt. Ad.ij.dom ꝙ.legē eternā ꝛ si vnuſquiſqz cognoscat ꝑ sua capacitate ſm modū ꝓdictū.nullꝰ tñ eam cōprehēdere pōt.Nō enī totaliter manifestari pt ꝑ suos effectus.ꝛ ideo nō oportet ꝙ q̄cunqz cognoscit legē eternam ſm modū ꝓdictū.cognoscat totū ordinē rerū q̄ oīa sunt ordinatissima. Ad.iij.dom ꝙ iudicare de aliquo pt intelligi dupliciter.Uno modo sicut vis cognitiua iudicat de ꝓprio obiecto.ſm illud Job.xij.Nonne auris verba dijudicat ꝛ fauces cōmedentis saporē? ꝛ ſm istum modum iudicij pbūs dicit ꝙ vnuſquiſqz bñ diiudicat que

cognoscāt. iudicādo scz an sit verū qđ ꝓponitur. Alio mō ſm q̄ supior iudicat de inferiori quodaz practico iudicio an scz ita debeat esse vel non ita. z sic nullus pōt iudicare de lege eterna.

Ad tertium sic ꝓceditur.

Videf q̄ non oīs lex a lege eterna deriuaf. Est enī quedam lex fomitis. vt supra dictum ē. ipsa aut ē non deriuaf a lege diuina q̄ est lex eterna. ad ipam enī ptinet prudentia carnis. de qua Apl's dicit ad Roma. viij. q̄ legi dei nō pōt esse subiecta. ergo non oīs lex ꝓcedit a lege eterna.

Ꝓre. a lege eterna nihil iniquū ꝓcedere pōt. qz sicut dictum est. lex eterna ē ſm quam iustū ē vt oīa sint ordinatissima. ſz q̄daz leges sunt inique. ſm illud Esa. x. Vie qui condunt leges iniquas. ergo nō oīs lex ꝓcedit a lege eterna. Ꝓre. Aug⁹ dicit in primo de li. ar. q̄ lex que populo regendo scribif. recte multa ꝓmittit que p̄ diuinam prudentiā vindicanf. ſz ratio diuine prudentie ē lex eterna. vt dictum ē. ergo nec etiā oīs lex recta procedit a lege eterna. Sed contra ē qđ Prouer. viij. diuina sapiētia dicit. Per me reges regnant z legū ꝑditores iusta decernunt. Ratio aūt diuine sapientie ē lex eterna vt supra dictū ē. ergo oēs leges a lege eterna ꝓcedunt. Rn dom q̄ sicut supra dictum est. lex importat rationē quandā directiuā actuū ad finē. In oibus aūt mouentibus ordinatis oportet q̄ virtus sc̄di mouentis deriuef a virtute mouentis primi. qz mouens sc̄dm nō mouet nisi inq̄tū mouetur a primo. vñ in oibus gubernātibus idē videm⁹ q̄ ratio gubernatiōis a primo gubernāte ad secūdos deriuatur. sicut ratio eoꝝ q̄ sunt agenda in ciuitate deriuaf a rege p̄ ꝓceptum i inferiores administratores. Et in artificialibus etiā ratio artificialiū actuū deriuatur ab architectore ad inferiores artifices q̄ manu operantur. cū ergo lex eterna sit ratio gubernatiōis in supremo gubernante. necesse ē q̄ omnes rōnes gubernationis q̄ sunt i inferioribus gubernātibus a lege eterna deriuent. Huiusmodi aūt rationes inferioꝝ gubernantiū sunt q̄cūq̄ alie leges p̄ter legē eternā. vñ oēs leges inq̄tum ptic̄pāt de rōne recta in tm deriuantur a lege eterna. Et ꝓpter hoc Aug⁹ dicit i primo de li. arbi. q̄ i ꝓpali lege nihil ē iustum ac legitimū qđ nō ex eterna hoīes sibi deriuauerūt. Ad. j. ergo dom q̄ fomes habet rōnem legis in hoīe inq̄tum ē pena ꝓsequens diuinā iusticiā. z ſm hoc manifestū ē q̄ deriuaf a lege eterna. In q̄tum vero inclinat ad peccatū. sic ꝓtrariatur legi dei z non habet rōnez legis. vt ex supra dictis ptz

Ad. q. dom q̄ lex humana in tm habet rōnem legis inq̄tum ē ſm rōnem rectam. z ſm hoc manifestū ē q̄ a lege eterna deriuaf. inq̄tum vero a rōne recedit sic dꝝ lex iniq̄ z sic nō habet rōnem legis. sed magis violētie cuiusdam. z tñ in ipa lege iniq̄ inq̄tum seruaf aliquid de similitudine legis ꝓpter ordinem potestatis eius qui legē fecit. ſm hoc etiā deriuaf a lege eterna. Dīs enī potestas a dño deo ē. vt dicif Roma. xiij. Ad. iij. dom q̄ lex būana dicif aliqua ꝓmittere. nō q̄si ea approbans. sed quasi ea dirigere nō potēs. multa aut ē dirigunf lege diuina q̄ dirigi non possunt lege būana. plura enī subdūtur cause superiori q̄ inferiori. vnde hoc ipm q̄ lex humana nō se intromittit de his que dirigere nō pt. ex ordine legis eterne ꝓuenit. Secus autem esset si approbaret ea que lex eterna reprobat. vnde ex hoc non habef q̄ lex humana non deriuaf a lege eterna. sz q̄ non eā pfecte assequi possit.

Ad quartum sic procedit

Videf q̄ necessaria z eterna subiciāf legi eterne. Omne enī qđ rationale ē rōni subditur. sz voluntas diuina ē rationabilis cuz sit iusta. ergo rationi subdif. sz lex eterna ē ratio diuina. ergo voluntas dei subdif legi eterne. voluntas aūt dei ē aliquid eternū. ergo etiaz eterna z necessaria legi eterne subdūf. Ꝓre. quicquid subiicif regi subiicitur legi regis. Filius autē vt dr. j. ad Cor. xv. subiectus erit deo z patri cū traderit ei regnū. ergo filiꝰ q̄ est eternꝰ subiicif legi eterne. Ꝓre. lex eterna ē ratio diuine prudentie. sz multa necessaria subdūf diuine prudentie sicut ꝓmanentia substantiaꝝ incorporalium z corporꝝ celestiū. ergo legi eterne subdūtur etiā necessaria. Sed cōtra ea q̄ sunt necessaria impossibile ē aliter se habere. vñ cohibitiōe nō indigent. sz imponif homini lex vt cohibeaf a malis. vt ex supra dictis ptz. ergo ea q̄ sunt necessaria legi nō subdunf. Rn. dom q̄ sicut supra dictū ē. lex eterna ē ratio diuine gubernationis. Quecūq̄z ergo diuine gubernationi subdūtur. subiiciūtur etiā legi eterne. q̄ vero gubernationi eterne nō subdūtur. neq̄z legi eterne subdūtur. Horum aūt distinctio attēdi pōt ex his q̄ circa nos sunt. humane enī gubernationi subdūf ea q̄ ꝑ hoīes fieri possunt que vero ad naturā hoīs ptinent. nō subdūtur gubernationi humane sc̄z q̄ homo habeat aīaꝝ. vel manum. aut pedes. Sic igif legi eterne subdūtur oīa que sunt in rebus a deo creatis. siue sint cōtingentia. siue sint necessaria. ea vero que ptinēt ad naturā vel essentiā diuinaz legi eterne non subdūtur. sz sunt realiter ipa lex eterna. Ad. j. ergo dom q̄ de volūtate dei dupliciter possumus loqui. Uno modo q̄tum ad ipam voluntatē. z sic cum voluntas dei ipsa sit essentia eius. nō subdif gubernationi diuine. neq̄z legi eterne. sed idē ē qđ lex eterna. Alio modo possumus loqui de voluntate diuina q̄tum ad ipsa q̄ deꝰ vult circa creaturas. que quidē subiecta sunt legi eterne inq̄tū horum ratio ē in diuina sapiētia. z rōne horū voluntas dei dr rationabilis. alioquin rōne suipsius magis ē dicenda ipa ratio. Ad. ij. dom q̄ filiꝰ dei nō ē a deo factꝰ. sed naturaliter ab ipo genitꝰ. et ideo nō subdif diuine prudētie aut legi eterne. sz magis ipe ē lex eterna ꝑ quandā appropriationē. vt ptz ꝑ Aug. in li. de vera religiōe. Dicif aūt esse subiectꝰ patri rōne hūane nature ſm quā etiaz pater dr esse maior eo. Tertiū ꝓcedim⁹. qz ꝓcedit de necessariis creatis. Ad. iij. dom q̄ sicut phūs dicit i. v. metaphisice. Quedā necessaria habēt causam sue necessitatis z sic hoc ipm q̄ impossibile ē ea aliter se habere habent ab alio. z hoc ipm ē cohibitio q̄dā efficacissima. Nā q̄cunq̄z cohibef in cōmuni. in tm cohiberi dicūf inq̄tum non pñt aliter facere q̄ de eis disponatur.

Ad quintum sic procedit

Videf q̄ naturalia ꝓingētia nō subsint legi eterne. Promulgatio enī ē de rōne legis. vt supra habitū ē. sz promulgatio nō pōt fieri nisi ad creaturas rōnales q̄bꝫ ꝑ aliq̄d denūciari. ergo sole creature rōnales subsunt legi eterne. nō ergo naturalia contingētia Ꝓre. ea q̄ obediūt rōni ptic̄pāt aliqualiter rōne vt dr in primo ethi. Lex aūt eterna ē ratio sūma. vt supꝰ dictū ē. cū igif naturalia ꝓingentia nō ptic̄pēt aliq̄liter rōne. sz penitꝰ sint irrōnabilia. videtur q̄ nō subsint legi eterne. Ꝓre. lex eterna ē efficacissima. sz in naturalibꝫ ꝓingētibꝫ accidit defectꝰ. nō ergo subsunt legi eterne. Sz ꝓtra ē quod dr Prouer. viij.

Quando circũdabat mari terminũ suũ. ⁊ legẽ dabat aq̃s ne trãsirent fines suos. ℟n. dom q̃ aliter ẽ de lege hoĩs nis dom. ⁊ aliter de lege eterna q̃ est lex dei. Lex enim hoĩs nõ se extendit nisi ad creaturas rõnales que homini subjiciũt. Cuius ratio ẽ. q̃z lex ẽ directiua actuũ qui cõuenit subiectis gubernationi alicuius. vñ nullus ꝓprie loquẽdo suis actib⁹ legẽ imponit. Quecũq̃ aũt agũt circa vsũ reruũ irrationabiliũ homini subdita ꝓ. agunt ꝑ actũ ipius hoĩs mouẽtis hmõi res. nam hmõi irrationales creature nõ agunt seipas. sz ab alijs agunt. vt supra habitũ ẽ. ⁊ ideo rebus irrationabilibus hõ legẽ imponere nõ pot q̃tũcũq̃ ci sut ijciant. rebus aũt rõnabilib⁹ sibi subiectis ꝑt impo nere legẽ inq̃ntũ suo ꝑcepto vel denũciatiõe q̃cũq̃ impri mit mẽti eius quãdã regulã q̃ ẽ principiũ agendi. sicut aũt hõ imprimit denũciãdo q̃ddã iterius principium actuũ homini sibi subiecto. ita etiã de⁹ imprimit toti nature principia ꝓpria actuũ. ⁊ ideo ꝑ hũc modum de⁹ dr ꝑcipe toti nature. fm illud ꝑs. ℟eceptũ posuit ⁊ nõ ꝑteribit. ⁊ per hãc etiã rõnez oẽs mot⁹ ⁊ actiões nature legi eterne subduũt. vñ alio mõ creature irrationales subdũt legi eterne inq̃ntum mouẽt a diuina ꝓuidẽtia. nõ aũt ꝓintellectũ diuini ꝑcepti sicut creature rationales. ℣d. j. ergo dom q̃ hoc mõ se hz impssio actui principij intrinseci q̃tum ad res naturales sicut se hz ꝓmulgatio legis q̃tũ ad homines. q̃z ꝑ legis ꝓmulgationem imprimit hoĩb⁹ q̃ddam directiuũ principiũ humanorũ actuũ vt dictũ est. ℣d ij. dom q̃ creature irrationales nõ ꝑticipãt rõne hũana. nec ei obediũt ꝓncipãt tñ ꝑ modũ obedientie rõne diuina. ℣d plura enim se extendit virtus rõnis diuine q̃ virtus rationis hũane. ⁊ sicut membra corpis hũani mouent ad imperiũ rõnis. nõ tñ ꝑticipãt rõne. q̃z nõ habent aliquã apprehensionẽ ordinatã ad rõnez. Ita etiã creature irrationales mouent a deo. nec tñ ꝓpter hoc sunt rõnales. ℣d iij. dom q̃ defectus qui accidũt in rebus naturalibus q̃us sunt ꝑter ordinẽ cause vniuersaliũ. ⁊ ꝑcipue cause prime q̃ de⁹ ẽ. cui⁹ ꝓuidẽtiã nihil subterfugere ꝑt. vt ꝛ primo dictum ẽ. ⁊ q̃z lex eterna ẽ rõ diuine ꝓuidẽtie. vt dictum ẽ. ideo defectus rerũ naturaliũ legi eterne subduntur.

Ad sextuz sic proceditur

Videt q̃ nõ oẽs res hũane subjciant legi eterne. Dicit enim ℣pls ad Gal. v. Si spũ dei ducimini non estis sub lege. sz viri iusti q̃ sunt filij dei ꝑ adoptionẽ spũ dei agunt fm illud Roma. viij. Qui spiritu dei aguntur hi filij dei sunt. ergo nõ oẽs homines sunt sub lege eterna. ℣ꝛe. ℣pls dicit ad Roma. viij. ℘rudentia carnis inimica est deo. legi enim dei subiecta nõ ẽ. sz multi hoĩes sunt i quibus ꝓudẽtia carnis dñatur. ergo legi eterne q̃ est lex dei non subjciũt oẽs hoĩes. ℣ꝛe. Aug⁹ dicit i primo de li. ar. q̃ lex eterna ẽ q̃ mali miseriã. boni vitã beataz merẽt. sed hoĩes iã beati. vel iã dãnati nõ sunt i statu merendi. ergo nõ subsunt legi eterne. Sz ꝓtra ẽ qd Aug⁹ dicit ix. de ciui. dei. Nullo mõ aliquid legib⁹ sũm creatoris ordinationiq̃ subtrahit a quo pax vniuersitatis administratur. ℟n. dom q̃ duplex ẽ mod⁹ q̃ aliquid subdit legi eterne. vt ex supra dictis ꝑz. Uno mõ inq̃ntũ ꝓncipat lex eterna ꝑ modũ cognitiõis. Alio mõ ꝑ modũ actiõis ⁊ passionis. inq̃ntum ꝓncipat ꝑ modũ iterioris principij motiui ⁊ hoc sc̃do mõ subdũt legi eterne irrationales creature. vt dictũ ẽ. sz q̃z rationalis natura cũ eo q̃d ẽ cõmune oĩbus creaturis hz aliq̃d sibi ꝓpriũ inq̃ntũ ẽ rationalis. ideo fm vtrũq̃ modũ legi eterne subdit. q̃z ⁊ notionẽ legis eterne aliq̃ modo hz. vt supra dictũ ẽ. ⁊ itez vnicuiq̃ rõnali creature inest naturalis ĩclinatio ad id q̃d ẽ ꝓsonũ legi eterne. Sumus enim ĩnati ad habendũ virtutes. vt dr in. ij. ethi. Uterq̃ tñ modus imꝑfect⁹ quidẽ ẽ ⁊ q̃dãmõ corruptus ĩ malis in quibus ⁊ ĩclinatio naturalis ad virtutẽ depraua ꝑ habitũ vitiosũ. ⁊ itez ipsa naturalis cognitio boni ĩ eis obtenebrat ꝑ passiones ⁊ habitus pctõz. ℑn bonis aũt vterq̃ modus ĩuenit ꝑfectior. q̃z ⁊ supra cognitionẽ naturalẽ ĩclinationẽ ad bonuz supaddit eis interius motiuũ gre ⁊ virtutis. Sic igit boni ꝑfecte subsunt legi eterne tãq̃ semp fm eã agẽtes. mali aũt subsunt q̃dẽ legi eterne. imꝑfecte q̃dẽ q̃tũ ad actiões ipoz. put imꝑfecte cognoscũt. ⁊ ĩꝑfecte inclinat ad bonũ. sz q̃tũ deficit ex pte actiõis supplet ex pte passionis. put sc̃z in tñ patiuntur q̃d lex eterna dictat de eis. inq̃ntũ deficiũt facere q̃d legi eterne cõuenit. vñ Aug⁹ dicit in primo de li. ar. ℑustos sub eterna lege agere existimo. ⁊ in li. de catechizãdis rudibus dicit q̃ deus ex iusta miseria aiaz se deserentiũ cõuenientissimis legibus inferiores ptes creature sue nouit ordinare. ℣d. j q̃ illud verbũ ℣pli ꝑt ĩtelligi duplicit. Uno mõ vt eé sub lege ĩtelligat ille qui nolẽs obligationẽ legis subdit quasi cuidã põderi. vñ glo. ibidez dicit q̃ sub lege ẽ qui timore supplicij q̃d lex minat non amore iustitie a malo ope abstinet. ⁊ hoc mõ spũales viri nõ sunt sub lege. q̃z ꝑ charitatẽ quã spũssanctus cordibus eoz infundit volũtarie id q̃d legis ẽ implẽt. Alio mõ ꝑt etiã ĩtelligi inq̃ntum hoĩs opa qui spiritu sancto agũt magis dicũt eé opa spũssancti q̃z ipius hoĩs. vñ cũ spũssanctus nõ sit sub lege sicut nec filius. vt supra dictũ ẽ. sequit q̃ hmõi opera inq̃ntuz sunt spũssancti nõ sint sub lege. et huic attestat q̃d ℣pls dicit. ij. ad Cor. iij. Ubi spus dñi ibi libertas. ℣d. ij. dom q̃ prudẽtia carnis non potest subjci legi dei ex pte actiõis. q̃z ĩclinat ad actiones ꝓtrarias legi diuine. subjcit tñ legi dei ex pte passiõis. q̃z meretur pati penã fm legẽ diuine iusticie. nihilominus tñ in illo hoĩe ita prudẽtia carnis dñatur q̃ totũ bonũ nature corrũpatur. ⁊ ideo remanet ĩ hoĩe ĩclinatio ad agendũ ea q̃ sunt legis eterne. Habitũ ẽ enim supra q̃ peccatũ non tollit totũ bonũ nature. ℣d. iij. dom q̃ idẽ est ꝑ q̃d aliquid ꝓseruatur i fine ꝑ q̃d mouetur ad finẽ. sicut corpus graue gravitate quiescit i loco inferiori. ꝑ quã etiã ad locũ ipm mouetur. et sic dom ẽ q̃ sic fm legẽ eternã aliqui merẽtur beatitudinẽ vel miseriã. ita ꝑ eãdẽ legẽ i beatitudine vel miseria cõseruantur. ⁊ fm hoc ⁊ beati ⁊ damnati subsunt legi eterne. ℣ꝛe. Questio. XCIIII

Deinde considerandũ

ẽ de lege naturali. ⁊ circa hoc q̃runtur sex. primo quid sit lex naturalis. sc̃do q̃ sint ꝑcepta legis naturalis. tertio vtrũ oẽs actus virtutũ sint de lege nature. quarto vtrũ lex naturalis sit vna apud omnes. quinto vtrũ sit mutabil. sexto vtrũ possit a mẽte hoĩs deleri

Ad primum sic proceditur.

Videt q̃ lex naturalis sit habit⁹. Quia vt phũs dicit in ij. ethi. Tria sunt in aĩa. potẽtia. habitus. ⁊ passio. sz naturalis lex nõ ẽ aliq̃ potẽtia aĩe. nec aliq̃ passionũ. vt patz enumerãdo ꝑ singula. q̃ lex naturalis ẽ habitus ℣ꝛe. Basilius dicit q̃ conscientia siue synderesis ẽ lex ĩtellectus nr̃i. q̃d non pot ĩtelligi nisi de lege naturali. sz synderesis ẽ habitus quidã. vt ĩ primo habitũ ẽ. ergo lex ẽ naturalis

habitus. ¶ Pre. lex naturalis semp̄ in voie manet. vt infra patebit. sz nō semp̄ rō vōis ad quā lex ptinet cogitat̄ ō naturali lege. ergo lex naturalis nō ē act⁹. sz habit⁹. ¶ Sed ptra ē qđ Aug⁹ dic̄ in li. de bono ꝑiugali. q̄ habitus ē q̄ aliquid agit cū op⁹. ē. sz naturalis lex nō ē hmōi. ēnt in parvulis & dānatis q̄ p eā agere non p̄nt. ergo lex naturalis nō ē habit⁹. ¶ Rn. dīm q̄ aliqđ p̄t dici eē habit⁹ dupliciter. Uno mō ꝓpie & essentialiter. & sic lex naturalis non ē habit⁹. Dictū ē enī sup̄ q̄ lex naturalis ē aliqđ p ratione cōstitutū. sicut etiā ꝓpositio ē qđdā op⁹ rōnis. Non est autez idē qđ qs agit & q̄ qs agit. Aliq̄s enī p habitū grāmatice agit oratione cōgruā. Cū igit habit⁹ sit q̄ qs agit non p̄t esse q̄ lex aliq̄ sit habit⁹ ꝓpie & essentialiter. Alio mō p̄t dici habit⁹ ꝓpter id qđ habitu tenet̄. sicut dr fides id qđ fide tenet̄. & hoc mō q̄ p̄cepta legis naturalis q̄libz ꝓsiderāt̄ i actu a rōne. q̄libz aūt sunt i ea habitualiter tm̄ Sm hūc modū p̄t dici. q̄ lex naturalis sit habitus. sic etiā principia indemōstrabilia i speculativis nō sunt ipi habitus principioz. sz sūt principia q̄z ē habit⁹ ¶ Ad. j. ergo dīm q̄ phūs ītēdit ibi inuestigare gen⁹ virtutis. & cuz manifestū sit q̄ virtus sit qđdam principiū actus. illa tm̄ ponit q̄ sūt principia hūanoz actuū. s. potētias. habitus & passiōes. ꝓter hec aūt tria sūt qđā alia i aīa sicut qđā act⁹ vt velle ē i volēte. & etiā cognita sūt i cognoscēte. & ꝓiecta tes naturales anime insunt ei. vt mortalitas & alia hmōi. ¶ Ad. ij. dīm q̄ sindērisis dr lex intellectus nr̄i inq̄ntum ē habit⁹ ꝓtinēs p̄cepta legis naturalia q̄ sūt prima principia operū hūanoz ¶ Ad. iij. dīm q̄ rō illa ꝯcludit q̄ lex naturalis habitualiter tenet̄. & hoc ꝓcedim⁹. ¶ Ad id vero qđ i ꝓtrarium obiicit dīm q̄ de eo qđ habitualiter inest q̄libz aliquis vti nō p̄t ꝓpter aliqđ impedimētū. sicut bō nō p̄t vti habitu sciētie ꝓpter somnū. & sīliter puer nō p̄t vti habitu intellectus principioz. vel etiaz lege naturali q̄ ei habitualiter inest ꝓpter defectum etatis.

Ad secundū sic procedit

Videt̄ q̄ lex naturalis nō cōtineat plura p̄cepta. sz vnuz tm̄ Lex enī cōtinet̄ i genere p̄cepti. vt sup̄ habitū ē. si igit essent multa p̄cepta legis naturalis. seq̄ret̄ q̄ etiaz essent multe leges naturales. ¶ Pre. lex naturalis ꝓsequit̄ vōis naturā. sz hūana natura est una Sm totū. Iz sit multiplex Sm ptes. aut ergo ē vnū p̄ceptū tm̄ legis nature ꝓpter vnitatē totī⁹. aut sunt multa Sm multitudinē ptiū nāe humane. & sic oportebit q̄ etiā ea q̄ sunt de ītinatiōe ꝯcupiscibilis ptineāt ad legē naturalē. ¶ Pre. lex ē aliqđ ad rationē ptinēs. vt sup̄ dictū ē. sz rō i vōie ē vna tm̄. ergo solū vnū p̄ceptū ē legis naturalis. ¶ Sz ptra ē. q̄ sic se habēt p̄cepta legis naturalis in vōie q̄ntū ad opabilia sicut se hūt prima principia i demōstrativis. sz prima principia indemōstrabilia sūt plura. ergo et p̄cepta legis nāe sunt plura. ¶ Rn. dīm q̄ sic sup̄ dictū ē. p̄cepta legis nature hoc mō se hūt ad rōnez practicā sic principia prima demōstrationū se hūt ad rōnez speculativā. vtraq̄z enī sūt qđā principia p se nota. Dicit̄ aūt aliqđ p se notū dupliciter. Uno mō Sm se Alio mō q̄ ad nos. Sm se qđē q̄libet ꝓpositio dr p se nota cui⁹ p̄dicatū est de rōne subiecti. ꝓtingit tm̄ q̄ ignorāti diffinitionē subiecti talis ꝓpositio nō erit p se nota. sic ista ꝓpositio. bō ē rōnale. est p se nota Sm sui naturā. q̄z q̄ dicit hoīez dic̄ rōnale. & tm̄ ignorāti qđ sit bō. hec ꝓpositio nō ē p se nota. & inde ē q̄ sic dicit Boetius i li⁹ de dogmatib⁹. Quedā sūt dignitates vel ꝓpositiones p se note cōiter oib⁹ & hmōi sūt ille ꝓpositiones q̄z termini sūt oīb⁹ noti. vt oē totū ē maiⁿ sua p̄te. & q̄ vni et eidē sūt eq̄lia sibi inuicē sunt eq̄lia. q̄dā vero ꝓpositiones sunt p se note solis sapiētibz q̄ terminos ꝓpositionū intelligunt q̄d significēt. sicut intelligēti q̄ angel⁹ nō ē corp⁹. p se notuz ē q̄ nō ē circūscriptiue i loco. qđ nō ē manifestū rudibz q̄b⁹ nō capiūt. Jn his aūt q̄ i apprehēsiōe hoīuz cadūt qđam ordo inuenit̄. Nā illud qđ primo cadit i apprehensiōe est ens cui⁹ intellectus includit̄ in oīb⁹ q̄cūq̄z qs apprehēdit. et ideo primū principiū indemōstrabile ē. qđ nō ē simul affirmare & negare. qđ fundat̄ sup̄ rōnez entis et nō entis. & sup̄ hoc principio oīa alia fundāt̄. vt dr i. iiij. metaphisice. Sicut aūt ens ē primū qđ cadit i apprehēsiōe simpliciter. ita bonū ē primū qđ cadit i apprehēsiōe practice rationis q̄ ordinat̄ ad opus. Omne enī agēs agit ꝓpter finē q̄ hz rōnez boni. & ideo primū principiū i rōne practica ē qđ fundat̄ sup̄ rōnez boni q̄ ē. bonū ē qđ oīa appetūt. hoc ē ergo primū p̄ceptū legis q̄ bonū ē faciēdū & pseq̄ēdū & malū vitāndū. & sup̄ hoc fundāt̄ oīa alia p̄cepta legis nature. vt sz oīa illa faciēda vel vitāda ptineāt ad p̄cepta legis nature. q̄ rō practica naturalit̄ apprehēdit eē bona humana. q̄z vo bonū hz rōnez finis. malū aūt rōnez ꝯrij. inde ē q̄ oīa illa ad q̄ hō hz naturalē īclinationē rō naturaliter apprehēdit vt bona. & p cōsequēs vt ope pseq̄ēda. et ptraria eoz vt mala & vitāda. Sm igitur ordinē inclinationū naturaliū ē ordo p̄ceptoz legis nature. Jnest enī primo inclinatio hōis ad bonū Sm naturā in q̄ cōicat cū oīb⁹ substātijs. put sz q̄libet substātia appetit ꝓseruationē sui esse Sm suā naturā. & Sm hāc inclinationē ptinēt ad legez naturalē ea p q̄ vita hōis ꝓseruat̄ & ptrariū impedit̄. Secūdo inest hōi inclinatio ad aliq̄ magis specialia Sm naturā i q̄ cōicat cū ceteris aīalib⁹. & Sm hoc dicūt̄ ea esse de lege naturali q̄ natura oīa aīalia docuit. vt ē cōmixtio maris & femine. & educatio liberoz & filia. Tertio mō inest hōi inclinatio ad bonū Sm naturā rōnis q̄ ē sibi ꝓpria. sicut hō hz naturalē inclinationē ad hoc q̄ veritatē cognoscat de deo. & ad hoc q̄ i societate viuat. & Sm hoc ad legē naturalē ptinent ea q̄ ad hmōi inclinationē spectāt. vtpote q̄ hō ignorantiā vitet. q̄ alios nō offendat cū quib⁹ debet querlari & cetera hmōi q̄ ad hoc spectāt. ¶ Ad. j. ergo dīm q̄ oīa ista p̄cepta legi nāe inq̄ntū referūt̄ ad vnū primū p̄ceptū habēt rōnez vnius legis naturalis. ¶ Ad. ij. dīm q̄ oēs hmōi inclinationes q̄tūcūq̄z ptiū nature hūane. pura cōcupiscibilis & irascibilis. Sm q̄ regulāt̄ rōne. ptinent ad legē naturalē & reducūt̄ ad vnū primū p̄ceptū. vt dictū ē & Sm hoc sunt multa p̄cepta legis nature in seipsis. q̄ tm̄ cōicāt i vna radice. ¶ Ad. iij. dīm q̄ ratio & si i se vna sit tm̄ ē ordinativa oīuz q̄ ad hōies spectant. & Sm hoc sub lege rōnis cōtinēt̄ oīa ea que rōne regulari possunt.

Ad tertium sic ꝓceditur.

Videtur q̄ nō oēs actus virtutū sit ō lege nature. Quia vt sup̄ dictū ā. de rōne legis ē vt ordinetur ad bonū cōe sz quidā virtutū actus ordinātur ad bonū priuatū alicuius vt ptz p̄cipue in actib⁹ tpantie. nō ergo oēs actus virtutū legi subdūt̄ naturali. ¶ Pre. oīa peccata aliquibus virtuosis actib⁹ opponūt̄. si igitur oēs actus virtutū sint ō lege nature. videtur ex cōsequēti q̄ oīa peccata sint cōtra naturā. qđ tamen specialiter de quibusdā peccatis dr.

¶ Pre. i his q̄ sūt Sm naturā oēs cōueniunt. sz in actibus virtutū nō oēs cōueniūt. aliquid enī ē virtuosū vni qđ ē alteri vitiosū. ergo nō oēs actus virtutū sūt de lege nature. ¶ Sz ptra ē qđ Damas. dicit in. iij. li. q̄ virtutes sūt

naturales ergo ꝛ actꝰ virtuosi subiacẽt legi nate Rñ. dom ꝙ de actib virtuosis dupliciter loq̃ possumꝰ. Uno mõ inq̃ntũ sũt virtuosi. Alio mõ inq̃ntũ sunt tales actus ī ꝓpꝛijs specieb⁹ cõsiderati. si igit loq̃mur de actib virtutũ inq̃ntũ sunt virtuosi. sic oẽs actꝰ virtuosi ꝓtinẽt ad legem nate. Dictũ ẽ enī ꝙ ad legẽ nature ꝓtinet omne illud ad qđ hõ inclinat fm suã naturã. Inclinat aũt vnũqđq̃ naturaliter ad opationẽ sibi ꝙueniẽtẽ fm suã ꝓpꝛiã formã. sicut ignis ad calefaciẽdũ. vñ cũ aĩa rõnalis sit ꝓpꝛia forma hois. naturalis inclinatio ineſt cuilibet hoī ad hoc ꝙ agat fm rõnez. ꝛ hoc ẽ agere fm virtutẽ. vñ fm hoc oẽs actus virtutũ sunt de lege naturali. dictat enī hoc naturaliter vnicuiq̃ ꝓpꝛia rõ vt virtuose agat. Sz si loq̃mur de actibus virtuosis fm seipos ꝓut. s. in ꝓpꝛijs specieb⁹ cõsiderant. sic nõ oẽs actus virtuosi sunt de lege nature. multa enī fm virtutẽ fiũt ad q̃ natura nõ primo inclinat. sz p rõnis inquisitionẽ ea hoĩes adinuenerũt q̃si vtilia ad bñ viuẽdũ. Ad. j. ergo dom ꝙ tpantia ẽ circa ꝙcupiscẽtias naturales cibi ꝛ potꝰ ꝛ venereoꝝ. q̃ quidẽ ordinant ad bonũ cõmune nate sicut ꝛ alia legalia ordinãt ad bonum cõmune morale. Ad. ij. dom ꝙ nata hois põt dici vel illa q̃ ẽ ꝓpꝛia hoī. ꝛ fm hoc oĩa peccata inq̃ntũ sunt cõtra rõnez. sunt etiã ꝓtra naturã. vt patz ꝑ Damas. in. ij. li. vel illa q̃ ẽ cõmunis hoī ꝛ aliꝭ aĩalibus. ꝛ fm hoc q̃dã specialia peccata dicũt eẽ ꝓtra naturã. sicut ꝓtra cõmixtionẽ maris ꝛ femine q̃ ẽ nata lis oĩb⁹ aĩalib⁹ ẽ ꝙcubitꝰ masculorũ qđ specialit dꝛ vitiuz ꝫ naturã Ad. iij. dõ. ꝙ rõ illa ꝓcedit de actib fm seipos cõsideratis. sic enī ꝓpter diuersas hois ꝙditiones ꝓtingit ꝙ aliqui actus sunt aliquib⁹ virtuosi tanq̃ eis ꝓpꝛionati ꝛ ꝙuenientes qui tamen sũt aliꝭ vitiosi tanq̃ eis non ꝓpꝛionati.

Ad quartum sic ꝓcedit

pia cognoscendi eorum que non sunt manifesta.alia p̄ce
pta moralia superaddita decalogo reducuntur ad p̄cep
ta decalogi per modum cuiusdā additionis ad ipsa.Nā
in primo precepto decalogi ꝓhibetur cultus alienoꝝ deo
rum.cui superaddūtur alia p̄cepta ꝓhibita eorū que
ordinantur in cultum idolorum.sicut habetur Deutero.
viij.Non inueniatur in te qui lustret filiuz suum.aut fi
liam suam ducens per ignem.nec sit maleficus atq̄ incā
tator.nec phitones consulat.neq̄ diuinos.⁊ q̄rat a mor
tuis veritatem. Secundum autem preceptum ꝓhibet
periurium.superadditur autez ei ꝓhibitio blasphemie.
Leuit.xiiij.⁊ ꝓhibitio false doctrine.Deutero.xiij. Ter
tio vero precepto supaddunt omnia cerimonialia. Quar
to autem precepto d̄ honore parentum superadditur p̄ce
ceptum de honoratione senum.s̄m illud Leuit.xix. Co.ā
cano capite consurge ⁊ honora personam senis.⁊ vniuer
saliter omnia precepta inducentia ad reuerentiaz exhibē
dam maioribus vel beneficia exhibenda.vel equalib⁹ vl̄
minoribus. Quinto autem precepto quod est de prohibi
tione homicidij additur prohibitio odij ⁊ cuiuslibet vio
lationis ꝓtra ꝓximum.sicut illud Leuit.xix.Non stabis
contra sanguinem ꝓximi tui.⁊ etiam prohibitio odij fra
tris s̄m illud.Ne oderis fratrem tuū in corde tuo. Pre
cepto autem sexto quod est de prohibitione adulterij. su
peraddit̄ preceptum de prohibitione meretricij.s̄m il
lud Deutero.xxiij.Non erit meretrix de filiabus israel.
neq̄ fornicator d̄ filijs israel.⁊ iterum prohibitio vitij cō
tra naturam.s̄m illud Leuit.xviij.Cum masculo non cō
misceberis.cum omni pecore non coibis. Septimo au
tem precepto de prohibitione furti adiungitur preceptuz
de prohibitione vsure.s̄m illud Deutero.xxiij.Non fe
nerabis fratri tuo ad vsuram.⁊ prohibitio fraudis.s̄m il
lud Deutero.xxv.Non habebis in sacculo diuersa pōde
ra.⁊ vniuersaliter omnia que ad ꝓhibitionem calumnie
⁊ rapine pertinent. Octauo vero precepto quod est de ꝓ
hibitione falsi testimonij additur prohibitio falsi iudicij
s̄m illud Exo.xxiij.Nec in iudicio plurimoruz acquiesce
sententie.vt a veritate deuies.⁊ prohibitio mēdacij.sicut
ibi subditur. Mendacium fugies.⁊ prohibitio detractio
nis.s̄m illud Leuit.xix.Non eris criminator et susurro ī
populis. Alijs autem duobus preceptis nulla alia adiū
guntur.quia per ea vniuersaliter omnis mala concu piscē
tia prohibetur. Ad.j.ergo dōm q̄ ad dilectionem dei
⁊ ꝓximi ordinantur quedam p̄cepta decalogi s̄m ma
nifestam rationem debiti.alia vero s̄m rationem magis
occultam. Ad.ij.dōm q̄ p̄cepta cerimonialia ⁊ iudi
cialia sunt determinatiua preceptoꝝ decalogi ex vi in
stitutionis.non autem ex vi naturalis instinctus.sicut p̄
cepta moralia superaddita. Ad.iij.dōm q̄ p̄cepta le
gis ordinantur ad bonum cōmune vt supra dictum est.⁊
quia virtutes ordinantur ad alium directe pertinent ad
bonuz cōmune.⁊ similiter virtus castitatis in q̄tum act⁹
generatiōis deseruit bono cōmuni speciei.ideo de istis vir
tutibus directe dantur p̄cepta ⁊ decalogi et superaddi
ta. De actu autem fortitudinis datur preceptum propo
nendum per duces exhortantes in bello quod ꝑ bono cō
muni suscipitur.vt patet Deutero.xx. vbi mandatur sa
cerdoti.Nolite metuere.nolite cedere. Similiter etiam
actus gule ꝓhibendus cōmittitur monitioni paterne.q̄
contrariatur bono domestico.vnde dicitur Deutero. xxj
ex ꝑsona parentū. Monita nostra audire ꝓtemnit.cōmes
sationibus vacat.⁊ luxurie atq̄ ebrietatis.

Ad duodecimuz sic ꝓcedit

tur. Videtur q̄ p̄cepta moralia veteris legis iustifica
rent.Dicit enim Apls Roma.ij.Non enim auditores
legis iusti sunt apud deum.sed factores legis iustificabū
tur.sed factores legis dicuntur qui implent p̄cepta le
gis.ergo p̄cepta legis ad impleta iustificabāt. Pre.
Leuit.xviij.dicitur.Custodite leges meas atq̄ iudicia
que faciens homo viuet in eis.sed vita spiritualis homi
nis est per iusticiam.ergo p̄cepta legis adimpleta iusti
ficabant. Pre.lex diuina efficatioꝝ est q̄z humana.sed
lex humana iustificat.est enim quedam iusticia in hoc q̄
p̄cepta legis adimplentur.ergo p̄cepta legis iustifi
cabant. Sed cōtra est q̄ Apostolus dicit.ij.ad Coꝝ.iij

Littera occidit. qđ ſm Aug⁹ in li. đ ſpiritu ⁊ littera intelligitur etiam de preceptis moralibus. ergo precepta moralia non iuſtificabant. ℟ñ. dicendum q̄ ſicut ſanuz proprie et primo dicitur quod habet ſanitatem. per poſterius autem qđ ſignificat ſanitatem. vel quod cōſeruat ſanitatē. Ita iuſtificatio primo ⁊ ꝓprie dr ipa factio iuſticie ſecundario vero ⁊ q̄ſi improprie ꝑt dici iuſtificatio ſignificatio iuſticie. vel diſpoſitio ad iuſticiā q̄b⁹ duob⁹ modis manifeſtum eſt q̄ p̄cepta legis iuſtificabant. inq̄ntum ſcz diſponebant homines ad gratiam xp̄i iuſtificantem. quā etiam ſignificabant. quia ſicut dicit Aug⁹ contra Fauſtū etiaz vita illius populi ꝓphetica erat et chriſti figurativa ſed ſi loquamur đ iuſtificatione proprie dicta. ſic conſiderandum eſt q̄ iuſticia poteſt accipi prout eſt in habitu. vl̄ prout eſt in actu. ⁊ ſm hoc iuſtificatio dupliciter dicitur. Uno quidem modo ſm q̄ homo fit iuſtus adipiſcēs habitum iuſticie. Alio vero mō ſm q̄ opa iuſticie operatur vt ſm hoc iuſtificatio nihil aliud ſit q̄ iuſticie executio. Juſticia autem ſicut ⁊ alie virtutes poteſt accipi ⁊ acquiſita ⁊ infuſa. vt ex ſupra dictis patet. Acquiſita quidē cauſatur ex operibus. ſed infuſa cauſatur ab ipſo deo per eiꝰ gratiam. et hec eſt vera iuſticia đ qua nunc loquimur. ſm quam aliquis dicit iuſtus apud deum. ſm illud Roma. iij. Si Abraam ex operibus legis iuſtificatus eſt. habet gloriam. ſed non apud deum. Hec igitur iuſticia cauſari non poterat per precepta moralia que ſunt de actib⁹ humanis. ⁊ ſm hoc p̄cepta moralia iuſtificare nō poterāt iuſticiaz cauſando. Si vero accipiatur iuſtificatio pro executione iuſticie. ſic precepta moralia iuſtificabant inq̄ntū cōtinebant id quod eſt ſm ſe iuſtum. ſed ſacramenta illa veteris legis gratiam non cōferebant ſicut conferunt ſacramēta noue legis. que propter hoc iuſtificare dicūtur. Si vero accipiatur iuſtificatio pro executione iuſticie ſic omnia precepta legis iuſtificabant. aliter tamen ⁊ aliter. naz precepta cerimonialia continebant quidem iuſticiam ſm ſe in generali. put ſcz exhibebantur in cultum dei. in ſpeciali vero non continebant ſm ſe iuſticiam niſi ex ſola determinatione legis diuine. Et ideo de huiuſmodi preceptis dicitur q̄ non iuſtificabant niſi ex deuotione ⁊ obedientia facientium. Precepta vero moralia et iudicialia continebant id quod erat ſm ſe iuſtū. vel in generali. vel etiam in ſpeciali. ſed moralia precepta continebant id qđ eſt ſm ſe iuſtū ſm iuſticiam generalem. que ē omnis virtus. vt dicitur in. v. etbi. Precepta vero iudicialia pertinebant ad iuſticiam ſpecialem que conſiſtit circa contract⁹ humane vite. qui ſunt inter homines ad inuicē. Ād. j ergo dm q̄ Apoſtolus accipit ibi iuſtificationem ꝓ executione iuſticie Ād. ij dm q̄ homo faciens precepta legis dicitur viuere in eis. quia nō incurrebat penā mortis quam lex tranſgreſſoribus infligebat. in quo ſenſu inducit hoc Apoſtolus ad Gal. iij. Ād. iij. dm q̄ precepta legis humane iuſtificāt iuſticia acquiſita. de qua nō queritur ad preſens. ſed ſolū de iuſticia que ē apud deū.

Queſtio CI

Deinde cōſiderandū.

dum eſt de preceptis cerimonialibus. et primo de ipſis ſm ſe. ſecundo de cauſa eoz. tertio de duratione ipſorum. Circa primū queruntur quatuor. primo que ſit ratio preceptorū cerimonialium. ſcđo vtrum ſint figuralia. tertio vtrum debuerint eſſe multa. quarto de diſtinctione ipſoz.

CI

Ad primum ſic procedit.

Videtur q̄ ratio preceptorum cerimonialium non i hoc conſiſtat q̄ ptinent ad cultum dei. In lege enī veteri dātur iudeis quedam p̄cepta de abſtinentia ciborum. vt patet Leuit. xj. ⁊ etiam de abſtinēdo ab aliquibus veſtimētis. ſm illud Leuit. xix. Veſtem que ex duob⁹ texta ē non indueris. ⁊ iterum. quod precipitur numeri. xv. Ut faciant ſibi fimbrias per angulos pallioꝝ. ſz huiuſmodi non ſunt p̄cepta moralia. quia non manent in noua lege. nec etiam iudicialia. quia non pertinent ad iudicium faciendum inter homines. ergo ſunt cerimonialia. ſed in nullo pertinere videntur ad cultum dei. ergo non eſt cerimonialium p̄ceptorum ratio q̄ pertineant ad cultū dei. ℣re. dicunt quidam q̄ p̄cepta cerimonialia dicuntur illa que pertinēt ad ſolēnitates. quaſi dicerentur a cereis q̄ i ſuis ſolēnitatibus accenduntur. ſed multa alia ſunt pertinentia ad cultum dei preter ſolēnitates. ergo non videtur q̄ legis precepta cerimonialia non ea ratione dicātur quia pertinent ad cultum dei. ℣re. ſm quoſdam precepta cerimonialia dicuntur quaſi normē. id eſt. regule ſalutis. Nam chere in greco idem eſt qđ ſalue. ⁊ omnia precepta legis ſunt regule ſalutis. ⁊ non ſolum illa que pertinēt ad dei cultum. ergo non ſolum illa precepta dicūtur cerimonialia que pertinent ad cultuz dei. ℣re. rabi Moyſes dicit q̄ precepta cerimonialia dicuntur quorum ratio nō eſt manifeſta. ſed multa pertinentia ad cultum dei habēt rationem manifeſtam. ſicut ſabbati obſeruatio ⁊ celebratio phaſe et ſcenopbegie ⁊ multorum aliorum quorum ratio aſſignat in lege ḡ cerimonialia non ſunt que ptinēt ad cultum dei. Sed contra eſt quod dicitur Exo. viij. Eſto populo in his que ad deum pertinēt. oſtendaſq̄ populo cerimonias ⁊ ritum colendi. ℟ñ. dm q̄ ſicut ſupra dictum eſt. cerimonialia precepta determinant precepta moralia i ordine ad deum. ſicut iudicialia determināt precepta moralia in ordine ad proximum. Homo autē ordinatur ad deum per debitum cultum. ⁊ ideo cerimonialia ꝓprie dicuntur que ad cultuz dei pertinent. Ratio autem huius nominis poſita ē ſupra vbi precepta cerimonialia ab aliis ſunt diſtincta. Ād. j. ergo dm q̄ ad cultum dei pertinent non ſolum ſacrificia ⁊ alia huiuſmodi que immediate ad deum ordinari dicuntur. ſed etiaz debita preparatio colentium deum ad cultum ipſius. ſicut etiam in aliis quecunq̄ ſunt preparatoria ad finē cadūt ſub ſcientia que eſt de fine. Huiuſmodi autem precepta que dantur in lege de veſtibus ⁊ cibis colēntium deum. ⁊ aliis huiuſmodi. pertinent ad quandam preparationem ipſorum miniſtrantium. vt ſint idonei ad cultū dei. ſicut etiam ſpecialibus obſeruantiis aliqui vtuntur qui ſunt in miniſterio regis. vñ etiā ſub p̄ceptis cerimonialibus ptinent. Ād. ij. dm q̄ illa expoſitio noīs nō videt eſſe multū ꝓueniēs. ꝑſertim cū non multū inueniatur in lege q̄ in ſolēnitatib⁹ cerei accenderētur. ſed in ipo etiam cādelabro lucerne cum oleo oliuarum p̄parabantur. vt patet Leuit. xxiiij. Nihilominus tamen poteſt dici q̄ in ſolēnitatibus omnia alia que pertinebant ad cultum dei diligentius obſeruabātur. ⁊ ſm hoc in obſeruatiōe ſolēnitatum omnia cerimonialia includuntur. Ād. iij. dm q̄ nec illa expoſitio noīs videt eſſe multū ꝓueniēs. Nomen enī cerimonie nō ē grecū ſz latinum. Poteſt dici tamen q̄ cū ſalus hominis ſit a deo. precipue illa p̄cepta vident eſſe ſalutis regule que hominem ordināt ad deum. et ſic

cerimonialia dicũtur que ad cultuz dei ptinẽt ¶Ad.iij. dm q illa ratio cerimonialiũ est quodãmodo ꝓbabilis non q ex eo dicantur cerimonialia. quia eorum ratio nõ est manifesta. sz hoc ẽ quoddã ꝓsequẽs. qz enĩ precepta ad cultũ dei ptinentia oportet esse figuralia. vt infra dicet inde est q eoz ratio non ẽ a deo manifesta.

Ad secundum sic procedit

¶Videt q ꝑcepta cerimonialia non sint figuralia. ¶Pertinet enĩ ad officiũ cuiuslibet doctoris vt sic ꝓnũciet vt ꝺ facili intelligi possit. sicut Aug⁹ dicit i. iij. de doctrina xp̃iana q hoc maxime videtur esse necessariũ in legis latione. qz precepta legis populo ꝓponuntur. vñ lex debet eẽ manifesta. vt Isidor⁹ dicit. si igitur precepta cerimonialia data sint in alicuius rei figuram. videtur incõuenienter tradi disse huiusmodi precepta Moyses non exponens quid figurarent. ¶Pre. ea que in cultum dei aguntur maxime debent honestatem habere. sed facere aliqua facta ad aliq̃ representanda videtur esse theatricum siue poeticum In theatris enim representabãtur olim ꝑ aliqua que ibi ingerebãtur quedã aliorum facta. ergo videtur q huiusmodi non debeant fieri ad cultum dei. sed cerimonialia ordinantur ad cultum dei. vt dictuz est. ergo cerimonialia nõ debent esse figuralia. ¶Pre. Aug⁹ dicit in Enche. q deus maxime colitur fide. spe. q charitate. sed precepta que dantur de fide. spe. et charitate. non sunt figuralia. ergo precepta cerimonialia non debent esse figuralia ¶Pre. dominus dicit Johan. iiij. Spiritus est deus q eos que adorant eum in spiritu et veritate adorare oportet. sed figura non est ipsa veritas. imo contra se inuicem diuidunt tur. ergo cerimonialia que pertinent ad cultuz dei nõ debent esse figuralia. ¶Sed cõtra est quod Apostolus dicit ad Col. ij. Nemo iudicet vos in cibo aut in potu aut ī parte diei festi. aut neomenie. aut sabbatoz que sunt umbra futurorum. ¶Rñ. dicendum q sicut iam dictum est precepta cerimonialia dicũtur que ordinantur ad cultuz dei. Est autem duplex cultus dei. interior et exterior. cum enim homo sit compositus ex anima q corpore. vtrũq; debet applicari ad colendum deuz. vt sz anima colat interiori cultu. q corpus exteriori. vnde dicitur in ꝑs. Cor meum q caro mea exultauerunt in deum viuum. q sicut corpus ordinatur in deum per animaz. ita cultus exterior ordinatur ad interiorem cultũ. Consistit aũt interior cult⁹ in hoc q anima coniungatur deo per intellectuz et affectũ q ideo ꝓm q diuersimode intellectus q affectus colentis deum deo recte coniungitur. ꝓm hoc diuersimode exteriores actus hominis ad cultum dei applicantur. In statu enim future beatitudinis intellectus humanus ipsaz diuinam veritatem in seipso intuebitur. q ideo exterior cultus non consistit in aliqua figura. sed solum in laude dei que procedit ex interiori cognitione q affectione. ꝓm illud Esa. lj. Gaudiuz q letitia inuenitur in ea gratiarum actio q vox laudis. In statu autẽ presentis vite non possumus diuinaz veritatem in seipsa intueri. sed oportet q radius diuine veritatis nobis illucescat sub aliquibus sensibilibus figuris. sicut Dionysius dicit primo ca. ce. hierarchie diuersimode tamen ꝓm diuersum statum cognitionis humane. In veteri enim lege neq; ipsa diuina veritas in seipsa manifestata erat. neq; etiam adhuc ꝓpalata erat via ad hoc perueniendi. sicut Apostolus dicit ad Hebre. vij. Et ideo oportebat exteriorem cultum veteris legis non solum esse figuratiuũ future veritatis manifestã de in patria. sed etiã esse figurattuã xp̃i qui est via ducẽs ad illam patrie veritatez. Sed in statu noue legis hec via iam est revelata. vnde hanc prefigurari non oportet sicut futuram. sed cõmemorari oportet per moduz preteriti vel presentis. sed solum oportet prefigurari futuram veritatem glorie nondum revelatam. et hoc est quod Apostol⁹ dicit ad Hebre. x. Umbram habet lex futurorum bonorum. non ipsam imaginem rerum. Umbra enim minus est q̃ imago. tanq̃ imago pertinet ad nouam legem. umbra vero ad veterem. ¶Ad. j. ergo dm q diuina nõ fuit revelanda hominibus nisi ꝓm eorum capacitatem. alioquin daretur eis precipitij materia dum contemnerent que capere non possent. q ideo vtilius fuit vt sub quodaz figurarum velamine diuina mysteria rudi populo tradere tur. vt sic saltem ea implicite cognoscerent. dum illis figuris deseruirent ad honorem dei. ¶Ad. ij. dicendum q sicut poetica non capiuntur a ratione humana propter defectum veritatis qui est in eis. ita etiam ratio humana ꝑfecte capere non potest diuina propter excedentem ipsoz veritatem. q ideo vtrobiq; opus est representatione ꝑ sensibiles figuras. ¶Ad. iij. dicẽdum q Aug⁹ ibi loquitur de cultu interiore. ad quem tamen ordinari oportet exteriorem cultum. vt dictum est. Et similiter dicendum est. ad quartum. qz ꝓpm homines pleni⁹ ad spirituales dei cultum sunt introducti.

Ad tertium sic ꝓceditur

¶Videtur q non debuerunt esse multa cerimonialia precepta. Ea enim que sunt ad finem debent esse fini ꝓportionata. sed cerimonialia precepta. sicut dictum est. ordinãtur ad cultum dei q in figuram christi. est autem vnus deus a quo omnia q vnus dominus Jesus christus ꝑ quẽ omnia. vt dicitur. j. ad Cor. viij. ergo cerimonialia nõ debuerunt multiplicari. ¶Pre. multitudo cerimonialium preceptorum transgressionis erat occasio. ꝓm illud qđ dicit Petrus Act. xv. Quid temptatis deum imponere iugum super ceruicem discipulorum qđ neq; nos neq; patres nostri portare potuimus transgressio diuinorum ꝑceptorum cõtrariatur humane saluti. cum igitur lex omnis debeat saluti congruere hominum. vt Isidorus dicit videtur q nõ debuerunt multa precepta cerimonialia dari. ¶Pre. precepta cerimonialia pertinebant ad cultum dei exteriorem et corporalem. vt dictum est. sed huiusmodi cultum corporalem lex debebat diminuere. quia ordinabat ad christum. qui docuit homines deum colere ī spiritu et veritate. vt habetur Joh. iiij. non ergo debuerunt multa precepta cerimonialia dari. ¶Sed cõtra est qđ dicitur Osee. viij. Scribam eis multiplices leges meas et Job. xj. Ut ostenderem tibi secreta sapientie. q multiplex sit lex eius. ¶Rñ. dicendum q sicut supra dictuz est. omnis lex alicui populo datur. In populo autez duo genera hominum cõtinentur. quidam ꝓni ad maluz qui sunt per precepta legis cohercendi. vt supra dictum est quidam habentes inclinationem ad bonum vel ex natura. vel ex consuetudine. vel etiam ex gratia. q tales sunt ꝑ legis preceptũ instruendi. q in melius ꝓmouendi. Quantum igitur ad vtrũq; genus hominum expediebat precepta cerimonialia in veteri lege multiplicari. Erant enim in illo populo aliqui ad idolatriã ꝓni. q ideo necesse erat vt ab idolatrie cultu ꝑ ꝑcepta cerimonialia reuocarẽt ad cultũ dei. q qz multipliciter homines idolatrie deseruiebant oportebat ecõtrario multa institui ad singula reprimẽda

et iterum multa talibus imponi. vt quasi onerati ex his que ad cultũ dei impenderent. non vacarent idolatrie deseruire. Ex parte vero eorum qui erant proni ad bonum etiam necessaria fuit multiplicatio cerimonialiũ ꝓcepto-rum. tum quia per hoc diuersimode mens eorum referebatur in deum ⁊ magis assidue. tum etiam quia mysteriũ christi. qui ꝑ huiusmodi cerimonialia figurabatur. multiplices vtilitates attulit mundo. ⁊ multa circa ipsum considerãda erãt que oportuit ꝑ diuersa cerimonialia figurari. Ad. j. ergo dom ꝙ quando id qđ ordinatur ad finẽ est sufficiens ad ducendum in finẽ. tunc sufficit vnum ad finẽ. sicut vna medicina si sit efficax sufficit qñ ꝙ ad sanitatem inducendã. ⁊ tunc non oportet multiplicari medicinã. sed ꝓpter debilitatem ⁊ imꝑfectionem eius qđ est ad finem oportet ea multiplicari. sicut multa adhibentur remedia infirmo quãdo vnũ non sufficit ad sanandum. Cerimonie autẽ veteris legis inualide ⁊ imꝑfecte erant ad repsentandũ christi mysterium qđ est supercellens. et ad subiugandum mentes hominum deo. vnde Apl's dicit ad Hebre. vij. Reprobatio fit ꝓcedentis mãdati ꝓpter infirmitatem ⁊ inutilitatem. nihil enim ad ꝑfectum adduxit lex. ⁊ ideo oportuit huiusmodi cerimonias multiplicari. Ad. ij. dom ꝙ sapientis legislatoris est minores transgressiones ꝓmittere vt maiores caueantur. ⁊ ideo vt caueretur transgressio idolatrie ⁊ superbie que in iudeorũ cordibus nascerentur. si omnia ꝓcepta legis implerent. non ꝓpf hoc ꝓtermisit deꝰ multa cerimonialia ꝓcepta tradere. quia de facili sumebant et hoc transgrediendi occasionem. Ad. ij. dom ꝙ vetus lex in multis diminuit corꝑalem cultum ꝓpter qđ statuit ꝙ nõ in omni loco sacrificia offerẽtur neꝙ quibuslibet ⁊ multa huiusmodi statuit ad diminutionem exterioris cultꝰ. sicut enim rabi Moyses egyptius dicit. Oportebat tũ nõ ita attenuare corꝑalem cultum dei vt boues ad cultum demonũ declinarent.

Ad quartum sic ꝓcedit

Videt ꝙ cerimonie veteris legis incõueniẽter diuidant in sacrificia. sacramẽta. sacra ⁊ obseruantias. Cerimonie enim veteris legis figurabãt xpm. sz hec solũ fiebant per sacrificia ꝙ q̃ figurabat sacrificiũ qđ xps se obtulit oblationẽ ⁊ hostiã deo. vt dicit ad Ephe. v. ergo sola sacrificia erant cerimonialia. Dre. vetus lex ordinabatur ad nouam. sz in noua lege ipm sacrificium est sacramentum altaris. ergo in veteri lege nõ debuerunt distingui sacramenta contra sacrificia. Dre. sacrum dicitur qđ est deo dedicatum. Sm quẽ modũ tabernaculum ⁊ vasa eius sacrificari dicebantur. sed omnia cerimonialia erant ordinata ad cultum dei. vt dictum est. ergo cerimonialia omnia sacra erãt. nõ ergo vna pars cerimonialium debet sacra notari. Dre. obseruantie ab obseruando dicuntur. sed omnia ꝓcepta legis obseruari debebant Dicitur enim Deutero. vij. Obserua ⁊ caue ne quando obliuiscaris dominj dei tui. ⁊ negligas mandata eius atꝙ iudicia ⁊ cerimonias. non ergo obseruantie debent poni vna ꝑs cerimonialium Dre. solẽnitates inter cerimonialia computantur cum sint in vmbram futuri. vt patet ad Col'. ij. Similiter etiam oblationes ⁊ munera. vt patet per apostolum ad Hebre. ix. Que tamen sub nullo horum contineri videntur. ergo inconuenienꝰ est predicta distinctio cerimonialium. Sz contra est ꝙ in veteri lege singula predicta cerimonie vocantur. sacrificia enim dicuntur cerimonie. Numeri. xv. Offerat vitulum ⁊ sacrificia eius ad libamenta vt ceri-

monie eius postulant. De sacramento etiam ordinis dicitur Leuit. vij. Hec est vnctio Aaron et filiorum eius i cerimonijs. De sacris etiã dicitur Exo. xxvij. Hec sũt instrumenta tabernaculi testimonij in cerimonias leuitarum. De obseruantijs etiam dicitur. iij Reg. ix. Si auersi fueritis non sequentes me. nec obseruantes cerimonias quas proposui vobis. Rñ. dicendum ꝙ sicut dictum est. cerimonialia ꝓcepta ordinantur ad cultum dei. in q̃ quidem cultu cõsiderari possunt ⁊ ipse cultus ⁊ colentes ⁊ instrumenta colendi. Ipse autem cultus specialiter consistit in sacrificijs q̃ in dei reuerentia offeruntur. Instrumenta autem colendi pertinent ad sacra. sicut est tabernaculum. ⁊ vasa ⁊ alia huiusmodi. Ex parte autem colentium duo possunt considerari scz eorum institutio ad cultũ diuinum. quod fit per quãdam consecrationem vel populi. vel ministrorum. ⁊ ad hoc pertinent sacramenta. ⁊ itez eorum singularis conuersatio per quaz distinguũtur ab his qui deum non colunt. ⁊ ad hoc pertinent obseruantie puta in cibis ⁊ vestimentis ⁊ alijs huiusmodi Ad. j. ergo dom ꝙ sacrificia offerri oportebat ⁊ in aliquibus locis ⁊ per aliquos homines. ⁊ totum hoc ad cultum dei ꝑtinet. vnde sicut per sacrificia significatur christus immolatus. ita etiam per sacramenta et sacra illorum figurabãtur sacramenta ⁊ sacra noue legis. ⁊ per eorum obseruantias figurabatur conuersatio populi noue legis. que omnia ad christum pertinent. Ad. ij. dom ꝙ sacrificiũ noue legis. id est. eucharistia. continet ipsum christum qui est sanctificationis actor. Sanctificauit enim per suum sanguinem. vt dicitur ad Hebre. xiij. ⁊ ideo hoc sacrificium etiam sacramentũ est. sed sacrificia veteris legis nõ continebant christum. sed ipsum figurabant. et ideo nõ dicuntur sacramenta. sed ad hoc designandum seorsum erant quedam sacramenta in veteri lege que erant figure future consecrationis cuius etiam quibusdam consecrationibus quedã sacrificia adiungerentur. Ad. iij. dom ꝙ sacrificia ⁊ etiam sacramenta erant. sed quedam erant que erant sacra. vtpote ad cultũ dei dicata. nec tamẽ erãt sacrificia. nec sacramenta. et ideo retinebant sibi cõmune nomen sacrorum. Ad. iij. dom ꝙ ea que pertinent ad conuersationem populi deum colentis. retinebant sibi cõmune nomen obseruantiarum. inq̃tum a premissis deficiebant. Non enim dicebantur sacra. quia non habebant immediatum respectum ad cultum dei. sicut tabernaculum ⁊ vasa eius. sed per quandam conuenientiam erant cerimonialia. inq̃tum pertinebant ad quandam idoneitatem populi colentis deum. Ad. v. dom ꝙ sicut sacrificia offerebantur in determinato loco. ita etiam offerebantur in determinatis temporibꝰ. vnde etiam solẽnitates inter sacra cõputari videntur. Oblationes autẽ ⁊ munera computantur cum sacrificijs. quia deo offerebantur. vnde Apl's dicit ad Hebre. v. Omnis pontifex ex hominibus assumptus ꝓ hominibus constituitur in his que sunt ad deum vt offerat dona ⁊ sacrificia ꝓ peccatis. Questio CIII

Circa hoc cõsiderandũ.

est de causis cerimonialium ꝓceptorum. ⁊ circa hoc queruntur sex. primo vtrum ꝓcepta cerimonialia habeant causam. secũdo vtrum habeãt causam litteralem. vel solum figuralem. tertio de causis sacrificiorum. quarto de causis sacramentorum. quinto de causis sacrorum. sexto de causis obseruantiarum.

Ad primum sic procedit.

Videt q̄ cerimonialia p̄cepta nō habeant causam. Quia sup illud Ephx.ij. Legē mandator decretis euacuans dicit glo.i. euacuans legem veterem q̄tum ad carnales observantias decretis .i. p̄ceptis euāgelicis que ex rōne fiūt. sed si observantie veteris legis ex rōne erant. frustra euacuarētur p rationabilia decreta noue legis. non ergo cerimoniales observātie veteris legis habebāt aliquā rationem. ℞. vetus lex successit legi nature. sed ī lege nature fuit aliqd̄ p̄ceptum qd̄ nullam rōnem habebat nisi vt homīs obedientia ꝓbaretur. sicut Aug⁹ dicit. viij. sup Geñ. ad ltam de ꝓhibitione ligni vite. ergo etiam in veteri lege aliqua p̄cepta danda erant in quibus hoīs obedientia ꝓbaretur, que de se nullā rōnem haberēt. ℞. opera hoīs dicuntur moralia ſm q̄ sunt a rōne. si igit̄ cerimonialiū p̄ceptorum sit aliqua ratio. nō differrēt a moralibus preceptis. videtur ergo q̄ cerimonialia precepta non habeant aliquam causam. ratio enī p̄cepti ex aliq̄ causa sumitur. ℘ Sed ꝯra est qd̄ dicitur in p̄s. Preceptū dñi lucidum illuminās oculos. sed cerimonialia sunt p̄cepta dei. ergo sunt lucida. qd̄ non esset nisi haberent rationabilem causam. ℞. dicendum q̄ cum sapientis sit ordinare ſm philosophū in primo metaphisice. ea q̄ ex diuina sapientia ꝓcedunt oportet esse ordinata. vt Aplūs dicit ad Roma. xiij. Ad hoc autem q̄ aliqua sint ordinata duo requiruntur. Primo quidē q̄ aliqua ordinētur ad debitum finem qui ē principiū totius ordinis in rebus agendis. ea enim que casu eueniunt p̄ter intentionem finis. vel que non serio fiunt ſz ludo dicimus esse inordinata. Secdo oportet q̄ id qd̄ est ad finem sit ꝓportionatum fini. & ex hoc sequitur q̄ ratio eorū que sunt ad finē sumitur ex fine. sicut ratio dispositionis serre sumitur ex sectione que est finis eius. vt dicit̄ in. ij. phisicorū. Manifestū est autem q̄ p̄cepta cerimonialia sicut & omnia alia p̄cepta legis sunt ex diuina sapientia instituta. vnde dicitur Deutero. iiij. Hec ē sapientia vestra & intellectus coram populis. vñ necesse est dicere q̄ p̄cepta cerimonialia sint ordinata ad aliquem finem ex quo eorū rationabiles cause assignari possint. ℘ Ad. j. ergo dicendum q̄ obseruantie veteris legis possunt dici sine rōne q̄tum ad hoc q̄ ipsa facta in sui natura rōnem non habebant. puta q̄ vestis non conficeretur ex lana & lino. poterant tamē habere rōnem ex ordine ad aliud. inq̄tuz scz vel aliquid per hoc figurabatur vel aliquid excludebatur. ſz decreta noue legis que precipue consistūt in fide & dilectione dei ex ipa natura actus rationabilia sunt. ℘ Ad. ij. dicendum q̄ ꝓhibitio ligni sciētie boni & mali non fuit ꝓpter hoc q̄ illud lignū esset naturaliter malum. sed tamē ipa ꝓhibitio habuit aliquā rōnem ex ordine ad aliud inq̄tuz scilicet per hoc aliquid figurabatur. et sic etiam cerimonialia p̄cepta veteris legis habent rōnem in ordine ad aliud. ℘ Ad. iij. dicendum q̄ precepta moralia ſm suā naturā habēt rōnabiles causas. sicut Nō occides. Non furtū facies. ſz p̄cepta cerimonialia habēt rōnabiles causas ex ordine ad aliud. vt dictū ē.

Ad secundum sic procedit

Videtur q̄ p̄cepta cerimonialia non habebāt causam litteralem. sed figuralem tm̄. Inter p̄cepta enī cerimonialia p̄cipua erant circumcisio & īmolatio agni paschalis. sed vtrūq̄ istorum non habebat nisi causam figuralem. quia vtrūq̄ istorū datum est in signum. Dicitur enī Geñ. xvij Circūcidetis carnem p̄putij vestri vt sit ī signum federis inter me & vos. & de celebratiōe phase dicit Exo. xiij. Erit quasi signum in manu tua. & quasi monumentū añ oculos tuos. ergo multo magis alia cerimonialia non habēt nisi causam figuralem. ℘ Pre. effectus ꝓportionant̄ sue cause. ſz omnia cerimonialia sunt figurata. vt supra dictū est. ergo non habēt nisi causam figuralem. ℞. illud quod de se est indifferens vtrum sic vel non sic fiat. nō videtur habere aliquā litteralem causam. sed quedā sunt in preceptis cerimonialibus que non videtur differre vtrū sic vel sic fiant. sicut est de numero animalium offerendorum & aliis huiusmodi pticularibus circūstātijs. ergo p̄cepta veteris legis non habent rōnem litteralem. ℘ Sz contra. sicut precepta cerimonialia figurabant christum. ita etiam historie veteris testamenti. Dicitur enim. j. ad Cor. x. q̄ omnia ī figuram contingebant illis. sed ī historijs veteris testamenti p̄ter intellectum mysticum seu figuralem est etiam intellectus litteralis. ergo etiam precepta cerimonialia p̄ter causas figurales habebant etiā causas litterales. ℞. dicendum q̄ sicut supra dictum est. ratio eorum que sunt ad finem oportet q̄ fine sumatur. Finis autem p̄ceptorum cerimonialium est duplex. Ordinabantur enim ad cultum dei ꝓ tempore illo & ad figurādum christum sicut etiam verba ꝓphetarum sic respiciebant presens tempus q̄ etiam in figuram futuri dicebātur. vt Hiero⁹ dicit sup Osee. Sic igitur rationes preceptorum cerimonialium veteris legis dupliciter accipi possunt. Uno modo ex ratione cultus diuini qui erat ꝓ tempore illo obseruandus. & rationes ille sunt litterales siue ptineant ad vitandum idolatrie cultum. siue ad rememorandum aliqua dei beneficia. siue ad insinuandum excellentiam diuinam. vel etiam ad designandum dispositionem mentis que tunc requirebatur in colentibus deum. Alio modo possunt eorum rationem assignari ſm q̄ ordinantur ad figurandum christum. & sic habent rationes figurales & mysticas. siue accipiātur ex ipso christo & ecclesia. qd̄ pertinet ad allegoriam. siue ad mores populi christiani. quod ꝓtinet ad moralitatem. siue ad statum future glorie, ꝓut in eam introducimur per christum qd̄ pertinet ad anagogiam. ℘ Ad. j. ergo dicendum q̄ sicut intellect⁹ metaphorice locutionis in scripturis est litteralis. quia verba ad hoc ꝓferuntur vt hoc significent. ita etiam significationes cerimoniarum legis que sunt cōmemorative beneficiorum dei ꝓpter que institute sunt. vel aliorū huiusmodi que ad illum statum ptinebant. non transcendunt ordinem litteralium causarum. vnde oportet q̄ assignetur causa celebrationis phase. quod ē signum liberationis ex egypto. & q̄ circumcisio est signum pacti qd̄ deus habuit cum Abraam pertinet ad causam litteralem. ℘ Ad. ij. dicendū q̄ ratio illa ꝓcederet si cerimonialia precepta eēnt data solum ad figurandum futurum. non autem ad presentialiter deum colendum. ℘ Ad. iij. dicendum q̄ sicut in legibus humanis dictum est q̄ ī vniuersali habēt rationem non autē q̄tum ad pticulares cōditiones. sed hec sunt ex arbitrio instituentium. Ita etiam multe pticulares determinationes ī cerimonijs veteris legis non habēt aliquā causam litteralem. sed solum figuralem. in cōmuni vero habent etiā causam litteralem.

Ad tertium sic ꝓceditur.

Videtur q̄ nō possit cōueniens ratio assignari cerimoniarum que ad sacrificia ptinent. Ea enī q̄ in sacrificium

offerebãtur. sunt illa q̃ sunt necessaria ad sustentãdã humanã vitã. sicut animalia q̃dã ⁊ panes quidã. sz deus tali sustentamẽto nõ indiget. ꝟm illud ps. Nũquid mãducabo carnes tauroꝝ. aut sanguinẽ hyrcoꝝ porabo? ergo incõuenienter hmõi sacrificia deo offerebant. Ꝓre. in sacrificiũ diuinũ nõ offerebat nisi d̃ tribus generibus animaliũ quadrupedũ. s. de genere bouum. ouium ⁊ capraꝝ. ⁊ dẽ auibꝫ cõmuniter quidẽ turtur ⁊ colũba. Specialiter aũt in emũdatione leprosi fiebat sacrificiũ de passeribꝫ. multa aũt animalia alia sunt bis nobiliora. Cũ igit̃ omne qd̃ ẽ optimũ deo sit exhibendum. videt̃ ꝙ nõ solũ de istis rebus fuerint deo sacrificia offerenda. Ꝓre. sicut homo a deo habet dominiuz volatiliũ ⁊ bestiarũ. ita etam pisciũm. incõuenienter igitur pisces a diuino sacrificio excludebant. Ꝓre. indifferenter offerri mãdabãtur turtures et colũbe. sicut igit̃ mãdabãt̃ offerri pulli colũbaꝝ. ita etiaz pulli turturũ. Ꝓre. deus ẽ actor vite nõ solũ hominũ sz etiã animaliũ. vt ptz ꝓid qd̃ dicit Gen. j. Moyses autez opponit̃ vite. nõ ergo debuerunt deo offerri animalia occisa. sed magis aãlia viuẽtia. ꝑcipue q̃ etiã Apl's monet Roma. xij. vt exhibeamus corpa nr̃a hostiã viuentez sanctã deo placẽtẽ. Ꝓre. si animalia deo in sacrificiũ nõ offerebantur nisi occisa. nulla videret̃ esse differentia qualiter occidant̃. incõuenienter igitur determinat̃ modus ĩmolationis p̃cipue in auib⁹. vt ptz Leuit. j. Ꝓre. oĩs defectus animalis via ẽ ad corruptionẽ ⁊ mortẽ. si igitur animalia occisa deo offerebantur. incõueniens fuit ꝓhibere oblationẽ animalis imꝑfecti. puta claudi. aut ceci. aut aliter maculosi. Ꝓre. illi qui offerunt hostias deo debent de eis participare. ꝟm illud Apl'i. j. ad Cor. x. Nonne qui edunt hostias ꝑticipes sunt altaris? incõuenienter igitur quedã ꝑtes hostiaꝝ offerentiꝫ subtrahebant̃. sz sanguis ⁊ adeps. pectusculũ ⁊ armꝰ dexter. Ꝓre. sicut holocaustia offerebãt̃ in honorẽ dei. ita etiã hostie pacifice ⁊ hostie ꝓ peccato. sed nullũ animal feminini sexus offerebat̃ deo in holocaustũ. fiebant tñ holocausta tam d̃ quadrupedibus q̃z de auibus. ergo incõuenienter in hostias pacificis ⁊ ꝓ peccato offerebãtur animalia feminini sexus. ⁊ tamen in hostijs pacificis nõ offerebãtur aues. Ꝓre. omnes hostie pacifice vnius generis esse videntur. non ergo debuit poni ista differẽna ꝙ quorũdã pacificorũ carnes nõ possent vesci in crastino. quorũdam aũt possent vt mãdat̃ Leuit. vij. Ꝓre. omnia peccata ĩ hoc ꝙueniunt ꝙ a deo auertunt. ergo ꝓ omnibus peccatis in dei reconciliationez vnũ genus sacrificij debuit offerri. Ꝓre. omnia animalia que offerebãtur in sacrificiũ. vno modo offerebãtur sz occisa. nõ videtur cõueniẽs ꝙ de terra nascentibus diuersimode fiebat oblatio. nunc enĩ offerebãtur spice. nunc simula. nunc panis. quãdoq̃ quidẽ coctus ĩ clibano. quãdoq̃ in sartagine quãdoq̃ in craticula. Ꝓre. omnia q̃ in vsum nostrũ. venũt a deo recognoscere debemus. incõueniẽter ergo ꝑter animalia solũ hec deo offerebãtur panis. vinũ. oleũ. thus. ⁊ sal. Ꝓre. sacrificia corꝑalia exprimũt interius sacrificiũ cordis quo homo spiritũ suum offert deo. sed in interiori sacrificio plus est de dulcedine quaz repsentat mel. q̃z de mordacitate quã repsentat sal. Dicitur enĩ Eccl. xliij. Spiritus meus sup mel dulcis. ergo incõueniẽter ꝓhibebatur in sacrificio apponi mel et fermentũ. qd̃ etiam facit panem sapidũ. ⁊ ꝑcipiebatur ibi apponi sal. qd̃ ẽ mordicatiuũ. ⁊ thus qd̃ habet saporẽ amarum. videtur ergo ꝙ ea que ꝑtinent ad cerimonias sacrificioꝝ non habeant rationabilẽ causam. Sed ꝓtra ẽ qd̃ dicit̃ Leuit. j. Oblata omnia adolebit sacerdos sup altare in holocaustũ ⁊ odorẽ suauissimũ domino. Sed dicit̃ Sap̃. vij. Neminẽ diligit deus nisi cum sapiẽtia inhabitat. ex quo potest accipi ꝙ quicquid ẽ deo acceptum ẽ cũ sapiẽtia. ergo ille cerimonie sacrificioꝝ cum sapiẽtia erãt vel vt habẽtes rationabiles causas. Rñ. dõm ꝙ sicut supra dictũ ẽ. cerimonie veteris legis duplicẽ causam habebant. vnam sz litteralem ꝟm ꝙ ordinabãtur ad cultũ dei. Aliam vero figuralẽ siue mysticã ꝟm ꝙ ordinabant̃ ad figurandũ xp̃m. Et ex vtraq̃ ꝑte potest cõuenienter assignari causa cerimoniarũ que ad sacrificia ꝑtinebãt. ꝟm enĩ ꝙ sacrificia ordinabãtur ad cultũ dei. causa sacrificiorũ dupliciter accipi potest. Uno modo ꝟm ꝙ ꝑ sacrificia sacrificiũ offerens. ad rectam aũt ordinationem mentis ĩ deum pertinet ꝙ omnia q̃ homo habet recognoscat a deo tanq̃z a primo principio. ⁊ ordinet in deũ tanq̃z in vltimũ finem. ⁊ hoc repsentabatur in oblationibus ⁊ sacrificijs ꝟm ꝙ homo ex rebus suis quasi in recognitionẽ ꝙ habet ea a deo. ĩ honorẽ dei ea offerebat. ꝟm ꝙ dixit Dauid j. Paral. xxix. Tua sunt omnia ⁊ que d̃ manu tua accepimus dedimus tibi. ⁊ ideo in oblatiõe sacrificioꝝ ꝓtestabatur homo ꝙ deus esset ꝓmũ ꝓncipiũ creatiõis rerũ ⁊ vltimus finis ad quẽ essent oĩa referenda. ⁊ q̃ ꝑtinent ad rectã ordinationem mentis in deũ. vt mens humana nõ recognoscat alium primũ actorẽ rerum nisi solũ deum. neq̃z in aliquo alio finez suum ꝓstituat. ꝓpter hoc ꝓhibebatur in lege offerre sacrificiũ alicui alteri nisi deo. ꝟm illud Exo. xxij. Qui immolat dijs occidetur ꝑter dño soli. ⁊ ideo de causa cerimoniaꝝ circa sacrificia potest assignari ratio. Alio modo ex hoc ꝙ ꝑ hmõi homines retrahebant̃ a sacrificijs idolorũ. vnde etiam ꝑcepta de sacrificijs non fuerunt data populo iudeoꝝ nisi postq̃z declinauit ad idolatriã adorando vitulũ ꝙflatile. quasi hmõi sacrificia sint instituta vt populus ad sacrificandũ ꝓmptus huiusmodi sacrificia magis deo q̃z idolis offerret. vñ dicit̃ Iere. vij. Non sum locutus cũ patribus vestris. ⁊ non precepi eis in die qua eduxi eos de terra egypti de verbo holocaustomatũ ⁊ victimarũ. Inter omnia autez dona que deus humano generi iam ꝓ peccatum lapso dedit ꝑcipuũ ẽ ꝙ dedit filiũ suum. vñ dicitur Joh. iij. Sic deꝰ dilexit mundum vt filiũ suum vnigenitũ daret. vt oĩs qui credit in ipm non pereat. sed habeat vitam eternam. ⁊ ideo potissimũ sacrificium ẽ quo ipe xp̃s seipm obtulit deo in odorẽ suauitatis. vt dicitur ad Ephe. v. et ꝓpter hec omnia alia sacrificia offerebãtur in veteri lege. vt hoc vnum singulare ⁊ ꝑcipuum sacrificium figuraret̃ tanq̃z ꝑfectum ꝓ imperfecta. vnde Apl'us dicit ad Hebr. x. ꝙ sacerdos veteris legis ealdẽ sepe offerebat hostias que nunq̃z possunt auferre peccata. xp̃s autem ꝓ peccatis obtulit vnã in sempiternũ. ⁊ quia ex figurato sumit̃ ratio figure. ideo rationes sacrificioꝝ figuraliũ veteris legis sunt sumende ex vero sacrificio xp̃i. Ad. j. ergo dõm ꝙ deus non volebat hmõi sacrificia sibi offerri ꝑter ipas res que offerebãtur quasi eis indigeret. vnde dicit̃ Esa. j. Holocausta arietũ ⁊ adipem pinguium. ⁊ sanguinẽ vitulorum ⁊ hyrcoꝝ. et agnoꝝ nolui. sed volebat ea sibi offerri. vt supra dictuz ẽ. tum ad excludendũ idolatriam. tum ad significandũ debitum ordinẽ mentis humane in deũ. tum etiã ad significandum mysterium redẽptionis hũane facte per xp̃m. Ad. ij. dõm ꝙ q̃tum ad omnia ꝓdicta ratio cõueniẽs fuit quare ista animalia offerebãtur deo in sacrificium. ⁊ non alia. primo quidẽ ad excludendũ idolatriã. q̃ omnia

alia animalia offerebāt idolatre dijs suis. vel eis ad maleficia vtebātur. ista aūt animalia apud egyptios cū quib⁹ cōuersati erant abominabilia erant ad occidendū. vnde ea non offerebāt in sacrificium dijs suis. vnde dicit Exo. viij. Abominationes egyptioꝝ imolabimus dño deo nostro. oues enī colebāt hyrcos venerabātur. q⁹ in eoꝝ figura demones apparebāt. Bobus etiā vtebātur ad agriculturam quā inter res sacras habebāt. Sc̄o hoc conueniens erat ad p̄dictam ordinationem mentis in deum. & hoc duplicater. Primo quidem quia huiusmodi animalia maxime sunt p̄ que sustentatur humana vita. & cū hoc mundissima sunt. & mundissimū habent nutrimentum. Alia vero animalia vel sunt siluestria & nō sunt cōmuniter hominū vsui deputata. vel si sunt domestica. imundū habēt nutrimentū. vt porcus & gallina. solum autē id qđ ē purum deo est attribuendū. hmōi autem aues specialiter offerebātur. quia habentur in copia i terra promissionis. Secundo quia p̄ imolationem huiusmodi animaliū puritas mentis designatur. quia vt dicitur in glo. Leuit. j. Vitulum offerimus cum carnis superbiam vincimus. agnuz cū irrationabiles motus corrigimus. bedū cum lasciuiā superamus. turturem dum castitatem seruamus. panes azimos cū in azimis sinceritatis epulamur. In colūba vero manifestum est q̄ significat castitatē & simplicitas mētis. Tertio vero cōuenienter fuit hec animalia offerri i figuram xp̄i. quia vt i eadem glo. dicitur. Christus in vitulo offertur p̄pter virtutē crucis. in agno p̄pter innocētiā. in ariete p̄pter principatum. in hyrco p̄pter similitudinē carnis peccati. In turture & columba duarum naturarū coniunctio monstratur. vel in turture castitas. in colūba charitas significatur. in similagine aspersionem credentium p̄ aquam baptismi figurabatur. Ad iij. dōm q̄ pisces q̄ in aqua viuūt magis sunt alieni ab homine q̄z cetera animalia que viuūt in aere sicut & homo. et iterum pisces ex aqua extracti statim moriuntur. vnde nō poterant i templo offerri sicut alia animalia. Ad iiij. dōm q̄ i turturibus meliores sunt maiores q̄z pulli. in columbis autez ecōuerso. & ideo vt rabi Moyses dicit. mādāt offerri turtures & pulli columbarū. quia omne qđ est optimuz deo est attribuēdū. Ad v. dōm q̄ animalia in sacrificiū oblata occidebātur. quia veniūt in vsum hoīs occisa. Vnde q̄a deo dātur homini ad esum. & ideo etiam igni cremabant. quia p̄ ignem decocta fiunt apta humano vsui. Similiter etiam p̄ occisionem animaliū significat destructio peccatorū. & q̄ homines erāt digni occisione p̄ peccatis suis ac si illa animalia loco eoꝝ occiderentur ad significanduz expiationē peccatorum. per occisionem etiam huiusmodi animalium significabatur occisio xp̄i. Ad vj. dōm q̄ specialis modus occidendi animalia imolata determinabatur in lege ad excludenduz alios modos quibus idolatre aīalia idolis imolabāt. Vel etiā vt rabi Moyses dic. lex elegit genus occisiōis quo animalia minus affligebātur occisa. p̄ quod etiam excludebatur īmisericordia offerentium. & deterioratio animaliū occisoꝝ. Ad vij. dōm q̄ quia animalia maculosa solent haberi p̄temptui etiam apud homines. ideo p̄hibitum est ne deo in sacrificiū offerentur p̄pter quod etiam p̄hibitum erat ne mercedem p̄stibuli aut precium carnis in domū dei offerrent. & eadē etiam ratione non offerebāt animalia ante septimū diē. qua talia animalia erant quasi abortiua nondum plene p̄sistentia p̄pter teneritudinem. Ad viij. dōm q̄ triplex erat sacrificioꝝ genus. quoddā erat qđ totum cōburebat & hoc dicebatur holocaustū quasi totum incensum. hmōi enī sacrificium offerebatur deo specialiter ad reuerentiaz maiestatis ipius & amorē bonitatis eius. & cōueniebat perfectionis statui in impletione p̄siliorum. & ideo totum cōburebatur. vt sicut totum animal resolutū in vaporē sursum ascēdebat. ita etiā significaretur totum hoīem et oīa que ipsius sunt dei dominio esse subiecta. & ei esse offerēda. Aliud autem erat sacrificiū p̄ peccato qđ offerebatur deo ex necessitate remissionis peccati. & cōueniebat statui penitentiū in satisfactiōe peccatorum qđ diuidebatur in duas ptes. Nam vna ps eius cōburebatur. alia vero cedebat in vsum sacerdotum ad significandum q̄ expiatio peccatoꝝ fit a deo p̄ ministerium sacerdotum. nisi quādo offerebatur sacrificium p̄ peccato totius populi. vel specialiter p̄ peccato sacerdotis. tunc enim totum cōburebatur non enī debebant in vsum sacerdotum venire ea que pro peccato eorū offerebātur vt nihil peccati in eis remaneret & quia hoc non esset satisfactio p̄ peccato. si enim cederet i vsum eorum p̄ quoꝝ peccatis offerebat. idem esse videretur ac si non offerretur. Tertium sacrificiū vocabatur hostia pacifica. que offerebatur deo vel p̄ gratiarū actiōe. vel p̄ salute & p̄speritate offerentium ex debito beneficij vel accipiendi vel accepti. & p̄fecit statui p̄ficientium i impletione mandatoꝝ. & ista diuidebantur in tres partes. Nam vna ps incendebatur ad honorem dei. alia ps cedebat in vsum sacerdotum. tertia vero ps in vsum offerentium ad significandum q̄ salus hominis p̄cedit a deo dirigentib⁹ ministris dei. & cooperantibus ipis hominib⁹ qui saluātur. Hoc autē generaliter obseruabat q̄ sanguis & adeps non veniebāt nec in vsum sacerdotum nec in vsum offerentiū sz sanguis effundebatur ad crepitudinē altaris in honorē dei. adeps vero adurebat in igne. Cuius ratio vna q̄dē fuit ad excludendū idolatriā. Idolatre enī libebāt de sanguine victimaꝝ & comedebāt adipes. Vnde illd Deutero xxxij. De quoꝝ victimis comedebant adipes. & bibebāt vinū libaminū. Sc̄da ratio ē ad informationem humane vite. Prohibebat enī eis vsus sanguinis ad hoc q̄ horrerent humani sanguinis effusionē. vnde dicit Gen ix. Carnē cū sanguine nō comedetis. sanguinē enim aīaꝝ vestraꝝ requiram. Esus vero adipū p̄hibebat eis ad vitandū lasciuiā. vñ dicit Ezech. xxxiij. Quod crassum erat occidebatis. Tertia vero ratio ē p̄pter reuerētiā diuinaz. q⁹ sanguis ē maxime necessarius ad vitā rōne cui⁹ dr aīa esse i sanguine. adeps aūt abundantiā nutrimēti demonstrat. & ideo vt ostenderet q̄ a deo nobis ē & vita & oīs bonoꝝ sufficiētia. ad honorē dei effundebat sanguis & adurebat adeps. Quarta ratio ē. q⁹ p̄ hoc figurabatur effusio sanguinis xp̄i. & pinguedo charitatis ei⁹ p̄ quā se obtulit deo p̄ nobis. De hostijs aūt pacificis in vsum sacerdotis cedebat pectusculū & armus dexter ad excludēdū quādaz diminutiōis speciē q̄ vocat spatulamātia. q⁹ sz in spatulis animaliū imolatoꝝ diuinabāt. & similiter i osse pectoris. & ideo ista offerentibus subtrahebant. Per hoc etiaz significabat q̄ sacerdoti erat necessaria sapiēta cordis ad instruendū populū. qđ significabat p̄ pect⁹ qđ ē regimētum cordis. & etiā fortitudo ad sustentandum defect⁹. que significat per armū dextr̄. Ad ix. dōm q̄ q⁹ holocaustū erat p̄fectissimū i⁹ sacrificia. ideo non offerebat in holocaustū nisi masculū. nā femina ē animal imp̄fectū. Oblatio aūt turturū & colūbaꝝ erat p̄ paupertatē offerentiū. q⁹ maiora aīalia offerri nō poterant. & q⁹ hostie pacifice gratis offerebāt & nullius eas offerre cogebat nisi spōtaneus

ideo hmõi aues nõ offerebañ inter hostias pacificas. sz iter holocausta ⁊ hostias p peccato quas qñqz oportebat offerre. Aues etiã hmõi ꝓpter altitudinẽ volatus ꝑgruũt pfectionẽ holocaustoꝝ ⁊ etiã hostijs p peccato. qz habent gemitũ p cantu. Ad.x. dõm q inter oĩa sacrificia holocaustum erat pcipuũ qz totum cõburebatur in honorem dei ⁊ nihil ex eo comedebatur. Scõm vero locũ in sanctitate tenebat hostia p peccato. que comedebañ soluz ĩ atrio a sacerdotib⁹ in ipsa die sacrificij. Tertiũ vero gradũ tenebãt hostie pacifice p gratiarũactione q̃ comedebãtur ipo die. sz vbiqz ĩ hierusalẽ. Quartũ vero locũ tenebant hostie pacifice ex voto. quoꝝ carnes poterãt enaz in crastino comedi. Et ẽ rõ hui⁹ ordinis qz maxime obligatur homo deo ꝓpter eius maiestatẽ. scõo ꝓpter offensam cõmissam. tertio ꝓpter beneficia iam suscepta. quarto ꝓpter bñficia sperata. Ad.xj. dõm q peccata aggrauañ ex statu peccatis vt supra dictum ẽ. ⁊ ideo alia hostia mandabatur offerri p peccato sacerdotis ⁊ principis. vel alterius priuate psone. Est autez attendendũ vt rabi Moyses dicit. q̃to grauius erat peccatũ tãto vilioz speciꝭ aãlis offerebatur p eo. vñ capra qñ ẽ vilissimũ aãl offerebañ p idolatria qñ est grauissimũ peccatũ p ignorantia vero sacerdotis offerebatur vitulus p negligẽtia aũt principis hyrcus. Ad.xij. dõm q lex ĩ sacrificijs puidere voluit paupertati offerẽtiũ. vt qui nõ posset habere aãl quadrupes saltẽ offerret auẽ. quã qui habere nõ posset saltez offerret panẽ. ⁊ si hũc habere nõ posset saltẽ offerret farinã vel spicas. Causa vero figuralis est. oz panis signficat xp̃m q̃ ẽ panis viuus. vt dz Job. vj. Qui quidẽ erat sicut in spica p statu legis nature in fide patrũ. erat aũt sicut simila in doctrina legis ꝓbetaꝝ. erat aũt sicut panis formatus post humanitatẽ assumptã coct⁹ igne. i. formatus spiritu sancto in clibano vteri virginalis. qui etiã fuit coctus in sartagine p labores quos in mũdo sustinebat in cruce vero quasi ĩ craticula adustus Ad.xiij. dõm q ea que in vsu hois veniũt de terre nascẽtibus. vel sunt in cibũ. ⁊ de bis offerebatur panis vel sunt in potu. ⁊ de bis offerebañ vinũ. vel sunt in cõdimentũ. ⁊ de bis offerebañ oleũ ⁊ sal vel sunt in medicamẽtum. et de bis offerebañ thus qñ est aromaticũ ⁊ ꝓsolidatiuum. Per panẽ aũt figuratur caro xp̃i. p vinũ aũt sanguis eius p quẽ redẽpti sum⁹. oleum figurat gratiã xp̃i. sal sapientiaz. thus orationem. Ad xiij. dõm q mel nõ offerebañ in sacrificijs dei. tum quia ꝓsueuerat offerri in sacrificijs idoloꝝ. tum etiaz ad excludendũ omnez carnalẽ dulcedinẽ ⁊ voluptatẽ ab bis qui deo sacrificare intẽdunt. fermentũ vero non offerebañ ad excludendũ corruptionẽ. ⁊ forte etiã in sacrificijs idoloꝝ solitũ erat offerri. sal autez offerebatur qz impedit corruptionẽ putredinis. sacrificia autẽ dei debẽt eẽ incorrupta et etiã qz in sale significañ discreto sapiẽtie. vel etiã mortificatio carnis. thus aũt offerebañ deo ad designãdũ devotionẽ mẽtis q̃ ẽ necessaria offerẽtib⁹. ⁊ etiã ad designã dũ odorẽ bone fame. nã thus ⁊ pingue ẽ ⁊ odorifeꝝ. ⁊ qz sacrificiũ zelotipie nõ ꝓcedebat ex deuotiõe. sz magis ex suspitione. ideo in eo nõ offerebatur thus.

Ad quartum sic procedit

Videtur q̃ cerimoniaꝝ veteris legis q̃ ad sacra ptinent sufficiens ratio assignari nõ possit. Dicit enim Paulus Act. xvij. Deus q̃ fecit mũdũ et oĩa que ĩ eo sunt. hic celi et terre cum sit dñs nõ in manufactis templis habitat. in cõcmẽter igit ad cultũ dei tabernaculũ vel tẽplũ in lege veteri ẽ institutũ. Pre. status veteris legis nõ fuit immutatus nisi p xpm. sz tabernaculũ designabat statũ veteris legis. non ergo debuit mutari p edificationẽ alicuius tẽpli. Pre. diuina lex pcipue debet hoĩes inducere ad diuinũ cultum. sz ad augmentũ diuini cult⁹ ptinet q̃ fiãt multa altaria et multa tẽpla. sicut patz in noua lege. ergo videt q̃ etiã in veteri lege nõ debuit esse solũ vnum templũ. aut vnũ tabernaculũ sz multa Pre. tabernaculum seu tẽplũ ad cultũ dei ordinabatur. sz in deo pcipue oportet venerari vnitatẽ ⁊ simplicitatẽ. nõ videt igit fuisse ꝙuenies vt tabernaculũ seu tẽplum p quedã vela distingueretur. Pre. virtus primi mouẽtis qui ẽ de⁹ primo apparet in pte oriẽtis a qua pte incipit prim⁹ motus. sz tabernaculũ fuit institutũ ad dei adoratiõnẽ. ergo debebat esse dispositũ magis versus orientẽ q̃z versus occidẽtem. Pre. Exo. xx. dñs pcepit vt non faceret sculptile neqz aliquã similitudinẽ. incõuenienter igitur ĩ tabernaculo vel in tẽplo fuerunt sculpte imagines cherubin. similiter etiam et arca ⁊ ꝓpiatoriũ ⁊ candelabrũ ⁊ mensa et duplex altare sine rõnabili causa ibi fuisse videt. Pre. Domin⁹ pcepit Exo. xx. Altare de terra facietis mihi. et itez. Nõ ascẽdes ad altare meũ p gradus incõuenienter igit mãdatur posimodũ altare fieri de lignis. auro vel ere cõtectis. ⁊ tãte altitudinis vt ad illud nisi p gradus ascẽdi nõ posset. Dicit enĩ Exo. xxvij. Facies altare de lignis setbim qñ habebit quinqz cubitos in longitudine. ⁊ totidem in latitudine. et tres cubitos ĩ altitudine. et opies illud ere. et Exo. xxx. dz. Facies altare ad adolendũ thymiama de lignis setbim. vestiesqz illud auro purissimo.

Pre. in opib⁹ dei nihil debet esse superfluũ. qz nec ĩ operibus nature aliq̃d superfluũ inuenit. sed vni tabernaculo vel domui sufficit vnũ operimentũ. incõuenienter igitur tabernaculo fuerũt apposita multa tegimenta. sz coꝛtine saga cilicina. pelles arietũ rubricate ⁊ pelles hyacinthine

Pre. sacratio exterioꝝ interioꝝ sanctitatez significat. cuius subiectũ est aĩa. incõueniẽter igitur tabernaculum et eius vasa ꝓsecrabãtur cuz essent quedã coꝛpa inanimata. Pre. in ps dz. Benedicã dominũ in omni tẽpoꝛe. semp laus ei⁹ in oꝛe meo. sed solẽnitates instituũt ad laudandũ deuz. non ergo fuit ꝙueniens vt aliqui certi dies statuerentur ad solẽnitates pagẽdas. sic igitur videtur q̃ cerimonie sacroꝝ ꝙuenientes causas non habeꝛẽt. Sz ꝓtra ẽ qđ Apls dicit ad Hebꝛe. viij. q̃ illi qui offerũt ꝟm legem munera exemplari ⁊ vmbꝛe deseruiũt celestiuz. sicut responsum ẽ Moysũ cum cõsũmaret tabernaculum. Vide inquit omnia facito ꝟm exemplar qđ tibi in mõte monstratum est. sed valde rationabile est qđ imaginez celestium repsentat. ergo cerimonie sacroꝝ rationabilẽ causam habebãt. Rñ. dõm q totus exterioꝝ cultus dei ad hoc pcipue ordinatur. vt homines deum in reuerentiam habeant. Habet autez hoc humanus affectus vt ea q̃ cõmunia sunt et nõ distincta ab alijs minus reuereatur. ea vero que habent aliquã excellentie discretionem ab alijs magis admiratur et reueretur. et inde etiam hominũ cõsuetudo moleuit. vt reges ⁊ principes quos oportet in reuerentia haberi a subditis ⁊ pcioꝛibus vestibus ornẽtur. ⁊ etiam ampliozes et pulchꝛioꝛes habitationes possideant. et ꝓpter hoc oportuit vt aliqua specialia tẽpoꝛa et speciale tabernaculũ ⁊ specialia vasa et speciales ministri ad cultum dei ordinarentur. vt p hoc animi hominuz ad maioꝛem dei reuerentiaz adducerentur. Similiter etiam stat⁹ veteris legis sicut dictũ ẽ. instituti⁹ erat ad figurãdũ

mysteriū christi. Oportet aūt esse aliquid determinatum id per qđ aliquid figurari debet vt. s. eius aliquam similitudinem repsentet. ⁊ ideo oportuit aliqua specialia observari in his que pertinent ad cultum dei. Ad. j. dicendum q̄ cultus dei duo respicit. s. deum qui colitur ⁊ homines colentes. ipse igitur deus qui colitur nullo corporali loco claudit̄. vnde ꝓpter ipsum non oportuit speciale tabernaculum fieri aut templum. sed homines ipsum colētes corporales sunt. ⁊ ꝓpter eos oportuit speciale tabernaculū vel templum institui ad cultū dei ꝓpter duo. Primo. quidem ad huiusmodi locum cōuenientes cum hac cogitatione q̄ deputarentur ad colendum deū cum maiori reuerentia accederent. Secūdo vt p̄ dispositionem talis templi vel tabernaculi significarentur aliqua ꝓtinentia ad excellentiam diuinitatis vel humanitatis christi. ⁊ hoc est qđ Salomon dicit. iij. Reg. viij. Si celum ⁊ celi celorum te capere non possunt. q̄nto magis domus hec quam edificaui tibi. ⁊ postea subdit. Sint oculi tui apti super domum hanc de qua dixisti. Erit nomen meum ibi vt exaudias deprecationem serui tui ⁊ populi tui israel. Ex quo patet q̄ domus sanctuarij non est instituta ad hoc q̄ deū capiat quasi localiter inhabitantem. sed ad hoc q̄ nomen dei inhabitet ibi. id est. vt noticia dei ibi manifesterur per aliqua que ibi fiebant vel dicebantur. ⁊ q̄ ꝓpter reuerentiam loci orationes fierent ibi magis exaudibiles ex deuotione orantium. Ad. ij. dicendum q̄ status veteris legis nō fuit īmutat⁹ ante christum q̄ntum ad impletionem legis que facta est solum p̄ christum. est tamen īmutatus q̄ntū ad cōditionem populi qui erat sub lege. nam primo populus fuit in deserto non habens certam mansionē. postmodum autem habuerunt varia bella cum finitimis gētibus. Ultimo autem tempore Dauid regis ⁊ Salomonis populus ille habuit quietissimum statum. ⁊ tunc primo edificatum fuit templum īloco quem designauerat Abraam ex diuina demonstratione ad immolandum. Dicitur enim Gen. xxij. q̄ dominus mandauit Abrae vt offeret filium suum in holocaustum super vnū montū quē monstrauero tibi. ⁊ postea dicit q̄ appellauit nomen illi⁹ loci dominus videt. quasi ꝑ dei prouisionē esset locus ille electus ad cultum diuinum. ꝓpter quod dicit Deutero. xij. Ad locum quem elegerit domin⁹ deus vester venietis ⁊ offeretis holocausta ⁊ victimas vestras. Loc⁹ autem ille designari non debuit per edificationē templi ante tempus predictum. ꝓpter tres rationes quas rabi Moyses assignat. Prima ē ne gentes appropriarent sibi locum illum. Secūda est ne gentes ipsum destruerent. Tertia vero ratio est ne quelibet tribus vellet habere locum illum in sorte sua. ⁊ ꝓpter hoc orirēt̄ur lites ⁊ iurgia. ⁊ ideo non fuit edificatum templum donec haberent regem p̄ quez posset huiusmodi iurgium comprimi. antea vero ad cultū dei erat ordinatum tabernaculum portatile per diuersa loca quasi nōdum existente determinato loco diuini cultus ⁊ hec est ratio litteralis diuersitatis tabernaculi ⁊ templi. Ratio aūtez figuralis esse potest. quia per hec duo significatur duplex status. Per tabernaculum enim quod ē mutabile significatur stat⁹ p̄sentis vite mutabilis. Per templum vero qđ erat fixum ⁊ stans significatur status future vite que omnino īmutabilis est. ⁊ ꝓpter hoc ī edificatione templi dicitur q̄ non est auditus sonitus mallei vel securis ad significandum q̄ omnis perturbatiōis tumultus longe erit a statu futuro. Vel per tabernaculuz significatur status veteris legis. Per templum autem a Salomone constructum status noue legis. vnde ad cōstructionē tabernaculi soli iudei sunt operati. ad edificationē vero tēpli cooperati sunt etiaz gentiles. s. thyri ⁊ sidonij. Ad. iij. dicendum q̄ ratio vnitatis templi vl̄ tabernaculi p̄t esse ⁊ literalis ⁊ figuralis. Litteralis q̄dē est rō ad excludendā idolatrie. quia gentiles diuersis diis diuersa tēpla cōstituebant. ⁊ ideo vt firmaretur in animis hoīuz fides vnitatis diuine. voluit deus vt in vno loco tm̄ sibi sacrificiū offerretur. ⁊ iterū vt per hoc ostenderet q̄ corporalis cultus non ꝓpter se erat acceptus ei. ⁊ ideo cōpescebāt ne passim ⁊ vbiq̄ sacrificia offerrent. sed cultus noue legis in cuius sacrificio spiritualis gratia cōtinetur. est ꝑm se deo acceptus. ⁊ ideo multiplicatio altariū et templorū acceptatur in noua lege. q̄ntum vero ad ea que ptinebāt ad spiritualem cultum dei. qui cōsistit in doctrina legis ⁊ ꝓphetaz. erant etiam in veteri lege diuersa loca deputata in quibus conueniebant ad laudem dei que dicebantur synagoge. sicut ⁊ nunc dicūtur ecclesie in quibus populus christianus ad laudez dei cōgregatur. ⁊ sic ecclesia nostra succedit in locum ⁊ templi ⁊ synagoge. quia ipsum sacrificium ecclesie spirituale ē. vnde non distinguitur apud nos locus sacrificij a loco doctrine. Ratio autem figuralis esse potest. quia p̄ hoc significabatur vnitas ecclie vel militantis vel triumphātis. Ad. iij. dicendum q̄ sicut ī vnitate templi vel tabernaculi representabatur vnitas dei vl̄ vnitas ecclesie. ita etiam in distinctione tabernaculi vel tēpli representabatur distinctio eorum que deo sunt subiecta. ex quibus in dei venerationem cōsurgimus. Distinguebatur autem tabernaculum in duas partes. in vnaz que vocabatur sancta sanctorum. que erat occidētalis. et aliam que vocabatur sancta que erat ad orientem. ⁊ ideꝫ ante tabernaculum erat atrium. Dicit igitur distinctio duplicem rationem. vnam quidem ꝑm q̄ tabernaculū ordinatur ad cultū dei. sic enī diuerse ptes mūdi in distinctione tabernaculi figurātur. naz pars illa que sancta sanctorum dicitur figurabat seculum altius qđ est spiritualiuz substātiaruz. Pars vero illa que dicitur sancta exprimebat mundum corporalem. ⁊ ideo sancta a sanctis sanctorū distinguebaī quodā velo qđ q̄ttuor coloꝛib⁹ erat distinctū p̄ q̄s q̄ttuor elemēta designāī. scz bysso p̄ q̄ designaī terra q2 byssus. i. linū de terra nascit. purpura per quā significatur aqua. fiebat enim purpureus color ex quibusdam conchis que inueniuntur in mari. Hyacinctho p̄ quē significatur aer. quia habet aereum colorem. et cocco bis tincto per quem designatur ignis. et hoc ideo. quia materia quattuor elementorum ē impedimentū p̄ qđ velātur nobis incorporales substātie. et ideo in interius tabernaculum. i. ī sancta sanctorū solus summ⁹ sacerdos et semel in anno introibat. vt designaretur q̄ hec finalis perfectio hominis ē vt ad illud seculum introducatur. in tabernaculum vero exterius. id ē. in sancta introibant sacerdotes quotidie. non autem populus qui. solum ad atrium accedebat. quia ipsa corporalia populus ꝓpere potest. ad interiores autem eorum rationes soli sacerdotes p̄ considerationem attingere possunt. Secūm vero rationem figuralem per exterius tabernaculum qđ dicitur sancta significatur status veteris legis. vt Apostolus dicit ad Hebre. ix. quia ad illud tabernaculum semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia cōsūmantes. Per interius vero tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum significaī vel celestis gloria. vel etiam status spūalis noue legis qui est quedam inchoatio future glorie in quem statum nos

christ⁹ introduxit.qđ figurabatur per hoc q̄ sūmus sacerdos semel in anno solus in sancta sanctorū intrabat. Velum autem figurabat spūalium occultationem sacrificiorum in veteribus sacrificijs.quod velum quattuor coloribus erat ornatum.byssō quidem ad designandum carnis puritatem.purpura autem ad figurandum passiōes quas sancti sustinuerunt p̄ deo.coco bis tincto ad significandum charitatem geminā dei ⁊ p̄rimi. hyacintho aūt significabatur celestis meditatio. Ad statum autez veteris legis aliter se habebat populus ⁊ aliter sacerdotes.nā populus ipa corporalia sacrificia considerabat que i atrio offerebātur.sacerdotes vero rationem sacrificiorū considerabant habentes fidem magis explicitā de mysterijs christi.⁊ ideo intrabāt in extremis taberuaculum .quod eniz quodam velo distinguebatur ab atrio.quia quedā erant velata populo circa mysterium christi que sacerdotibus erant nota.nō tamen eis erāt plene reuelata sicut postea in nouo testamento. vt habetur Ephe. iij. Ad.v. dōm q̄ adoratio ad occidentem fuit introducta in lege ad excludendā idolatriā.nam omnes gentiles in reuerētiā solis adorabant ad orientē.vnde dicitur Ezech.viij.q̄ quidaz habebāt dorsa contra templum domini ⁊ facies ad orientem.⁊ adorabāt ad ortum solis.vnde ad hoc excludendū tabernaculum habebat sancta sanctorū ad occidentem.vt versus occidentē adorarent.Ratio etiam figuralis esse p̄t quia totus status p̄rioris tabernaculi ordinabatur ad significandū mortem christi.que figuratur p̄ occasum .ſm illud p̄s. Qui ascendit sup occasum dominus nomē illi. Ad.vj. dōm q̄ eorum que in tabernaculo cōtinebant ratio reddi potest ⁊ litteralis ⁊ figuralis. Litteralis quidē per rationem ad cultū diuinum.⁊ quia dictum ē q̄ per tabernaculum interius qđ dicebatur sancta sanctorū signi-
ficabatur seculum altius spiritualium substantiarū .ideo in illo tabernaculo tria cōtinebātur.s.arca testamenti i q̄ erat vrna aurea habens mānā.⁊ virga Aaron que frōduerat.⁊ tabule i quibus erant scripta decem p̄cepta legis. Hec autē arca sita erat inter duos cherubim qui se mutuis vultibus respiciebant .⁊ sup arcam erat q̄uedaz tabula lapidea que dicebatur p̄piatorium super alas cherubim.quasi ab ipsis cherubim portaretur ac si imaginaretur q̄ illa tabula esset sedes dei. vnde ⁊ p̄piatoriuz dicebatur quasi ex inde populo p̄piaretur ad p̄ces sūmi sacerdotis.⁊ ideo quasi portabaf a cherubim quasi deo obsequentib⁹. Arca vero testamenti erat tanq̄ scabellum sedentis supra p̄piatorū. Per hec autē tria designanf tria que sunt in illo altiori seculo.s. deus qui super omnia ē ⁊ incōprehensibilis omni creature.⁊ p̄pter hoc nulla similitudo eius ponebatur ad rep̄sentandum eius inuisibilitatem.sed ponebatur quedam figura sedis eius. quia.s. creatura cōprehensibilis est q̄ est subiecta deo sicut sedes sedenti. Sunt etiam in illo altiori seculo spirituales substantie que angeli dicūtur.⁊ hi significātur per duos cherubim mutuo se respicientes.ad designandū concordiam eorum ad inuicem.ſm illud Job.xxv. Qui facit concordiam in sublimibus.⁊ p̄pter hoc etiam non fuit vnus tm̄ cherub vt designaretur multitudo celestiuz spirituū. ⁊ excluderetur cultus eor̄ ab his quibus p̄ceptum erat vt solum vnum deum colerēt. Sunt etiam in illo intelligibili seculo rationes omniū eorū que in hoc seculo p̄ficiūtur quodāmodo clause sicut rationes effectuum claudūtur i suis causis.et rationes artificiator̄ in artifice.⁊ hoc significatur per arcam in qua rep̄sentabantur per tria ibi cōtenta.tria que sunt potissima in rebus humanis.s. sapiē-
tia que rep̄sentabatur per tabulas testamēti.potestas regiminis que rep̄sentabatur per virgam Aaron. vita que rep̄sentabatur p̄ manna quod fuit sustamentū vite. Vel per hec tria significabātur tria dei attributa s. sapientia in tabulis.potentia in virga.bonitas in manna.tum p̄pter dulcedinem.tum quia ex dei misericordia erat populo datum.⁊ ideo in memoriam diuine misericordie p̄se ruabatur.⁊ hec tria etiam figurata sunt i visione Esaie. Vidit enī dominū sedentem super soliū excelsum ⁊ eleuatum ⁊ seraphim assistētes ⁊ domuz implerī a gloria dei.vnde et seraphin dicebāt. Plena ē omnis terra gloria eius .⁊ sic similitudines seraphin non ponebātur ad cultum qđ p̄hibebatur primo legis p̄cepto . sed in signum ministerij vt dictuz ē. In exteriori vero tabernaculo qđ significabat p̄sens seculū p̄tinebantur etiam tria.s.altare thymiamatis qđ directe erat cōtra arcam. Mensa aurē p̄positionis super quam .xij. panes apponebantur erat posita ex parte aquilonari. Candelabrū vero ex parte australi. Que tria videtur respondere tribus que erāt in arca clausa.ſz magis manifeste eadem rep̄sentabāt.oportet enim rationes rerum ad manifestiorem demōstrationem p̄duci q̄s sint i mēte diuina ⁊ angelorum ad hoc q̄ homines sapientes eas cognoscere possint.qui significātur per sacerdotes ingredientes tabernaculū. In candelebro igitur designabatur sicut in signo sensibili.sapientia que itelligibilib⁹ verbis exprimebatur in tabulis. Per altare vero thymiamatis significabaf officium sacerdotū quorum erat populuz ad deum reducere.⁊ hoc etiam significabaf per virgam.nam i illo altari imēdebaf thymiama boni odoris.p̄ qđ significabatur sanctitas populi acceptabilis deo. Dicitur enī Apoc.viij.q̄ p̄ fumum aromatum significātur iustificationes sanctor̄ Conuenienter autem sacerdotis dignitas in arca significabaf p̄ virgaz.in exteriori vero tabernaculo p̄ altare thymiamatis.qz sacerdos mediator est inter deum ⁊ populum regēs populum p̄ potestatem diuinam quā virga significat.⁊ fructum sui regiminis.s.sanctitatem populi acceptā deo offerret quasi in altari thymiamatis. Per mensam autem significatur tēporale nutrimentum vite sicut ⁊ per mānа .sed hoc est conuenientius ⁊ grossius nutrimentum.illud autem suauius ⁊ subtilius. Conuenienter autem cādelabrum ponebatur ex parte australi.mensa autem ex p̄te aquilonari.quia australis pars ē dextra pars mūdi.aquilonaris autem sinistra.vt dicitur in.ij. de celo ⁊ mūdo.sapientia autem p̄tinet ad dextrā sicut ⁊ cetera spiritualia bona.temp̄ale autē nutrimentum ad sinistraz.ſm illud Prouer.iij. In sinistra illius diuitie ⁊ gloria. Potestas autem sacerdotalis media est inter tēporalia ⁊ spūalem sapientiam.qz eam ⁊ spūalis sapientia ⁊ tēporalia dispensantur. Potest autē ⁊ horuz alia ratio assignari magis litteralis. In arca enim p̄tinebātur tabule legis ad tollendaz legis oblitionē.vnde dr Exo.xxxiij. Dabo tibi duas tabulas lapideas et legem ac mandata q̄ scripsi vt doceas filios israel. Virga vero Aaron ponebaf ibi ad cōprimendā dissensionē populi de sacerdotio Aaron.vñ dr Numeri.xvij. Refer virgā Aaron in tabernaculū testimonij vt reseruef in signū rebelliū filioz isral. Māna aūt oseruabaf i arca ad cōmemorandū beneficiū qđ dns p̄stitit filijs israel in deserto.vñ dr Exo.xvi. Impleo gomor ex eo ⁊ custodiaf in futuras retrogenerationes vt nouerint panes de quib⁹ alui vos in solitudine. Candelabrū vero erat institutū ad honorificentiā tabernaculi

pertinet enim ad magnificentiã dom⁹ q̃ sit bene lumino/
sa. Habebat autẽ candelabrũ septẽ calamos. vt Josephꝰ
dicit ad significandũ septem planetos quibus totus mũ
dus illuminatur. ⁊ ideo ponebatur cãdelabrum ex parte
australi. quia ex illa parte est nobis planetarum cursus.
Altare vero thymiamatis erat institutum vt iugiter i ta/
bernaculo esset fumus boni odoris. tum ꝓpter vsum/
nem tabernaculi. tum etiam in remedium fetoris quem
oportebat accidere ex effusione sanguinis et ex occisione
animaliũ. Ea enim que sunt fetida despiciuntur quasi vi
lia. que vero sunt boni odoris homines magis appreciã
tur. Mensa autem apponebatur ad significandũ q̃ sacer
dotes templo seruientes in templo victũ habere debẽt
vnde duodecim panes suppositos mense in memoriam
xij. tribuũ. solis sacerdotibus edere licitum erat. vt habet
Matth. xxij. Mensa autẽ non ponebatur directe in me/
dio ante ꝓpiciatorium ad excludendum ritum idolatrie.
nam gentiles in sacris lune ꝓponebant mensam coram ido
lo lune. vnde dicitur Hiere. vij. Mulieres conspergunt
adipem vt faciant placentas regine celi. In atrio vero ex
tra tabernaculum ꝓtinebatur altare holocaustorum in q̃
offerebãtur deo sacrificia de bis que erãt a populo possef/
sa. ⁊ ideo in atrio poterat eẽ populus qui huiusmodi deo
offerebat p̃ manus sacerdotum. sed ad interius altare i q̃
ipa deuotio ⁊ sanctitas populi deo offerebatur. non pote
rant accedere nisi sacerdotes quorum erat deo offerre po/
pulum. Est autem hoc altare extra tabernaculũ i atrio cõ
stitutum ad remouendum cultũ idolatrie. nã gentiles in
fra templa altaria ꝓstituebãt ad immolandũ idolis. Figura
lis vero ratio omniũ horũ assignari potest ex relatione ta/
bernaculi ad xp̃m qui figurabat. Est aũt cõsiderandũ q̃
ad designandũ imperfectionẽ legaliũ figuraꝝ diuerse fi/
gure fuerũt institute in templo ad significandũ xp̃m. Ipse
enĩ significat p̃ ꝓpiatoriũ. q⁹ ipse est ꝓpiatio p̃ peccatis
nostris. vt dr̃. j. Joh. ij. Et cõuenienter hoc ꝓpiatorium a
cherubin portatur. q⁹ de eo scriptum ẽ. Adorent eum oẽs
angeli dei. vt habet Hebre. j. Ipse etiam significat p̃ arcã
quia sicut arca erat cõstructa de lignis setbim. ita corpus
xpi de membris purissimis ꝓstabat. Erat autem deaura/
ta. quia xp̃s fuit plenus sapientia ⁊ charitate. que p̃ aur̃
significatur. Intra arcam aũt erat virga aurea. id ẽ. lancea
anima habẽs mãna. i. omnez plenitudinẽ sanctitatis ⁊ di
uinitatis. Erat etiã in arca virga. i. potestas sacerdotalis
quia ipe est factus sacerdos in eternũ. Erãt etiã ibi tabu
le testamẽti ad designandũ q̃ ipe xp̃s est legis dator. ipse
etiam xp̃s significatur p̃ candelabrum. q⁹ ipe dicit. Ego
sum lux mũdi. p̃ septem lucernas septem dona sancti spi/
ritus. Ipse etiã significat p̃ mẽsam. q⁹ ipe ẽ spũalis cib⁹.
sm illud Joh. vj. Ego sum panis viu⁹. Duodecim enim
panes significabãt. xij. apostolos vel doctrinam eoꝝ. Si/
ue per cãdelabrũ ⁊ mensam potest significari doctrina et
fides ecclesie q̃ etiã illuminat ⁊ spũaliter reficit. Ipe etiã
xp̃s significat̃ per duplex altare. s. holocaustoꝝ ⁊ thymia/
matis. q⁹ p̃ ipm oportet nos deo offerre omnia virtutum
opa. siue illa quib⁹ carnẽ affligim⁹. que offerunt̃ q̃si in al
tari holocaustoꝝ. siue illa q̃ maiore mẽtẽ ꝓfectione p̃ spũa/
lia ꝓfectoꝝ desideria deo offerũ t̃ in xp̃o quasi in altari thy
miamatis. sm illud ad Hebre. xiij. Per ipm ergo offera/
mus hostiã laudis semp̃ deo. Ad. vij. dom̃ q̃ dns p̃ce/
pit altare ꝓstrui ad sacrificia ⁊ munera offerẽda i honorẽ
dei ⁊ sustẽtationẽ ministroꝝ qui tabernaculo deseruiebãt
De ꝓstructione aũt altaris datur a dño duplex p̃ceptum

Unũ quidẽ in principio legis Exo. xx. Ubi dns manda
uit q̃ facerent altare de terra. vel saltẽ d̃ lapidib⁹ nõ sectis
⁊ itez q̃ nõ facerẽt altare excellum ad q̃d oporteret p̃ gra
dus ascẽdere. ⁊ hoc ad detestandũ idolatrie cultũ. gẽtiles
enĩ idolis ꝓstruebãt altaria ornata et sublimia. in quibus
credebãt aliq̃d sanctitatis ⁊ numinis esse. ꝓpter q̃d etiam
dns mãdauit Deutero. xvj. Nõ plãtabis lucũ ⁊ oẽm ar
borẽ iuxta altare dñi dei tui. Idolatre enĩ cõsueuerũt sub
arboribꝰ sacrificare ꝓpter amenitatẽ ⁊ umbrositatẽ. Quo
rum etiã p̃ceptoꝝ ratio figuralis fuit. q⁹ in xp̃o qui ẽ no
strum altare. debem⁹ ꝓfiteri veram carnis naturã q̃tum
ad humanitatẽ. q̃d ẽ altare de terra facere. ⁊ q̃tũ ad diui
nitatẽ debem⁹ in eo ꝓfiteri patris equalitatẽ. q̃d ẽ nõ ascẽ
dere p̃ gradus ad altare. Nec etiã iuxta xp̃m debemus ad
mittere doctrinã gẽtiliũ ad lasciuiã ꝓuocantẽ. sz facto ta/
bernaculo ad honorem dei nõ erãt timende hmoi occasio
nes idolatrie. et ideo dns mandauit q̃ fieret altare holo/
caustoꝝ de ere q̃d esset omni pplo ꝓspicuũ. ⁊ altare thymi
amatis de auro q̃d soli sacerdotes videbãt. Nec erat rãta
p̃ciositas eris vt p̃ hui⁹ copiã popul⁹ ad aliquã idolatriã
ꝓuocaret̃. sz q⁹ Exo. xx. ponit̃ p̃ rõne huius p̃cepti. Non
ascẽdens p̃ gradus ad altare meũ. id q̃d subdit̃. Ne reue/
let turpitudo tua. ꝓsiderandũ ẽ q̃ hoc etiã fuit institutuz
ad excludẽdũ idolatriã. nã i sacris Priapi sua pudenda
gẽtiles populo denudabãt. postmodũ aũt indict⁹ ẽ sacer/
dotibus feminaliũ vsus ad tegimẽ pudẽdoꝝ. ⁊ ideo sine
piculo institui poterat tãta altaris altitudo vt p̃ aliq̃s gra
dus ligneos nõ stantes. sz portatiles in hora sacrificii sa/
cerdotes ad altare ascenderent sacrificia offerentes. Ad
viij. dom̃ q̃ corpus tabernaculi ꝓstabat ex quibusdã tabu
lis i lõgitudinẽ erectis. q̃ quidẽ interi⁹ tegebãt quibusdaz
cortinis ex q̃tuor coloribus variatis. s. de byssо. retorta. ⁊
hyacintho. ac purpura. coccoq̃ bis tincto. sed hmõi cor/
tine tegebant solum latera tabernaculi. In tecto autez ta/
bernaculi erat operimentum vnum de pellibus hyacinthi/
nis. ⁊ sup̃ hoc aliud de pellib⁹ arietum rubricatis. ⁊ desup̃
tertium de quibusdã sacris ciliciis. que nõ tm̃ operiebant
tectum tabernaculi. sed etiam descendebãt vsq̃ ad terrã.
⁊ tegebãt tabulas tabernaculi exterius. Horũ autẽ ope/
rimentoꝝ ratio litteralis in cõmuni erat ornatus ⁊ protec/
tio tabernaculi vt in reuerẽtia haberetur. In speciali ve/
ro s̃m quosdam p̃ cortinas designabat̃ celũ sidereũ q⁹ ẽ
diuersis stellis variatuz. p̃ saga aque q̃ sunt supra firma/
mentũ. p̃ pelles rubricatas celũ empireũ in q̃ sunt ange
li. p̃ pelles hyacinthinas celũ sancte trinitatis. Figuralis
aũt ratio horũ ẽ. q⁹ p̃ tabulas ex quib⁹ cõstruebatur taber
naculũ significãtur xp̃i fideles ex quibus cõstruitur eccle/
sia. Tegebant̃ aũt interi⁹ tabule cortinis quadricoloribꝰ
q⁹ fideles interius ornant̃ q̃tuor virtutib⁹. nam in byssо
retorta vt glo. dicit. significatur caro castitate remitẽs. in
hyacintho mens supnaicupiẽs. in purpura caro passioni
bus subiacẽs. in cocco bis tincto mens ĩter passiones dei
⁊ ꝓximi dilectione p̃fulgẽs. Per operimenta vero tecti de
signãtur p̃lati ⁊ doctores in quibus debet remittere cele/
stis cõuersatio. q̃d significat̃ p̃ pelles hyacinthinas. ꝓm/
ptitudo ad martyriũ. q̃d significãt pelles rubricate auste
ritas vite ⁊ tolerantia aduersoꝝ. que significant̃ p̃ saga ci
licina q̃ erãt exposita ventis ⁊ pluuijs. vt glo. dicit. Ad
xx. dom̃ q⁹ sanctificatio tabernaculi et vasoꝝ eiꝰ habebat
causam litteralem vt in maiori reuerentia haberetur. q̃li
p̃ hmõi ꝓsecrationem diuino cultui deputatum. Figura
lis aũt rõ ẽ. q⁹ p̃ hmõi sanctificationem significat̃ spualis

sanctificatio viuentis tabernaculi.s. fidelium ex quibus pstituitur ecclesia xpi. ¶Ad.x. dom q in veteri lege erāt septem solēnitates temporales et vna cōtinua. vt potest colligi Numeri.xxviij.z xxix.Erat enim quasi cōtinuum festum.quia quotidie mane z vespere īmolabatur agnus z per illud cōtinuū festum iugis sacrificij representabat perpetuitas diuine beatitudinis.Festoꝝ autem temporalium primum erat quod iterabatur qualibet septimana, z hec erat solēnitas sabbati. qđ celebratur in memoriam creationis rerum.vt supra dictum est.Alia autem solēnitas iterabatur quolibet mēse scz festum neomenie.qđ celebrabatur ad cōmemorandum opus diuine gubernationis.Nam hec inferiora pcipue variātur sm motum lune.z ideo celebrabatur hoc festum in nouitate lune. non autem in eius plenitudine. ad euitandum idolatrarū cultum qui in tali tempore lune sacrificabant.Hec aūt duo beneficia sūt cōmunia toti humano generi. z idco frequētius iterabant.alia vero quinqz festa celebrabātur semel in anno.z recolebantur in eis beneficia specialiter illi populo exhibita.Celebratur enī festum pbase primo mense ad cōmemorandum liberationis beneficium ex egypto. Celebratur autem festum pentecostes post quinquaginta dies ad recolēdum beneficiū legis date. alia vero tria festa celebrabātur in mēse septimo qui quasi totus apud eos erat solēnis sicut z septimus dies.¶In prima enī die mensis septimi erat festum tubarum in memoriam liberationis ysaac quando Abraam īuenit arietem hirrentem cornibus.quē repsentabant per cornua quibus buccinabant.Erat autem festum tubarum quasi quedaz inuitatio vt ppararent se ad sequens festum qđ celebrabat decimo die.z hoc erat festum expiationis ī memoriaz illius beneficij quo deus ppiciatus est peccato populi de adoratione vituli ad preces Moysi.¶Post hoc autez celebrabatur festuz scenophegie.i.tabernaculorum septem diebus ad cōmemorādum beneficium diuine protectionis et deductionis p desertuz vbi in tabernaculis habitauerūt. vnde in hoc festo debebant habere fructum arboris pulcherrime.id ē.citrum z signum tensarum frondium.id est.mirtū.que sunt odorifera,z spatulas palmarum z salices de torrente.que diu retinent suum virorem.z hec inueniuntur in terra promissionis ad significandum qđ p aridam terram deserti eos duxerat deus ad terrā delitiosam.Octauo autez die celebrabat aliud festum scz cetus atqz collecte in quo colligebātur a populo ea que erant necessaria ad expēsas cultus diuini.z significabatur adunatio populi z pax preclita in terra promissionis.Figuralis autē ratio horum festorum ē.quia p iuge sacrificium agni figuratur pperuitas xpi qui est agnus dei . sm illud Hebre. vlt.Jesus xps heri z hodie ipe z in secula.¶Per sabbatū autem designat spūalis requies nobis data p xpm vt habetur ad Hebre.iiij.¶Per neomeniā autem q est incēsio noue lune significat illuminatio primitiue ecclesie p xpm co pdicante z miracula faciente.¶Per festū aūt pentecostes significat descensus spūssancti in aplos .¶Per festuz autē tubaꝝ significat pdicatio aplorꝝ.¶Per festū aūt expiationis significat emundatio a peccatis populi christiani. ¶Per festū autē tabernaculoꝝ peregrinatio eorꝝ ī hoc mūdo in quo ambulant in virtutib⁹ proficiendo.¶Per festum aūt cetus atqz collecte significat congregatio fidelitū i regno celoꝝ.z ideo istud festū dicebat sanctissimū esse.z hec tria festa erant cōtinua ad inuicē.q2 oportet expiatos a vitijs pficere in virtute quousqz perueniant ad dei visionē. vt dicitur in ps.

Ad quintum sic ꝓceditur

Videtur q sacramentoꝝ veteris legis conueniens causa esse nō possit.Ea enim que ad cultum diuinū fiunt nō debent esse similia his que idolatre obseruabāt. vnde dicit Deutero.xx.Non facies sliter dño deo tuo .omnes enī abominationes quib⁹ aduersat dns fecerunt dijs suis.Iz cultores idoloꝝ in cultu eorum cultris se incidebant vsqz ad effusionem sanguinis.Dicitur enim in.iij.Reg xviij q incidebant se iuxta ritum suum cultris z lanceolis donec pfunderēt sanguine,propter qđ dominꝰ mādauit Deutero.xiij.Non vos incidetis nec facietis caluicium super mortuos.incōuenienter igitur circūcisio erat instituta ī lege. ¶Pre.ea que in cultū diuinū fiunt debent honestatē z grauitatē habere.sm illud ps.In populo graui laudabo te.sed ad leuitatē quādā pinere videtur vt homines festināter comedant.incōuenienter igitur ꝓceptū ē.Exo. xij.vt comederent festināter agnum paschalē.z alia etiam circa huiusmodi comestionem sunt instituta que videtur omnino irrationabilia esse. ¶Pre.sacramēta veteris legis figure fuerunt sacramentoꝝ noue legis.sed p agnum paschalez significat sacramentū eucharistie.Sm illud .j.ad Corꝝ.v.Pasca nostrū īmolatus ē xps.ergo etiā debuerūt esse aliqua sacramēta in lege q̄ p̄figurarent alia sacramēta noue legis.sicut confirmationem.z extremam vnctionē z matrimoniū.z alia sacramenta. ¶Pre. purificatio nō pt cōuenienter fieri nisi ab aliquibꝰ mundicijs.sed ꝯtuz ad deum nullum corpale reputatur īmundum . q2 omne corpus creatura dei ē.z omnis creatura dei bona .z nihil ejiciendum qđ cū gratiarūactione pcipitur . vt dicit.j.ad Timo.iiij.incōuenienter igitur purificabātur ,propter cōtactum hominis mortui.vel ,propter alicuius hmōi corporales infectiones. ¶Pre.Eccī.xxxiij.dicit.Ab īmundo quid mūdabitur.sed cinis vitule rufe que cōburebatur īmundus erat.q2 īmūdū reddebat . Dicit enī Numeri. xix.q sacerdos qui īmolabat eā cōmaculat⁹ erat vsqz ad vesperū.Siliter z ille qui eā cōburebat.z etiam ille qui eius cineres colligebat.ergo incōueniēter ꝓceptū ibi fuit vt p hmōi cinerē ibi aspersum īmundi purificarentur. ¶Pre.peccata nō sunt aliquid corpale qđ possit deferri de loco ad locū . neqz etiā p aliquid īmundū pōt homo a peccato mūdari.incōuenienter igitur ad expiationē peccatorum populi sacerdos sup vnum hyrcoꝝ confitebatur peccata filioꝝ israel vt portaret ea in desertū.alium aurē quo vtebant ad purificationes simul cū vitulo cōburentes extra castra īmundi reddebant . ita q oportebat eos lauare vestimenta z carnem aqua. ¶Pre.illud qđ iā est mundatū nō oporteret iterū mundari .incōueniēter igit mundata lepra hois vel etiā eoꝝ domus alia purificatio adhibebat.vt habet Leuit.xiij. ¶Pre.spūalis īmundicia nō pōt p corpalem aquam vel pilorꝝ rasuram emūdari. irrationabile igit videtur q dns ꝓcepit Exo.xxx. vt fieret labiū eneū cū basi sua ad lauandū man⁹ z pedes sacerdotū qui ingressuri erāt tabernaculū z qđ ꝓcipit Numeri viij.q leuite abstergerent aqua lustrationis z raderēt oēs pilos carnis sue. ¶Pre.qđ maius ē non pōt sanctificari p illud qđ minus est.incōueniēter igit p quandā vnctionem corporalē z corpalia sacrificia.z oblationes corporales fiebat in lege consecratio maiorum z minoꝝ sacerdotum.vt habet Leuit.viij.et leuitarum.vt habet Numeri viij. ¶Pre.sicut dicitur.j.Reg.xvi.Homines vident ea

que parent. Deus autem intuetur cor. sed ea que exterius apparent in homine ē corpalis dispositio ⁊ indumenta. inconuenienter igitur sacerdotib⁹ maioribus ⁊ minoribus ꝯdaz specialia vestimēta deputabātur. de quibus habet Exo. xxviij. ⁊ sine ratione videt ꝙ phiberet aliquis a sacerdotio ꝓpter corpales defectus. Sm ꝙ dicit Leuit. xxi. Homo de semine tuo p familias qui habuerit maculā nō offeret panes deo. si cecus fuerit. vel si claudus ⁊c. sic igit videt ꝙ sacramēta veteris legis irrationabilia fuerūt. Sz ꝓtra est qđ dr Leuit. xx. Ego sum dns qui sanctifico vos. sed a deo nihil sine rōne fit. Dicit enī in ps. Oia in sapientia fecisti. ergo in sacramētis veteris legis q ordinabāt ad hominum sanctificationē nihil erat sine rationabili causa.

Rn. dōm ꝙ sicut supra dictū est. sacramenta ꝓprie dicūtur illa que adhibebāt dei cultoribus ad quādā consecrationē. p quaz scz deputabātur quodāmodo ad cultum dei. cultus aūt dei generali quidē modo ptinebat ad totū populum. sz speciali modo ptinebat ad sacerdotes ⁊ leuitas qui erāt ministri cultus diuini. ⁊ ideo in istis sacramentis veteris legis ꝯdā ptinebāt cōmuniter ad totū populum. ꝯdā aūt specialiter ad ministros. ⁊ circa vtroscz tria erant necessaria. quoz primum ē institutio in statu colendi deū ⁊ hec quidem institutio cōmuniter ꝯtū ad omnes fiebat per circūcisionem sine qua nullus admittebatur ad aliqđ legalium. ꝯtum vero ad sacerdotes p sacerdotum consecrationem. Secūdo requirebatur vsus eorum q ptinent ad diuinum cultum. ⁊ sic ꝯtuz ad populum erat eius pascalis cōuiuij. ad que nullus incircūcisus admittebatur. vt patet Exo. xij. ⁊ ꝯtum ad sacerdotes oblatio victimaꝝ ⁊ eius panū ꝓpositionis. ⁊ alioꝝ que erant sacerdotū vsibus deputata. Tertio requirebatur remotio eorum per q aliqui impediebātur a cultu diuino scz immundiciaꝝ. ⁊ sic ꝯtum ad populum erant institute quedā purificationes a quibusdam exterioribus immundicijs. ⁊ etiam expiationes a peccatis. Quātuz vero ad sacerdotes ⁊ leuitas erat instituta ablutio manuū ⁊ pedum ⁊ rasio pilorum. et hec omnia habebāt rationabiles causas ⁊ litterales sm ꝙ ordinabātur ad cultum dei p tempore illo. ⁊ figurales sm ꝙ ordinabāt ad figurandum christum. vt patebit per singula discurrenti. Ad. j. ergo dōm ꝙ litteralis ratio circūcisionis principalis quidem fuit ad ꝓtestationem fidei vnius dei. ⁊ quia Abraam fuit primus qui se ab infidelibus sepauit exiens de domo sua. ⁊ de cognatiōe sua. ideo ipe primus circūcisionem accepit. ⁊ hanc causaz assignat Apls ad Ro. iiij. Signum accepit circūcisionis signaculum iusticie fidei que ē in ꝓputio. quia scz in hoc legitur Abrae fides reputata ad iusticiam ꝙ cōtra spem in spem credidit. scz contra spem nature in spem gratie. vt fieret pater multarum gentium cum ipe esset senex ⁊ vxor sua eēt anus ⁊ sterilis. Et vt hec ꝓtestatio ⁊ imitatio fidei Abrae firmaretur in cordibus iudeoꝝ. acceperunt signuz in carne sua cuius obliuisci non possent. vnde dicitur Geñ. xvij Erit pactum meuz in carne vestra in fedus eternū. ideo autem fiebat octaua die quia antea puer est valde tenell⁹ ⁊ posset ex hoc grauiter ledi. ⁊ reputatur adhuc quasi qddam non solidatum. vnde etiam nec animalia offerebant ante octauū diem. Ideo vero non magis tardabatur ne ꝓpter dolorem aliqui signum circūcisionis refugerēt. ⁊ ne parentes etiam quoꝝ amor increscit ad filios post frequentem conuersationem ⁊ eorum augmentum eos circūcisioni subtraherent. Secūda ratio esse potuit ad debilitationem concupiscentie in membro illo. Tertia ratio est in sigillationem sacroꝝ Veneris ⁊ Priapi. in quibus illa pars corporis honorabatur. dominus aūt ē non ꝓhibuit nisi incisionē que in cultum idoloꝝ fiebat. cui non erat similis predicta circūcisio. Figuralis vero ratio circūcisionis erat. quia figurabatur ablutio corruptionis fienda p xp̄m que perfecte complebitur in octaua etate. que ē etas resurgentium. ⁊ quia omnis corruptio culpe ⁊ pene ꝓuenit in nos per carnalem originem ex peccato primi parentis. ideo talis circūcisio fiebat in membro generationis. vñ Apls dicit ad Col. ij. Circūcisi estis in xp̄o circūcisione nō manufacta in expoliatione corporis ⁊ carnis. sz in circūcisione domini nostri iesu xp̄i Ad. ij. dōm ꝙ literalis ratio cōuiuij paschalis fuit in cōmemorationez beneficij. q deus eduxit eos de egypto. vnde per huiusmodi conuiuij celebrationē ꝓfitebāt se ad illū ꝓpm ptinere quem deus sibi assumpserat ex egypto. Quādo enim fuerunt ex egypto liberati preceptum est eis vt sanguine agni linirent suppliminaria domorum quasi ꝓtestantes se recedere a ritibus egyptioꝝ qui arietem colebāt. vnde ⁊ liberati fūt p sanguinis agni aspersionem. vel linitionē in postib⁹ domorum a periculo exterminij qđ imminebat egyptijs. In illo autem exitu coꝝ de egypto duo fuerunt. s. festinantia ad egrediendū. impellebant enī eos egyptij vt exirent velociter. vt habetur Exo. xij. Imminebat autē periculū ei qui nō festinaret exire cum multitudine ne remanēs occideretur ab egyptijs. Festinantia autem designabat dupliciter. Uno quidē modo p ea q comedebant. ꝓceptum enī eis erat ꝙ comederēt panes azimos. ⁊ huius signum est. ꝙ non poterant fermentari cogentibus exire egyptijs ⁊ ꝙ comederēt assum igni. sic enim velocius preparabatur. ⁊ ꝙ os non cōminuerent ex eo quia in festinātia nō vacat ossa frāgere. Alio modo ꝯtū ad modū comedēdi. dr enī. Renes vestros accingetis. calciamēta habebitis in pedibus tenētes baculos in manibus. ⁊ comedetis festinanter. qđ manifeste designat homines existentes in ꝓmptu itineris. Ad idē etiaz ptinet qđ eis ꝓcipitur. In vna domo comedetis. nec̄z feretis de carnib⁹ eius foras. q⁹ scilz ꝓpter festinātiā nō vacabat inuicē mittere encenia Almaritudo aūt quaz passi fuerāt in egypto significabat p lactucas agrestes. Figuralis aūt ratio patet. q⁹ p īmolationem agni paschalis significabatur īmolatio xp̄i. sm illud. j. ad Coꝝ. v. Pascha nostrū īmolatus ē xp̄s. Sanguis vero agni liberans ab exterminatore linitus suppliminaribus domoꝝ significat fidē passionis xp̄i in corde ⁊ ore fideliū p quā liberamur a peccato ⁊ a morte. sm illud. j. Pet. j. Redempti estis ꝓcioso sanguine agni imaculati. Comedebant aūt carnes ille ad significandū esum corporis xp̄i in sacramento. Erant aūt asse igni ad significandum passionem vel charitatem xp̄i. Comedebantur autem cum azimis panibus ad significandā puram cōuersationem fidelium sumentiū corpus xp̄i. sm illud. j. ad Coꝝ. v. Epulemur in azimis sinceritatis ⁊ veritatis. Lactuce autez agreste addebātur in signum penitentie peccatoꝝ. q necessaria est sumentibus corpus xp̄i. Renes aūt accingēdi fūt cingulo castitatis. calciamenta autem pedū sunt exempla mortuoꝝ patrum. baculi autem habendi in manib⁹ significant pastoralem custodiam. Precipitur autem ꝙ in vna domo agnus paschalis comedatur. id ē. in ecclesia catholicorum. non in cōuenticulis hereticoꝝ. Ad. iij. dōm ꝙ quedam sacramenta noue legis habuerunt in veteri lege sacramenta figuralia sibi correspondentia. nam circūcisioni respondet baptismus qui est fidei sacramentū. vnde

dicitur ad Col.ij. Circūcisi estis in circūcisione domini nri Jesu xpi cōsepulti ei in baptismo. Cōuiuio vro agni paschalis respondet in noua lege sacramentum eucharistie Omnibus autem purificationib⁹ veteris legis respōdet in noua lege sacramēta penitētie. Consecrationi autez pōtificis ⁊ sacerdotum respondet sacramentum ordinis. Sacramento autem confirmationis qđ est sacramentū plenitudinis gratie nō potest respōdere in veteri lege aliqđ sacramentuz.qz nondū aduenerat tempus plenitudinis eo q̄ neminem ad pfectum adduxit lex. Similiter autez ⁊ sacramento extreme vnctionis quod ē quedaz īmediata pparatio ad introitum glorie.cuius aditus nōdum patebat in veteri lege pcio nondum soluto. Matrimoniuz autem fuit quidem in veteri lege ,put erat in officium nature.non aūt ,put est sacramentum cōiunctionis xpi ⁊ ecclesie que nondū erat facta.vnde ⁊ in veteri lege dabatur libellus repudij qđ est cōtra sacramenti rōnez. Ad.nij dōm q̄ sicut dictuz est.purificationes veteris legis ordinabantur ad remouendum impedimenta cultus diuini qui quidem est duplex sez spūalis qui consistit in deuotione mentis ad deum.⁊ corpalis qui cōsistit in sacrificijs ⁊ oblationibus ⁊ alijs huiusmodi. Ad cultu autem spūali impediūtur homines per peccata quibus homines polluti dicebantur sicut per idolatriam ⁊ homicidium.,p adulteria ⁊ incestus.⁊ ab istis pollutionibus purificabantur homines per aliqua sacrificia.vel cōmuniter oblata pro tota multitudine.vel etiam ,p peccatis singulorum.non q̄ sacrificia illa carnalia haberent ex ipis virtutem expiādi peccatum.sed quia significabat expiationem peccatorum futuram per christum.cuius principes erant etiaz antiqui ,p testantes fidem redemptoris in figuris sacrificiorum. Ad cultu vero exterior impediebantur homies p quasdam īmundicias corporales.que quidem primo cōsiderabātur in hominibus.⁊ cōsequenter etiam in alijs animalibus.⁊ in vestimentis.⁊ domibus ⁊ vasis. In hominbus quidem īmundicia reputabatur partim quidez ex ipis hominib⁹.partim autem ex cōtactu rerum īmundarū. Ex ipis autem hominibus īmūdum reputabatur omne illud qđ corruptionem aliquaz iam habebat. vel erat corruptioni expositū.⁊ ideo qz mors est corruptio quedā.cadauer hominis reputabaf īmundū. Similiter etiaz quia lepra ex corruptione humorū cōtingit qui etiaz exterius erūpunt ⁊ alios inficiunt.leprosi etiā reputabātur īmundi. Similiter etiā mulieres patientes sanguinis fluxum siue per infirmitatem.siue etiaz p naturam.vel tēporibus mēstruis vel etiā tēpore cōceptionis.⁊ eadem ratione viri reputabantur īmundi fluxum seminis patientes.vel p infirmitatem.vel per pollutionem nocturnam.vel etiam p coitum. Nā ois humiditas pdictis modis ab homine egrediens quādam īmūdam infectionem habet. Inerat etiā hominib⁹ īmūdicia qdā ex ptactu quarūcunq⁹ rez īmūdarū. Istaz aūt īmundiciaz erat ratio ⁊ litteralis ⁊ figuralis. Litteralis quidē ,pter reuerentiā eoz que ad diuinū cultū ptinent.tum qz hoīes pfanas res cōtingere non solent cum fuerint īmundi.tum etiā vt ex raro accessu ad sacra ea magis venerarēf. Cū enī omnes huiusmodi īmundicias raro aliquis cauere posset.cōtingebat ,q̄ raro poterant hoīes accedere ad attingēdū ea q̄ ptinebāt ad diuinū cultum.⁊ sic qui accedebāt cū maiori reuerētia ⁊ humilitate mētis accedebāt. Erat aūt in quibusdā hoz ratio litteralis vt hoīes nō reformidarēt accedere ad diuinuz cultum q̄ refugiētes pfanū leprosoz ⁊ similiū infirmoz quoz morb⁹ abominabilis erat et cōtagiosus. In quibusdam etiā ratio erat ad vitandū idolatrie cultū. qz gētiles in ritu suoz sacrificioz vtebant q̄q⁹ ⁊ humano sanguine et semine. Dēs aūt huiusmodi īmundicie corporales purificabant vel p solā aspersionē aque.vel que maiores erant p aliqđ sacrificiū ad expiandū peccatuz.ex quo tales infirmitates ptingebāt. Ratio aūt figuralis harū īmundiciaz fuit.qz p huiusmodi exteriores īmundicias figurabant diuersa peccata. Nā īmundicia cadaueris cuiuscunq⁹ significat īmundiciam peccati qđ est mors anime. Immūdicia autez leprae significat īmundiciam herētice doctrine.tum qz hęretica doctrina contagiosa est sicut ⁊ lepra.tum quia nulla etiam falsa doctrina est que vera falsis nō admisceat.sicut etiā in superficie corporis leprosi apparet quedam distinctio quarundā macularū ab alia carne integra.p immundiciā autez mulieris sanguiflue designatur īmundicia idolatrie propter īmolaticium cruorem. per īmūdiciā vero viri seminifluj designatur īmundicia vane locutionis eo q̄ semen est verbum dei. Per īmundiciam vero coitⁱ ⁊ mulieris parientis designatur īmundicia peccati originalis. Per īmūdiciam vero mulieris mēstruate designatur īmundicia mentis per voluptates emollite. vniuersaliter vero p īmundiciam cōtactus rei īmunde designatur īmundicia cōsensus in peccatum alterius. Sm illud.ij.ad Coz.vj. Exite de medio coz⁹ ⁊ separamini ⁊ īmundum ne tetigeritis. Huiusmodi autem īmundicia contactⁱ derivabatur etiam ad res inanimatas.quicquid enim quocunq⁹ modo tāgebat īmundus īmundū erat. In quo lex attenuauit superstitionem gentilium.qui non soluz p contactum īmundi dicebant īmundiciam contrahi.sz etiam per collocutionē aut per aspectum.vt rabi Moyses dicit d mulicre menstruata.p hoc autē mystice significabaf id quod dicitur Sap.xiij. Similiter odio sunt deo impi⁹ ⁊ impietas eius. Erat autem ⁊ īmundicia quedam ipsaz rerum inanimatarū sm se.sicut erat īmundicia lepre i domo ⁊ in vestimentis. Sicut enim morbus lepre accidit in hominbus ex humore corrupto putrefaciente carnem et corrumpente.ita etiam ,pter aliquaz corruptionem ⁊ excessum humiditatis vel siccitatis fit quādoq⁹ aliqua corrosio in lapidibus domus.vel etiā in vestimentis.⁊ ideo hāc corruptionē vocabat lex leprā. ex q̄ dom⁹ vel vestis īmūda iudicarēf.tū qz ois corruptio ad īmūdiciā ptinebat vt dictū ē.tum etiā qz circa huiusmodi corruptionē gentiles deos penates colebāt.⁊ ideo lex pcepit huiusmodi dom⁹ i quib⁹ fuerit talis corruptio pseuerās destrui.⁊ vestes cōburi ad tollēdā idolatrie occasionē. Erat etiā ⁊ q̄dā īmūdicia vasoz de qua dz Numeri.xix. Vas qđ nō habuit cooperculū ⁊ ligaturā desup īmundū erit. Cuius īmundicie causa est. qz in talia vasa de facili poterat aliqd īmundū cadere. vñ poterāt īmūdari. Erat etiā hoc pceptū ad declinandū idolatriā. Credebant enī idolatre q̄ si mures aut lacerte vel aliquid huiusmodi q̄ īmolabant idolis caderēt in vasa vel in aqs q̄ essent dijs gratiosa. Adhuc etiā alique mulierculе vasa dimittūt discoopta i obsequiū nocturnoz numinū q̄ ianas vocāt. Dat aūt īmundiciaz rō ē figuralis.qz p lepram dom⁹ significaf īmundicia congregatiōis hęreticoz p lepram vero i veste linea significatur puersitas moz ex amaritudie mētis.p lepram vero vestis lanee significat puersitas adulatoz. p lepram i stamine significāt vitia aie. per lepram vero in subtegmine significantur peccata carnalia.sicut enim stamen ē in subtegmine. ita anima i corpore.p vas autem qđ non habet cooperculum nec ligaturā

significatur homo, qui nō habet aliqd velamē taciturnitatis. & qui non constringitur aliqua censura discipline.

Pre. coopari alicui videtur ptinere ad inferius agēs non aūt ad principalius. sz gratia principalius opatur ī nobis q̄z liberū arbitriū. ſm illud Roma. ix. Nō ē current⁹ neq; volēt⁹. sed miserentis dei. ergo gratia nō debet dici coopans. Pre. diuisio debet dari p oppositā. sz operari 7 cooperari non sunt opposita. idē enī potest operari 7 coopari. ergo incōueniēter diuiditf gratia p operantē et coopantem. Sed ꝓtra est q̄ Aug⁹ dicit in libro de gratia. 7 libro arbi. coopando dē⁹ ī nobis pficit qđ opando inciput. qz ipe vt volimus opatur incipiēs qui volentib⁹ coopaf pficiēs. sed opationes dei quibus mouet nos ad bonū ad gratiā ptinēt. ergo cōueniēter gratia diuiditur p opantez 7 coopantē. Rñ. dōm q̄ sicut supra dictum ē. gratia dupliciter pōt intelligi. Uno modo diuinū auxilium quo nos mouet ad bene volendū 7 agendum. Alio modo habituale donū nobis diuinitus inditum. vtroq; aūt mō gra dicta conueniēter diuidif p opantē 7 coopantē. Opatio enī alicuius effect⁹ nō attribuif mobili. sz mouēti. in illo q̄ effectu in q̄ mens nostra ē mota 7 nō mouens solus aūt deus mouens. operatio deo attribuif. 7 ſm hoc dz gratia operans. in illo aūt effectu in q̄ mens nostra 7 mouet 7 mouef. opatio nō solū attribuif deo. sz etiaz anime. 7 ſm hoc dz gratia cooperans. ē aūt in nobis duplex actus. primus quidē interior volūtatis. 7 q̄ntū ad istū actū volūtas se habet vt mota. deus aūt vt mouēs. 7 pcipue cum voluntas incipit bonū velle q̄ prius malū volebat. et ideo ſm q̄ deus moues humanā mentē ad hūc actum dz gratia opans. Alius aūt actus ē exterior. qui cū a voluntate impetur. vt supra habitū ē. psequens ē q̄ ad hūc actū opatio attribuat volūtati. 7 qz etiā ad hunc actum deus nos adiuuat 7 interius cōfirmādo volūtatē vt ad actuz pueniat 7 exterius facultatē opandi p̄bendo. respectu huiusmodi actus dz gratia coopans. vñ post p̄missa verba subdit Aug⁹. Et aūt velimus opatur. cū autem volum⁹ vt perficiamus nobis coopatur. Sic igitur si gratia accipiatur p gratuita dei motione qua mouet nos ad bonum meritoriū. cōueniēter diuiditur gra per operantem 7 coopantem. Si vero accipiatur gratia p habituali dono sic est duplex gratie effectus sicut 7 cuiuslibet alterius forme. quorum primus est esse. secūdus est opatio. sicut caloris opatio est facere calidū. 7 exterior calefactio. Sic igiſ habitualis gra iq̄ntū aiaz sanat vel iustificat siue gratam deo facit dz gratia opans. inq̄ntuz vero ē principiuz operis meritorij qđ ex libero arbitrio pcedit dz coopans. Ad ij. ergo dōm q̄ ſm q̄ gratia ē quedā q̄litas accidētalis nō agit in aiaz effectiue. sz formaliter. sicut albedo dz facere albaz superficiē. Ad. ij. dōm q̄ deus non sine nobis nos iustificat. qz p motum liberi arbitrij dū iustificamur dei iusticie consentimus. Ille tamen motus nō ē causa gratie sed effectus. vnde tota operatio pertinet ad gratiaz. Ad iij. dōm q̄ cooperari dicitur aliquis alicui non solum sicut secūdarium agens principali agēti. sed sicut adiuuās ad p̄suppositum finem. homo autem per gratiam operantez adiuuatur a deo vt bonum velit. 7 ideo p̄suppositio iam fine cōsequens est vt gra nobis cooperet. Ad. iiij dōm q̄ gratia opans 7 coopans ē eadē gra. sz distinguit ſm diuersos effectus. vt ex supra dictis patet.

Ad tertium sic pceditur

Videtur q̄ gratia incōueniēter diuidaf in p̄uenientem et subsequentē. Gra enī ē diuine dilectiōis effect⁹. sz dei dilectio nunq̄z ē subsequēs. sz semp preueniēs. ſm illud. j. Joh. iiij. Nō quasi nos dilexim⁹ deū. sz q̄ ipe prior dilexit nos. ergo gratia nō debet poni p̄uenies 7 subsequēs

Pre. gratia gratū faciēs est vna tm̄ in hoīe cū sit sufficiens. ſm illud. ij. ad Cor. xij. Sufficit tibi gratia mea. sz idem non pōt esse prius 7 posterius. ergo gratia incōuenienter diuidif in p̄uenientē 7 subsequētē. Pre. gratia cognoscif p effect⁹. sz infiniti sunt effectus gre quoz vnus pcedit aliū. ergo si penes hos gratia deberet diuidi ī p̄uenientē 7 subsequentē. videf q̄ infinite essent spēs gratie infinita autem relinquūtur a qualibet arte. non ergo gra p̄uenienter diuiditur in p̄uenientem 7 subsequētē. Sz ꝓtra est q̄ gratia dei ex eius misericordia p̄uenit. sz vtrū q̄z in ps legitur. Misericordia eius p̄uenit me. 7 iterum Misericordia eius subsequef me. ergo gratia cōueniēter diuiditur in p̄uenientem 7 subsequentē. Rñ. dōm q̄ sicut gra diuidif ī operantē 7 coopantē ſm diuersos effect⁹ ita etiā in p̄uenientē 7 subsequētē qualitercūq̄z gratia accipiatur. sunt aūt quinq̄z effectus gratie in nobis. quorū primus ē vt aīa sanetur. secūdus vt bonum velit. tertius est vt bonum qđ vult efficaciter opetur. quartus est vt in bono p̄seueret. quintus est vt ad gloriaz p̄ueniat. 7 ideo gratia ſm q̄ causat in nobis primū effectuz vocatur p̄veniens respectu secūdi effectus. 7 put causat in nobis secūdū vocaf subsequēs respectu primi effectus 7 sicut vnus effectus est posterior vno effectu 7 prior alio. ita gra pōt dici p̄veniens 7 subsequens ſm eundem effectum respectu diuersorum. 7 hoc est quod Aug⁹ dicit in libro de natura 7 gratia. preuenit vt sanemur. subsequitur vt sanati vegetemur. preuenit vt vocemur. subsequitur vt glorificemur. Ad. j. ergo dōm q̄ dilectio dei nominat aliquid eternum. 7 ideo nunq̄z pōt dici nisi p̄veniens. sz gratia significat effectum temporalem qui potest precedere aliquid 7 ad aliquid subsequi. 7 ideo gratia potest dici p̄veniens 7 subsequens. Ad. ij. dōm q̄ gratia nō diuersificatur per hoc q̄ est preueniens 7 subsequens ſm essentiam. sed solum ſm effectum sicut 7 de opante 7 cooperante dictum est. quia etiam ſm q̄ gratia subsequēs ad gloriam pertinet non est alia numero a gratia preueniente p quam nunc iustificamur. sicut enim charitas vie nō euacuatur sed perficitur in patria. ita etiam 7 de lumine gratie est dōm. quia neutrum in sui ratione imperfectionem importat. Ad. iij. dōm q̄ q̄ntus effect⁹ gratie possint eē infiniti numero sicut sunt infiniti actus humani. tamen oēs reducunf ad aliqua determinata in specie. 7 preterea oēs p̄veniūt in hoc q̄ vnus aliū p̄cedit.

Ad quartum sic proceditur

Videf q̄ gra gratis data incōueniēter ab Apl̄o distinguaf. Omne enī donū qđ nobis a deo gratis daf pōt dici gra gratis data. sz infinita sunt dona que nobis gratis a deo p̄cedūt tā ī bonis a īe q̄z in bonis corpis. q̄ tñ nos deo gratos nō faciūt. g̃ gre gratis date nō pñt cōprehēdi sub aliq̄ certa diuisione. Pre. gra gratis data distinguif ꝑ gram gratū faciētē. sz fides ptinet ad graz gratū faciētez qz p ipaz iustificamur. ſm illd̄ Roma. v. iustificati igiſ ex fide 7 c̄ g̃ incōueniēter ponif fides ī ter gras gratis datas p̄sertim cum alie virtutes ibi non ponantur. vt charitas

Dre opatio sanitatū ⁊ loqui diuersa genera linguaꝝ miracula q̄dā sunt. interp̄tatio etiā sermonū ad sapiētiā vel sciētiā ꝓtinet. ꝑm illud. Dañ. j. Pueris his dedit deꝰ scientiā ⁊ disciplinā in oī lingua ⁊ sapiētia. ergo inconuenīēter diuidit gr̄a sanitatū ⁊ genera linguaꝝ ꝓtra opationem virtutū ⁊ interp̄tatio sermonū ꝓtra sermonē sapientie ⁊ scientie. Dre. sicut sapiētia ⁊ sciētia sunt quedā dona spūssancti. ita etiā intellectꝰ cōsilium pietas ⁊ fortitudo ⁊ timor. vt supra dictū est. ergo hoc etiā debent poni inter gratias gratis datas. Sz cōtra ē q̄ Apl's dicit. j. ad Coꝛ. xij. alij ꝑ spiritū datur sermo sapientie. alij aūt sermo scientie. ꝑm eundē spiritū. alteri fides in eodē spiritu. alij gratia sanitatū. alij opatio virtutū. alij ꝓphetia. alij discretio spirituū. alij genera linguaꝝ. alij interp̄retatio sermonū. Rñ. dōm q̄ sicut supra dictum ē gratia gratis data ordinatur ad hoc q̄ homo alteri cooperet vt reducat ad deū. homo aūt ad hoc operari nō pōt interius mouendo. hoc enī solius dei est. sed solū exterius docendo vel psuadendo. ⁊ ideo gratia gratis data illa sub se continet quibus homo indiget ad hoc q̄ alterū instruat in rebus diuinis que sunt supra rōnem. Ad hoc autez tria requirūtur. primo quidē q̄ homo sit sortitus plenitudinez cognitiōis diuinoꝝ. vt ex hoc instituere alios possit. scdo vt possit cōfirmare vel ꝓbare ea que dicit alias non eēt efficax eius doctrina. tertio vt ea que ꝓcipit possit cōuenienter auditoribus ꝓferre. Quātum igitur ad primum tria sunt necessaria sicut etiā apparet in magisterio humano. oportet enī q̄ ille qui debet aliū instruere in aliqua scientia. primo quidē vt principia illius scientie sint ei certissima. ⁊ q̄tum ad hoc ponit ei fides q̄ est certitudo ꝺ rebus inuisibilibꝰ q̄ supponūt vt principia ī catholica doctrina. Scdo oportet q̄ doctor recte se habeat circa principales cōclusiones sciētie. ⁊ sic ponit sermo sapiētie q̄ ē cognitio diuinoꝝ. Tertio oportet vt etiā abundet exēplis ⁊ cognitione effectuū. ꝓ qs interdum oportet manifestare causas. et q̄tū ad hoc ponit sermo sciētie que ē cognitio rerum humanarū. q̄ inuisibilia dei ꝑ ea q̄ facta sunt intellecta conspiciunt. Cōfirmatio aūt in his q̄ subdūtur roni ē ꝑ argumenta. In his aūt qui sunt supra rōnez diuinū reuelata ꝓfirmatio est ꝑ ea que sunt diuine virtuti ꝓpria. et hoc dupliciter. Uno quidē modo vt doctor sacre doctrine faciat q̄ solus deꝰ facere pt in opibus miraculosis siue sint ad salutē corpoꝝ. ⁊ q̄tū ad hoc ponit gratia sanitatū. siue ordinent ad solā diuine potestatis manifestationez. sicut q̄ sol stet aut tenebre fiant. q̄ mare diuidat. et q̄tū ad hoc ponit opatio virtutū. Scdo vt possit manifestare ea que soli deꝰ ē scire. ⁊ hoc sunt ꝓtingēna futura. ⁊ q̄tū ad hoc ponit ꝓphetia. ⁊ etiā occulta cordiū. ⁊ q̄tū ad hoc ponitur discretio spirituū. Facultas aūt ꝓnūciādi pōt attēdi vel q̄tū ad idioma in q̄ aliquis possit itelligi. ⁊ ꝑm hoc ponūtur genera linguaꝝ. vel q̄tū ad sensum eoꝝ q̄ sunt ꝓferēda. ⁊ q̄tū ad hoc ponit interp̄tatio sermonū. Ad. j. ergo dōm q̄ sicut supra dictū ē. nō oīa bñficia q̄ nobis diuinitus cōcedunt gr̄e gratis date dicunt. sz solū illa q̄ excedūt facultatem nature. sicut q̄ p̄dicator abundet sermone sapientie ⁊ scientie ⁊ alijs hmōi. ⁊ talia ponūt hic sub gratia gratis data. Ad. ij. dōm q̄ fides non numerat hic inter gr̄as gratis datas ꝑm q̄ est q̄dam virtus iustificās hoīem ī seipo. sz ꝑm hoc q̄ imperat quādā supeminētez certitudinē fidei, er qua hō sit idoneꝰ ad instruēdū alios de his que ad fidē ꝓtinēt. spes aūt et charitas ꝓtinent ad vim appetitiuā ꝑm q̄ ꝑ eā homo ī deū ordinat. Ad. iij. dōm q̄ gratia sanitatuz distinguit a generali opatione virtutū. q̄ habet specialē rōnez inducēdi ad fidē. ad quaz aliquis magis ꝓmptus redditur ꝓ bñficiū corpalis sanitatis quā ꝑ fidei virtutē assequimur. Similiter etiam loqui variis linguis ⁊ interp̄tari sermones habēt speciales quasdam rationes mouendi ad fidem. ⁊ ideo ponūtur speciales gratie gratis date. Ad. iij. dōm q̄ sapiētia ⁊ scientia non cōputātur inter gratias gratis datas ꝑm q̄ enumerant inter dona spūssancti. ꝓut scz mens hominis est bene mobilis ꝑ spiritūsanctum ad ea que sunt sapiētie ⁊ scieutie. sic enim sunt dona spūssancti. vt supra dictum ē sed computantur inter gratias gratis datas ꝑm q̄ important quandā abūdantiam scientie ⁊ sapientie. vt homo possit non solum in seipo recte sapere de diuinis. sz etiā alios instruere ⁊ cōtradicentes reuincere. ⁊ ideo inter gratias gratis datas significātur primo sermo sapientie ⁊ sermo scientie. quia vt Aug⁹ dicit. xiij. de trini. aliud est scire tātūmodo quid homo credere debeat ꝓpter adipiscēdā vitā beatā aliud ē scire quēadmodū hoc ipm ⁊ ptra opitulet ⁊ cōtra impios defendatur.

Ad quintum sic ꝓceditur.

Uidetur q̄ gratia gratis data sit dignior q̄ gratia gratum faciēs. Bonū enī gētis ē melius q̄ bonum vnius. vt philosophus dicit in. j. ethi. sz gratia gratū faciēs ordinat solum ad bonum vnius hominis. gratia autem gratis data ordinatur ad bonum cōmune totius ecclesie. vt supra dictuz ē. ergo gratia gratis data est dignior q̄ gratia gratum faciēs. Dre. maioris virtutis est q̄ aliquid possit agere in aliud q̄ q̄ solū in seipo ꝑficiat. sicut maior ē claritas corporis quod potest etiaz alia corpa illuminare q̄ eius quod ita in se lucet q̄ alia illuminare non pt. ꝓpter qđ etiaz ꝑphus dicit in. v ethi. q̄ iusticia est præclarissima virtutū. ꝑ quā hō recte se hz etiā ad alios sz ꝑ gratiaz gratū faciētē hō ꝑficit ī seipo. ꝑ gratiam aūt gratis datam hō opat ad ꝑfectionē alioꝝ. ergo gratia gratis data ē dignior q̄ gratia gratum faciens. Dre. id quod est ꝓprium melioruꝫ dignius est q̄ id quod est cōmune omniuz. sicut ratiocinari quod est ꝓprium hominis dignius est q̄ sentire quod est cōe oībus animalibus. sed gratia gratū faciēs ē cōmunis oībus membris ecclie. gratia aūt gratis data ē ꝓprium donū dignioꝝ mēbroꝝ ecclesie. ergo gratia gratis data est dignior q̄ gratia gratum faciens. Sed contra est qđ Apl's. j. ad Coꝛ. xij. enumeratis gratijs gratis datis subdit. Adhuc excellentiorē viā vobis demonstro. et sicut ꝑ subsequentiam ptz loquitur de charitate que pertinet ad gratiam gratum facientem. ergo gratia gratū faciens excellētior est q̄ gr̄a gratis data. Rñ. dōm q̄ vna quecz virtus tanto excellētior est q̄to ad altius bonū ordinat. semp aūt finis potior ē his q̄ sunt ad finē. gr̄a enī gratū faciēs ordīat hoīez īmediate ad cōiūctiōez vltimi finis. gr̄e aūt gratis date ordināt hoīez ad q̄dam ꝓpatoria finis vltimi. sicut ꝑ ꝓphetiam ⁊ miracula ⁊ alia hmōi hoīes inducūt ad hoc q̄ vltimo fini ꝓiungāt. ⁊ ideo gr̄a gratū faciēs ē multo excellētior q̄ gr̄a gratis data. Ad. j. g̃. dōm q̄ sicut ꝑphus dicit ī. xi. metaphisice. bonū multitudinis sicut exercitꝰ ē dupler. Unū qdē qđ ē ī ipa multitudine. puta ordo exercitus. aliud aūt ē qđ ē sepatum a multitudine. sic bonū ducis. ⁊ hoc melius ē. q̄ ad hoc etiaz illđ aliud ordīat gr̄a g̃ gratis data ordīat ad bonū cōe ecclesie. qđ ē ordo ecclīasticꝰ. sz gr̄a gratū faciēs ordīat ad bonū cōe sepatū qđ ē ipe deꝰ. ⁊ iō gr̄a gratū faciēs ē nobilior

Ad.ij.dom q si gra gratis data posset hoc agere in alte
ro qđ hõ p gratiã gratũ faciẽtẽ ꝓsequit.seq̃r q gratia
gratis data eẽt nobilior.sicut excellẽtior ẽ claritas solis il
luminãtis q̃z corpis illuminati.sz p gratiã gratis datam
hõ nõ ꝑt causare i alio ꝓiunctionẽ ad deũ quã ipe habet p
gram gratũ faciẽtẽ.sz causat quasdã dispositiones ad hoc
et ideo nõ oportet q gra gratis data sit excellentior. sicut
nec in igne calor manifestatiu? speciei eius p quã agit ad
inducendũ calorem i alia ẽ nobilior q̃z forma substantia
lis ipius. Ad.ij.dom q sentire ordinat ad ratiocina
ri sicut ad finẽ.q ideo ratiocinari ẽ nobili?.hic aũt ẽ ecõ
uerso. qr id qđ ẽ ꝓpriũ ordinatur ad id qđ ẽ cõmune sicut
ad finẽ.vnde non est simile. Quæstio CXII

Deinde cõsiderandũ

est de causa gre. Et circa hoc q̃runtur quinq̃.
primo vtr̃ solus de? sit causa efficiens gratie.
secdo vtr̃ requirat aliq̃ dispositio ad gram ex pte recipien
tis ipaz p actũ liberi arbitrij.tertio vtrum talis dispositio
possit esse necessitas ad gram.quarto vtr̃ gra sit equalis i
oib.quinto vtr̃ aliq̃s possit scire se habere gram.

Ad primum sic ꝓceditur

Videt q nõ sol? de? sit causa gre. Dicit enĩ Joh.j. Gra
a veritas p Jesum xpm facta ẽ.sz in noie Jesu xpi intelli
git nõ solũ natura diuina assumẽs .sed etiã natura creata
assumpta.g aliq̃ creatura põt eẽ causa gratie. Dre.ista
differẽtia ponitur inter sacramenta noue legis et veteris.
q sacramẽta noue legis causant gratiã quã sacramẽta ve
teris legis solũ significãt.sz sacramẽta noue legis sunt q̃
dam visibilia elemẽta.g nõ sol? de? ẽ causa gre. Pre
fim Dionysiũ i libro ce.hierar.Angeli purgãt illumi
nãt q pficiũt q angelos inferiores q etiã homines.sz rationa
lis creatura purgat.illuminat q pficit p gratiã. ergo nõ
sol? de? ẽ causa gre Sz contra ẽ qđ i ps dr.Gratiã q glo
riam dabit dns Rñ.dom q nulla res põt agere vltra
suaz speciẽ.qr semp oportet q causa potior sit effectu.do
nũ aũt gratie excedit oẽz facultatẽ nature create cũ nihil
aliud sit q̃z q̃dã ꝓncipatio diuine nature q̃ excedit omnẽ
aliã naturã.q ideo impossibile ẽ q aliq̃ creatura gratiam
causet. Sic enĩ necesse ẽ q sol? de? deificet cõmunicãdo
ꝓsortiũ diuine nature p quãdã similitudinis ꝓticipatio
nẽ.sicut impossibile ẽ q aliqđ igniat nisi sol? ignis. Ad
j.ergo dom q hũanitas xpi ẽ sicut quoddã organũ diui
nitatis ei?.vt Damas.dicit i.iij.li.Instrumẽtũ aũt nõ agit
actionẽ agẽtis principalis ꝓpria virtute.sed virtute prin
cipalis agẽtis.q ideo hũanitas xpi nõ causat gram ꝓpria
virtute.sz virtute diuinitatis adiũcte.ex q̃ actiões huma
nitatis xpi sunt salutares. Ad.ij.dom q sicut i ipsa p
sona xpi hũanitas causat salutẽ nostrã p gratiam virtute
diuina principaliter opante.ita etiã in sacramẽtis noue
legis q̃ deriuant a xpo causat gratia instrumẽtaliter qdẽ
p ipsa sacramẽta.sz principaliter p virtutẽ spũssancti i sa
cramẽtis opantis.sm illud Joh.iij. Nisi quis renat? fu
erit ex aqua q spiritusancto ꝛc. Ad.iij. dom q angelus
purgat illuminat q pficit angelũ vel hoiez p modũ istru
ctionis cuiusdã.nõ aũt iustificãdo p gratiã. vñ Dionysi?
dicit.vij.ca.de di.no. q hmõi purgatio illuminatio q p
fectio nihil ẽ aliud q̃z diuine scientie assumptio.

Ad scdm sic ꝓceditur.

Videt q nõ requiratur aliq̃ ꝓparatio ex pte dispositio ad
gratz ex pte hois.Quia vt Apls dicit Roma.iiij. Ei qui
opat.merces nõ imputat sm gram.sz sm debitũ.sz ꝓpa
ratio hois p liberũ arbitriũ nõ ẽ nisi p aliquã operationẽ.
q̃ tolleret ratio gre. Dre.ille q̃ in peccato ꝓgredit non
se ꝓparat ad gratiã babẽdã.sz aliquis i peccato ꝓgrediẽ
tib? data ẽ gra sicut patz de Paulo qui gratz ꝓsecut? est dũ
eẽt spirãs minaz q cedis i discipulos dñi.vt dr Act.ix.er
go nulla ꝓparatio ad gram requirit ex pte hois. Dre.
agẽs infinite virtutis nõ requirit dispositionẽ i materia
cũ nec ipam materiã requirat.sicut i creatiõe apparet.cui
collatio gre cõparatur.q̃ dr noua creatura ad Gal.vlt. sed
solus de? qui ẽ infinite virtutis gratiã causat.vt dictũ est.
ergo nulla ꝓparatio requirit ex pte hois ad gratiã conse
quẽdã.Sz cõtra ẽ qđ dr Amos.iiij. Preparare i occur
sum dei tui israel.q Regũ.viij.dicit. Preparate corda
vestra dño. Rñ.dom q sicut supra dictũ ẽ.gratia di
citur dupliciter.qñq̃ quidez ipm habituale donum dei
qñq̃z autem auxilium dei mouẽtis animã ad bonũ. Pri
mo igitur modo accipiendo gratiam ꝑrigitur ad gratiã
aliqua gratie ꝓparatio.qr nulla forma potest esse nisi in
materia disposita.Sed si loq̃mur de gratia sm q signi
ficat auxilium dei mouẽtis ad bonum.sic nulla ꝓparatio
requirit ex pte hois q̃si ꝓueniens diuinũ auxiliũ.sz potiꝰ
q̃cũq̃z ꝓparatio in hoie esse põt ẽ ex auxilio dei mouẽtis
aiaz ad bonũ.q sm hoc ipe bon? motꝰ liberi arbitrij quo
q̃s ꝓparat ad bonũ gratie suscipiẽdũ ẽ actus liberi arbi
trij moti a deo.q q̃tum ad hoc dicitur homo se preparare
sm illud Prouer.xvj.Hois ẽ ꝓparare animũ.q ẽ princi
paliter a deo mouẽte liberũ arbitriũ.q sm hoc dr a deo vo
lũtas hois ꝓparari et a dño gressus hois dirigi. Ad.j.
ergo dom q ꝓparatio hois ad gratiã babẽdã quedã ẽ si
mul cũ ipsa infusione gratie.q talis operatio ẽ quidẽ meri
toria.sz nõ gratie q̃ iã habet.sz glorie q̃ nondũ habet. Est
autẽ alia ꝓparatio gratie imꝑfecta q̃ aliq̃n ꝓcedit donum
gratie gratũ faciẽs q̃ tñ ẽ a deo mouẽte.sz ista non suffi
cit ad meritũ nondũ hoie p gratiã iustificato. qr nullus
meritũ põt esse nisi ex gratia.vt infra dicet. Ad.ij.dom
q cũ hõ ad gratiã sꝑparare nõ possit nisi deo eũ ꝓueni
ente q mouẽte ad bonũ.nõ refert vtr̃ subito vel paulatim
aliquis ad ꝑfectã ꝓpariponem perueniat.Dicit enim
Eccli.xi.Facile ẽ in oculis dei subito honestare pauperẽ.
Contingit autem quandoq̃z q deus mouet homines ad
aliquod bonum non tamen ꝑfectum.q talis ꝓparatio ꝓ
cedit gratiam.sed quandoq̃z statim ꝑfecte mouet ipsum
ad bonum q subito gratiã hõ accipit.sm illud Joh.vj.
Omis qui audit a patre q didicit venit ad me.Et ita ꝓ
git Paulo.qr subito cũ eẽt i ꝓgressu peccati ꝑfecte mo
tũ ẽ cor eius a deo audiẽdo q addiscẽdo q veniẽdo.q ideo
subito ẽ gratiam cõsecutus. Ad.iij.dom q agens infi
nite virtutis non exigit materiam vel dispositionẽ mate
rie q̃si ꝑsuppositam ex alterius cause actione.sed tñ opor
tet q sm conditionẽ rei causande i ipsa re causet q mate
riã q dispositionẽ debitã q formã.q similiter q deus gra
tiam infundat aie nulla ꝓparatio exigitur quã ipe nõ
faciat.

Ad tertium sic ꝓceditur

Videt q ex necessitate detur gratia se preparanti ad gra
tiam vel faciẽti quod in se est.Quia super illud Roma.
v.Justificati ex fide pacem habeamus ꝛc.dicit glosa.de
us recipit eum qui ad se confugit.aliter esset in eo iniqui
tas. sed impossibile est in deo iniquitatem esse.Ergo est

impossibile q̄ deus non recipiat eum qui ad se confugit ex necessitate igitur gratiam assequitur. ¶Re. Aug⁹ dicit in libro de casu diaboli q̄ ista est causa quare de⁹ non concedit diabolo gratiaz. quia ipe non voluit accipe nec paratus fuit. ꝫ remota causa necesse est remoueri effectū ergo si aliquis velit accipere gratiam necesse ē q̄ ei detur ¶Re. bonum ē cōmunicatiuū sui. vt p̄ Dionysiū in. iiij ca. de di. no. sed bonum gratie ē melius q̄ bonum nature cum igitur forma naturalis ex necessitate aduenat materie disposite. videtur q̄ multo magis gratia ex necessitate deberetur p̄paranti se ad gratiam. ¶Sed ꝓtra est q̄ hō cōparatur ad deum. sicut lutū ad figulum. ſm illud ¶Iere. xviij. Sicut lutum in manu figuli sic vos in manu mea. sed lutum non ex necessitate accipit formaz a figulo q̄tūcunq̄ sit p̄paratum. ergo neq̄ homo recipit ex necessitate gratiā a deo q̄tūcunq̄ se p̄paret ¶Rn. dom̄ q̄ sicut supra dictum ē. p̄paratio hominis ad gratiam ē a deo sicut a mouente. a libero autē arbitrio sicut a moto. ¶Potest igit̄ p̄paratio dupliciter cōsiderari. ¶Uno quidez modo ſm q̄ est a libero arbitrio. ⁊ ſm hoc nullā necessitatez habet ad gratie ꝓsecutionem. quia donum gratie excedit omnem p̄parationem virtutis humane. ¶Alio modo p̄t cōsiderari ſm q̄ est a deo mouente. ⁊ tūc habet necessitatem ad id ad qđ ordinatur a deo. non quidem coactionis. sed infallibilitatis. quia intentio dei deficere non potest. ſm q̄ Aug⁹ dicit in libro de p̄destinatione sanctorū. q̄ per beneficia dei certissime liberātur quicunq̄ liberātur. vnde si ex intentione dei moueris est q̄ homo cuius cor mouet gratiam cōsequatur infallibiliter ipaz cōsequitur. ſm illud Job. vj. Omnis qui audit a patre et didicit venit ad me. ¶Ad j. ergo dom̄ q̄ glo. illa loquitur de illo qui cōfugit ad deum p̄ actum meritorium liberi arbitrij iam p̄ gratiam informati. quem si nō reciperet esset ꝓtra iusticiam quā ipe statuit. ¶Uel si referatur ad motum liberi arbitrij añ gratiam loquitur ſm q̄ ipm confugiū hominis ad deuz est p motionem diuinam. quā iustum est nō deficere. ¶Ad ij. dom̄ q̄ defectus gratie prima causa ē ex nobis. ꝫ collationis gratie prima causa ē a deo. ſm illud Osee. xiij. Perditio tua israel tantūmodo in me auxilium tuum. ¶Ad iij. dom̄ q̄ etiam in rebus naturalibus dispositio materie nō ex necessitate cōsequitur formam nisi p̄ virtutem agentis qui dispositionē causat.

Ad quartum sic procedit

¶Uidetur q̄ gratia non sit maior in vno q̄tū in alio. Gratia enim causatur in nobis ex dilectione diuina. vt dictum est. sed Sap̄. vj. dicitur. ¶Pusillum ⁊ magnum ipe fecit. ⁊ equaliter est illi cura de omnibus. ergo oēs equaliter gratiam ab eo ꝓsequūtur. ¶Re. ea que in sūmo dicūtur non recipiunt magis ⁊ minus. sed gratia in sūmo dicitur. quia coniungitur vltimo fini. ergo non recipit magis ⁊ min⁹. non est ergo maior in vno q̄tū in alio ¶Re. gratia ē vita anime. vt supra dictum est. sed viuere nō dicitur ſm magis ⁊ minus. ergo etiaz neq̄ gratia. ¶Sed cōtra est qđ dicatur ad Ephe. iiij. ¶Unicui q̄ data est gratia ſm mensuram donationis christi. qđ autem mensurate datur. non omnibus equaliter datur. ergo non omnes equalē gratiā habent. ¶Rñ. dom̄ q̄ sicut supra dictum est. habitus duplicem magnitudinem habere p̄t. ¶Una ex parte finis vel obiecti ſm q̄ dicit̄ vna virtus alia nobilior inq̄tum ad maius bonum ordinatur. ¶Aliam vero ex parte subiecti qđ magis vel minus p̄ticipat habitum inherentem. Secđm igitur primaz magnitudinem gratia gratum faciens non p̄t esse maior ⁊ minor. quia gratia ſm sui rationem cōiungit hominē sūmo bono qđ ē deus sed ex parte subiecti gratia potest suscipere magis vel minus. ꝓut scz vnus p̄fectius illustratur a lumine gratie q̄z alius. ¶Cuius diuersitatis ratio quidem est aliqua ex parte p̄parantis se ad gratiam. qui enī magis se ad gratiā p̄parat plenioꝛem gratiā accipit. sed ex hac parte nō potest accipi prima ratio huius diuersitatis. quia p̄paratio ad gratiā non ē hominis nisi inq̄tum libez arbitriū eius p̄paratur a deo. vnde prima causa huius diuersitatis accipiēda ē ex p̄te ipius dei qui diuersimode sue gratie dona dispēsat ad hoc q̄ ex diuersis gradibus pulchritudo et p̄fectio ecclesie cōsurgat. sicut etiam diuersos gradus rerū instituit vt eēt vniuersum p̄fectum. vnde Apl̄s ad Ephe. iiij. postq̄ dixerat. ¶Unicui q̄ data est gratia ſm mensurā donationis x̄pi. enumeratis diuersis gratijs subiūgit. ad cōsūmationem sanctoꝝ in edificationem corpis x̄pi. ¶Ad j. ergo dom̄ q̄ cura diuina dupliciter cōsiderari p̄t. ¶Uno modo q̄tum ad ipm diuinū actum qui ē simplex ⁊ vniformis. ⁊ ſm hoc equaliter se habet eius cura ad omnes. quia scz vno actu simplici ⁊ maiora ⁊ minora dispensat. ¶Alio modo p̄t cōsiderari ex p̄te eoꝝ que in creaturis ex diuina cura prouenunt. ⁊ ſm hoc inuenitur inequalitas inq̄tum. s. deus sua cura quibusdam maiora quibusdā minora prouidet dona. ¶Ad ij. dom̄ q̄ ratio illa procedit ſm primū modum magnitudinis gratie. non enī potest gratia ſm hoc maior esse q̄ ad maius bonum ordinet. sed ex eo q̄ magis vel minus ordinat ad idē bonum magis vel minus p̄ticipandum. ¶Potest enim esse diuersitas intēsionis ⁊ remissionis ſm p̄ticipationem subiecti. ⁊ in ipsa gratia ⁊ in finali gloria. ¶Ad iij. dom̄ q̄ vita naturalis p̄tinet ad substantiam hominis. ⁊ ideo non recipit magis ⁊ minus. ꝫ vitā gratie p̄ticipat homo accidēaliter. ⁊ ideo eaz p̄t homo magis vel minus habere.

Ad quintum sic procedit.

¶Uidetur q̄ homo possit scire se habere gratiam. Gratia enī est in anima p̄ sui essentiam. sed certissima cognitio anime est eoꝝ que sunt in anima p̄ sui essentiam. vt patet p̄ Augus. xij. sup̄ Gen̄. ad litteram. ergo gratia certissime potest cognosci ab eo qui gratiam habet. ¶Re. sicut scientia est donum dei ita ⁊ gratia. sed qui a deo scientiā accipit scit se scientiam habere. ſm illud Sap̄. vij. Dominus dedit mihi hoꝝ que sunt veram scientiam. ergo pari rōne qui accipit gratiā a deo scit se gratiā habere ¶Re. lumen ē magis cognoscibile q̄tū tenebra. qz ſm Apl̄m ad Ephe. v. Omne qđ manifestatur lumē est. sed peccatum qđ est spūalis tenebra p̄ certitudinem potest sciri ab eo q̄ habet peccatum. ergo multo magis gratia que est spūale lumen. ¶Re. Apl̄s dicit. j. ad Coꝝ. ij. Nos autē nō spiritum huius mundi accepimus. sed spiritum qui a deo ē vt sciamus ea que a deo donata sunt nobis. sed gratia est primum donum dei. ergo homo qui accipit gratiaz p̄ spiritū sanctum. p̄ eundem spiritū scit gratiam esse sibi datā ¶Re. Gen̄. xxij. ex p̄sona dñi dicitur ad Abraā. Nunc cognoui q̄ timeas dñm. i. cognoscere te feci. loquitur autem ibi de timore casto qui non ē sine gratia. ergo homo potest cognoscere se habere gratiam. ¶Sed cōtra est qđ dicit̄ Eccs. ix. q̄ nemo scit vtrum sit dign⁹ odio vel amore. sed gratia gratum faciens facit hominem dignum dei amore. ergo null⁹ potest scire vtrum habeat gratiaz gratuz

faciẽtẽ. ℟ñ. dcm q tripliciter aliquid cognosci potest. Uno mõ p reuelationẽ. & hoc mõ põt aliquis scire se habere gratiã. Reuelat enĩ de⁹ hoc aliqñ aliquib⁹ ex speciali priuilegio. vt securitatis gaudiũ etiã in hac vita ĩ eis incipiat & pfidẽtius & fortius magnifica opa psequãt & mala pñtis vite sustineãt sicut Paulo dictũ ẽ. ij. ad Cor. xij Sufficit tibi gra mea. Alio modo bõ cognoscit aliq̃d per sei pm & hoc certitudinaliter. & sic nullus põt se scire hẽ gr̃az. Certitudo enĩ nõ põt haberi de aliquo nisi possit diiudicari p̃ p̃rium principiũ. sic enĩ certitudo habet de cõclusionib⁹ demõstrationis p̃ indemõstrabilia vniuersalia principia. Null⁹ aũt posset scire se habere sciẽtiã alicuius pclusionis si principiũ ignoraret. principiũ aũt gr̃e & obiectum ei⁹ ẽ ipe deus. qui ꝓpter sui excellẽtiã ẽ nobis ignotus. ſm illud Job. xxvi. Ecce de⁹ magn⁹ vincẽs sciẽtiaz nostrã. & ideo ei⁹ pñtia ĩ nobis vel absentia p̃ certitudinem cognosci nõ põt. ſm illud Job. ix. Si venerit ad me nõ videbo eũ. si a⁹ aũt abierit non intelligã. & ideo bõ nõ p̃t p certitudinẽ diiudicare vtr̃ ipe habeat gr̃am. ſm illud ꝯ ad Cor. iiij. Sz neq; meipm iudico. qui aũt iudicat me dñs ẽ. Tertio mõ cognoscit aliq̃d directiue p aliqua signa. & hoc mõ aliquis cognoscere põt se habere gr̃am. inq̃tũ sẽ pcipit se delectari ĩ deo & ꝓtẽnere res mũdanas. & inq̃tũ bõ nõ ẽ ꝓscius sibi alicui⁹ peccati mortalis. Sc̃dz quẽ modu⁹ põt itelligi qd̃ habet Apc̃. ij. Uincẽti dabo mãna absc̃ditũ qd̃ nemo nouit nisi qui accipit. q̃z sz ille qui accipit gr̃az p̃ quãdã expientiam dulcedinis nouit quã nõ exp̃t ille qui nõ accepit ista tñ cognitio imperfecta est. vñ Apl's dicit. j. ad Cor. iiij. Nihil mihi ꝓscius sum. sed ĩ hoc iustificat⁹ sum. q̃z vt dr̃ in ps. Delicta quis intelligit. ab occultis &c. ℣d. j. ergo dcm q̃ illa q̃ sunt p̃ essentiã sui ĩ aĩa cognoscunt exp̃imẽtali expientia. inq̃tũ bõ experit̃ p̃ actus p̃incipia intrinseca. sicut volũtatẽ primus volendo & vitã in opibus vite. ℣d. ij. dcm q̃ de ratiõe scientie ẽ q̃ bõ certitudinẽ habeat de his quoz̃ habet scientiã. Et siliter de rõne fidei ẽ q̃ bõ sit certus de bis quoz̃ habet fidẽ. & ideo. q̃z certitudo ptinet ad pfectionem ĩtellectus in q̃ pdicta dona existũt. & ideo quicũq; habet sciẽtiã vel fidẽ cert⁹ ẽ se habere. Nõ est aũt silis ratio de gr̃a & charitate & alijs hmõi q̃ pficiũt videlz apperitiuã. ℣d. iij. dcm q̃ peccatũ habet p̃ principio & p̃ obiecto bonũ cõmutabile qd̃ nobis ẽ notũ. Obiectũ aũt vel finis gratie ẽ nobis ignotũ. ꝓpter sui luminis ĩmensitatẽ ſm illud. j. ad Tim. vlt. Lucem habitat inaccessibilem. ℣d. iij. dcm q̃ Apl's ibi loquit̃ de bonis gl̃ie q̃ sũt nobis data in spe. q̃ certissime cognoscim⁹ p̃ fidem. sz nõ cognoscam⁹ p̃ certitudinẽ nos habere gratiã p̃ quã nos possimus ea p̃mereri. Uel põt dici q̃ loquit̃ de noticia priuilegiata q̃ ẽ p̃ reuelationem. vñ subdit. Nobis aũt reuelauit deus p̃ spiritũ sanctũ. ℣d. v. dcm q̃ illud verbum Abrae dictũ põt referri ad noticiã exp̃imẽtalẽ q̃ ẽ p̃ exhibitionẽ opis. In ope enĩ illo qd̃ fecerat Abraã cognoscere potuit experimentaliter se dei timorẽ habere. vel potest hoc etiã ad reuelationẽ referri.

Questio CXIII

De cõsiderandũ.

Dẽ de effectib⁹ gratie. Et primo de iustificatiõe impij q̃ est effectus gratie op̃antis. scd̃o d̃ merito q̃ est effectus gr̃e coop̃antis. Circa primu⁹ q̃runt̃. x. primo quid sit iustificatio impij. scd̃o vtr̃ ad eam requiratur gratie infusio. tertio vtr̃ ad eam requirat̃ aliquis motus liberi arbitrij. quarto vtr̃ ad iustificationẽ impij req̃ratur motus fidei. quinto vtr̃ ad eam requirat̃ motus liberi arbitrij p̃ra peccatũ. sexto vtr̃ p̃missis sit cõmemoranda remissio peccatoz̃. septimo vtr̃ ĩ iustificatiõe impij sit ordo tpis aut sit subito. octauo de naturali ordine eoz̃ q̃ ad iustificationẽ p̃currũt. nono vtr̃ iustificatio ip̃ij sit maximũ opus dei. decimo vtr̃ iustificatio ip̃ij sit miraculosa.

Ad primum sic procedit.

Uidet̃ q̃ iustificatio impij nõ sit remissio peccatoz̃. Peccatũ enĩ nõ solũ iusticie opponit̃. sed oĩbus virtutibus. vt ex supra dictis p̃z. sz iustificatio significat motũ quẽdaz ad iusticiã. non ergo oĩs peccati remissio. cũ oĩs motus sit de p̃trario in p̃trariũ. ℣dre. vnũquodq; debet denominari ab eo qd̃ ẽ potissimũ in ipo. vt dr̃ in. ij. de aĩa. sz remissio peccatoz̃ p̃cipue fit p̃ fidẽ. ſm illud Act. xv. Fide purificans corda eoz̃. & p̃ charitatẽ. ſm illud Prouer. x. Uniuersa delicta operit charitas. magis q̃ remissio peccatorũ debuit denominari a fide vel a charitate q̃z a iusticia. ℣dre. remissio peccatoz̃ idẽ esse videt̃ quod vocatio. vocat̃ enĩ qui distat. distat aũt aliquis a deo per peccatũ. sz vocatio iustificationẽ p̃cedit. ſm illud Roma. viij. Quos vocauit hos & iustificauit. ergo iustificatio nõ ẽ remissio peccatoz̃. ℣Sed ꝓtra ẽ q̃ Roma. viij. sup illud. Quos vocauit hos & iustificauit. dicit glo. remissione peccatorũ. ergo remissio peccatoz̃ ẽ iustificatio. ℣ñ. dcm q̃ iustificatio passiue accepta importat motũ ad iusticiã. sicut & calefactio motũ ad calorẽ. Cũ aut̃ iusticia de sui rõne importet quãdã rectitudinẽ ordinis dupliciter accipi p̃t. Uno modo ſm q̃ importat ordinẽ rectũ in ipo actu hois. & ſm hoc iusticia ponit̃ virt⁹ q̃dã. siue sit p̃icularis iusticia q̃ ordinat actũ hois ſm rectitudinẽ ĩ cõpatione ad aliũ singularẽ hoiez. siue sit iusticia legalis q̃ ordinat ſm rectitudinem actũ hois ĩ cõpatione ad bonũ dicte multitudinis. vt patz in. v. ethi. Alio modo dr̃ iusticia put importat rectitudinẽ quãdã ordinis ĩ ipa interiori dispositiõe hois. put sz supremum hois subdit̃ deo. & inferiores vires aĩe subdunt̃ supreme. s. rõni. & hãc etiam dispositionẽ vocat phũs in. v. ethi. iusticiã metaphorice dictã. Hec aut̃ iusticia in hoie p̃t fieri dupliciter. Uno quidẽ modo p̃ motũ simplicis generatiõis. q̃ est ex priuatiõe ad formam. & hoc mõ iustificatio posset cõpetere etiã ei qui nõ eẽt ĩ peccato dũ hmõi iusticiã a deo acciper. sicut Adã dr̃ accedisse originalẽ iusticiã. Alio mõ põt fieri hmõi iusticia in hoie ſm rõnez mot⁹ qui ẽ de p̃trario ĩ p̃trariũ. & ſm hoc iustificatio importat trãsmutationẽ quãdã d̃ statu iniusticie ad statũ iusticie p̃dicte. & hoc modo loquimur hic de iustificatione impij. ſm illud Apl'i ad Roma. iiij. Ei qui nõ operat̃. credẽti aũt in eũ qui iustificat impiũ &c. Et q̃z mot⁹ denominat̃ magis a termino ad quẽ q̃z a termino a q̃. et ideo hmõi trãsmutatio q̃ aliquis trãsmutat̃ a statu iniusticie p̃ remissionẽ peccati. sortit̃ nomẽ a termino ad quẽ. & vocat̃ iustificatio impij. ℣d. j q̃ dcm q̃ oẽ peccatum ſm q̃ importat quãdã inordinationẽ mẽtis non subdite deo iniusticia põt dici p̃dicte iusticie cõtraria. ſm illud. j. Job. iij. Qui facit peccatũ & iniquitatẽ facit. & peccatũ est iniquitas. & ſm hoc remotio cuiuslibet peccati d̃r iustificatio. ℣d. ij. dcm q̃ fides & charitas dicũt ordinẽ specialẽ mẽtis hũane ad deũ ſm intellectũ vel affectum. sz iusticia importat generaliter totã rectitudinẽ ordinis. & ideo magis denominat̃ trãsmutatio a iusticia q̃z a charitate vel fide. ℣d. iij. dcm q̃ vocatio refert̃ ad auxilium dei interius mouẽtis & excitantis mẽtem ad deferendum

ꝓcatū.que quidem motio dei non est ipsa remotio ꝓcca ti.sed causa eius.

Ad secūdū sic ꝓceditur.

Videt ꝙ ad remissionē culpe que ē iustificatio impij nō requirat gratie infusio. Potest enī aliquis remoueri ab vno ↄtrario sine hoc ꝙ ꝓducat ad alterꝫ si ↄtraria sint me diata.ſz stat⁹ culpe ⁊ status gre sunt ↄria mediata. est enī medius status īnocētie in q̄ hō nec grām hz nec culpaz. ergo pōt alicui remitti culpa sine hoc ꝙ ꝓducat ad graz. Ꝓre.remissio culpe ꝓsistit in reputatiōe diuina.ſm illud ps. Beatus vir cui nō imputauit dns ꝓccatuz.ſz infusio gre ponit etiā aliquid ī nobis.vt supra habitū ē .ergo infusio gre nō requirit ad remissionē culpe. Ꝓre.nullus subiacet simul duobꝰ ↄtrarijs.ſz q̄dā ꝓccata sunt contraria.sicut ꝓdigalitas ⁊ illiberalitas.ergo qui subiacitur ꝓccato ꝓdigalitatꝫ nō simul subiacet ꝓccato illiberalitatis. Potest tñ ↄtingere ꝙ ꝓius ei subiaciat. ergo ꝓccando vitio ꝓdigalitatis liberat a ꝓccato illiberalitatis.et sic remittit aliqd ꝓccatū sine gra. Sz ↄtra est qd dr Roma.iij. Justificati gratis ꝑ graz ipius. Rn.dom ꝙ homo ꝓccādo deū offendit.sicut ex supra dictis ptz. Offensa aūt nō remittit alicui nisi ꝑ hoc ꝙ animus offensi pacatur offendenti.⁊ ideo ꝑm hoc ꝓccatuz nobis remittꝰ dr ꝙ deus nobis pacat.q̄ quidem pax ꝓsistit in dilectione qua deus diligit nos. Dilectio aūt dei q̄tū ē ex pte actus diuini ē eterna ⁊ īmutabilis.ſz q̄tum est ad effectū quē nobis imprimit q̄cꝫ interrūpit.put scz ab ipo q̄cꝫ deficimus ⁊ q̄cꝫ iterꝫ recuperamus.Effect⁹ aūt diuine dilectionis ī nobis qui ꝑ ꝓccatuz tollit est gra qua hō fit dign⁹ vita eterna.a qua ꝓccatū mortale excludit. ⁊ ideo nō posset intelligi remissio culpe si nō adesset infusio gre. Ad j.ergo dom ꝙ plus requirit ad hoc ꝙ offendenti remittatur offensa q̄cꝫ ad hoc ꝙ simpliciter aliquis nō offendens nō habeat odio.Potest enī apud hoies cōtingere ꝙ vn⁹ hō aliquē aliū nec diligat nec odiat . ſz si eum offendat ꝙ ei dimittat offensaz.hoc nō pōt ↄtingere absq̄ speciali benuolētia.Benuolētia aūt dei ad hoiez repari dicit ꝑ donum gre. ⁊ ideo ꝛz homo anteq̄ ꝓccet potuerit esse sine gratia ⁊ sine culpa.tñ post ꝓccatuz nō pōt esse sine culpa nisi gratiaz habeat. Ad .ij.dom ꝙ sicut dilectio dei non solū cōsistit ī actu volūtatis diuine.ſz etiā importat quēdam gre effectū.vt supra dictū ē.ita etiā ⁊ hoc qd est deū nō imputare ꝓccatū homini importat quēdā effectum ī ipso cui ꝓccatū nō imputat.q̄ enī alicui nō imputet ꝓccatū a deo ex diuina dilectiōe ꝓcedit. Ad .ij.dom ꝙ sicut Aug⁹ dicit in libro de nuptijs ⁊ ↄcupiscētia. Si a peccato desistere hoc esset nō habere ꝓccatū sufficeret. vt hoc moneret scriptura.Fili peccasti.non adijcias iteruz. hoc aūt non sufficit ſz addit.Et de pristinis depcare vt tibi remittant.transit enī ꝓccatū actu.⁊ remanet reatu.vt supra dictū est.⁊ ideo cū aliquis a ꝓccato vni⁹ vitij trāsit ī peccatū ↄtrarij vitij.desinit quidē habere actū ꝑteriti . ſz non desinit habere reatū.vnde simul habet reatū vtriusq̄ peccati.non enī ꝓccata sunt sibi cōtraria ex pte auersionis a deo ex qua pte peccatum reatum habet.

Ad tertium sic ꝓceditur

Videt ꝙ ad iustificationē impij nō requirat mot⁹ liberi arbitrij.Videmus enī ꝙ ꝑ sacramentum bapnsmi iustificatur pueri absq̄ motu liberi arbitrij . ⁊ etiā interdum adulti.Dicit enī Aug⁹ in .iiij.ꝓsal. ꝙ cū quidā su⁹ amic⁹ laboraret febribus iacuit diu sine sensu in sudore letali. et dū desperaret baptizatus est nesciēs ⁊ renatus est.qd fit ꝑ gratiā iustificantē.ſz deus potentiā suā nō alligauit sacramētis.ergo etiā pōt iustificare hoiem sine sacramētis absq̄ omni motu liberi arbitrij. Ꝓre.in dormiēdo homo non habet vsum rōnis sine q̄ non pōt esse motus liberi arbitrij.sed Salomon in dormiēdo ꝓsecut⁹ ē a deo donum sapientie.vt habetur .iij.Reg.ij. ⁊.iij.Paral.j.ergo etiā pari rōne donū gratie iustificantis q̄cꝫ dat homini a deo absq̄ motu liberi arbitrij. Ꝓre.ꝑ eandē causam gra ꝓducit in esse ⁊ cōseruat. Dicit enī Aug⁹. viij.super Gen.ad litterā ꝙ ita se debet homo ad deū conuertere vt ab illo semꝑ fiat iustus.ſz absq̄ motu liberi arbitrij gra in hoie ꝓseruat.ergo absq̄ motu liberi arbitrij potest a principio infundi. Sz ↄtra ē qd dr Job.vj.Dis qui audit a patre ⁊ didicit venit ad me. ſz discere non est sine motu liberi arbitrij.addiscens enī ꝓsentit docēti.ergo nullus venit ad deum ꝑ gratiā iustificantē absq̄ motu liberi arbitrij. Rn.dom. ꝙ iustificatio impij fit deo mouente hoiez ad iustitiā.ipe enī qui iustificat impium.vt dicit Roma.iij.Deꝰ autē mouet oia ſm modū vniuscuiusq̄ sicut in naturalibꝰ videmus ꝙ aliter mouet ab ipso grauia ⁊ aliter leuia ꝓpter diuersam naturā vtriusq̄ .vnde ⁊ hoiem ad iustitiā mouet ſz ꝓditionē nature būane.homo aūt ſm ꝓriā naturā habet ꝙ sit liberi arbitrij. ⁊ ideo in eo q̄ habet vsum liberi arbitrij non fit motio a deo ad iustitiā absq̄ motu liberi arbitrij .ſz ita infundit donum gre iustificantis ꝙ etiā simul cuz hoc mouet liberū arbitriū ad donū gratie acceptādum in his qui sunt hui⁹ motionis capaces. Ad .j.ergo dom ꝙ pueri nō sunt capaces motus liberi arbitrij.⁊ ideo mouet a deo ad iustitiaz ꝑ solā informationē aīe ipsoꝝ.hoc autē non fit sine sacramento.q̄ sicut ꝓccatū originale a q̄ iustificant non ꝓpria volūtate ad eos ꝓuenit.ſz ꝑ carnalē originē.ita etiā ꝑ spiritualē regenerationē a xp̄o in eos gra derivat. Et eadem ratio ē de furiosis ⁊ amentibꝰ qui nunq̄ vsum liberi arbitrij habuerunt.sed si quis aliq̄n habuit vsum liberi arbitrij ⁊ postmodū eo careat vel ꝑ infirmitatē vel ꝑ somnū nō ꝓsequit gratiā iustificantē ꝑ baptismū exterꝰ adhibitum aut ꝑ aliqd aliud sacramentuz . nisi prius habuerit sacramentū ī ꝓposito.qd sine vsu liberi arbitrij non ↄtingit . et hoc modo ille de q̄ loquit Aug⁹ renatus fuit. q⁹ ⁊ pri⁹ ⁊ postea baptismū acceptauit. Ad .ij. dom ꝙ etiā Salomon dormiendo nō meruit sapientiā nec accepit. ſz in somno declaratuz est ei ꝙ ꝓpter ꝓcedens desiderium ei a deo sapientia infunderet. vñ ex eius persona dr Sap. vij Optaui ⁊ datus ē mihi sensus.Vel pōt dici ꝙ ille somnus non fuit naturalis.ſz somnus ꝓphetie.ſm ꝙ dr Numeri.xij . Si qs fuerit ī ter vos ꝓpheta dñi ꝑ somnū aut in visione loquar ad eū.In q̄ casu aliquis vsum liberi arbitrij habet.Et tñ sciendū ē ꝙ nō est eadē ratio de dono sapiētie ⁊ de dono gratie iustificātis.nam donū gratie iustificātis ꝓcipue ordinat hoiem ad bonū.qd est obiectuz volūtatis.⁊ ideo ad ipm mouet homo ꝑ motum voluntatis.qui ē motus liberi arbitrij.sed sapiētia ꝓficit intellectū qui ꝓcedit voluntatē.vnde absq̄ cōpleto motu liberi arbitrij pōt intellectus dono sapientie illuminari.sicut etiā videm⁹ in dormiendo aliqua hoibꝰ reuelantur.sicut dr Job.xxxiij.Quādo irruit sopor sup hoies ⁊ dormiūt in lectulo.tūc aperit aures virorꝫ ⁊ erudiēs eos instruit disciplina. Ad .iij.dom ꝙ ī infusione gre iustificātis est quedā trāsmutatio aie būane.et ideo requirit⁹ mot⁹ ꝓpri⁹

anime bñane vt ala moueaf ſm modū ſuū. ſz cōſeruatio gre ē abſq; trāſmutatiōe.vñ non requirf aliquis motus ex pte alie.ſed ſola ꝓtinuatio influxus diuini.

Ad quartum ſic ꝓceditur

Videf ꝙ ad iuſtificationē impij nō requiraf mot⁹ fidei. Sicut enī p fidē iuſtificaf hō.ita etiā ꝛ p q̄dā alia.ſ.p timorē.de quo dr Eccī.j. Timor dñi expellit peccatū nā q̄ ſine timore ē nō poterit iuſtificari.ꝛ itez p charitatē ſm illud Luc.vij. Dimiſſa ſūt ei peccata multa qm dilexit multum.ꝛ itez p hūilitatē. ſm illud Jac.iiij. Deus ſuperbis reſiſtit.humilib⁹ aūt dat gram.ꝛ iterū p miſericordiaz .ſm illud Prouer.xv. Per miſericordiā ꝛ fidē purgāf pecca ta. Nō ergo magis mot⁹ fidei requirif ad iuſtificationem impij q̄z mot⁹ p̄dictaz virtutū. Pre.act⁹ fidei non requirif ad iuſtificationē niſi inq̄tū p fidem hō cognoſcit deū.ſz etiā alijs modis pōt hō deū cognoſcere.ſ.p cognitionē naturalē ex p donū ſapiētie. q̄ nō requirif act⁹ fidei ad iuſtificationē impij. Pre.diuerſi ſunt articuli fidei ſi igif act⁹ fidei requiraf ad iuſtificationē impij .videf ꝙ opteret hoiez q̄n primo iuſtificaf d oīb⁹ articulis fidei cogitare.ſz hoc videf icōueniēs cū talis cogitatio lōgā tpis moraā requirat. q̄ videf ꝙ act⁹ fidei nō requiraf ad iuſtificationē impij. Sz cōtra ē qđ dr Roma.v. Juſtificati igif ex fide pacē habeam⁹ ad deū. Rñ.dōm ꝙ ſic dictū ē.mot⁹ liberi arbitrij requirif ad iuſtificationē impij ſm ꝙ mēs hoīs mouef a deo. De⁹ aūt mouet aiaz hoīs conuertēdo eā ad ſeipm. vt dr in ps ſm aliā lram. Deus tu conuertēs viuificabis nos.ꝛ ideo ad iuſtificationē impij requirif mot⁹ mētis q̄ conuertif in deū. Prima aūt conuerſio ī deū. fit p fidē. ſm illud ad Heb.xi. Accedētē ad deū oportet credere q; ē.ꝛ ideo mot⁹ fidei requiritur ad iuſtificationē impij. Ad.j.q dōm ꝙ mot⁹ fidei nō ē p fectus niſi ſit charitate informat⁹.vñ ſimul ī iuſtificatiōe impij cum motu fidei ē etiā mot⁹ charitatis.mouef aūtē liber arbitrij in deū ad hoc ꝙ ei ſe ſubijciat.vñ etiā occurrit actus timoris filialis ꝛ actus hūilitatis. Cōtingit enī vnū ꝛ eundem actū liberi arbitrij diuerſaz virtutum eſſe ſm ꝙ vna impar ꝛ alia impaf.put.ſ.act⁹ ē ordinabilis ad diuerſos fines. Actus aūt miſericordie opaf circa peccatū p modū ſatiſfactiōis.ꝛ ſic ſequif iuſtificationē.vel p modū ꝓparationis inq̄tū miſericordes miſericordiā ꝓſequūtur. ꝛ ſic etiā pōt p̄cedere iuſtificationē. vel etiā ad iuſtificationez occurrere ſimul cū p̄dictis virtutib⁹ ſm ꝙ miſericordia īcludif in dilectiōe primi. Ad.ij.dōm ꝙ p cognitionē naturalē hō nō querif ī deū q̄tū ē obiectū beatitudinis ꝛ iuſtificatiōis cauſa.vñ tl⁹ cognitio nō ſufficit ad iuſtificationē.donū aūt ſapiētie p̄ſupponit cognitionez fidei. vt ex ſup dictis ptz. Ad.iij. dōm ꝙ ſicut Apl⁹ dic ad Roma.iij. Credēti ī eū q̄ iuſtificat impiū reputabitur fides eius ad iuſticiā ſm ꝓpoſitū gre dei. Ex q̄ ptz ꝙ ī iuſtificatione ipij requirif act⁹ fidei q̄tum ad hoc ꝙ homo credat deū eſſe iuſtificatorē hoiez p myſterium xpi.

Ad quintum ſic ꝓceditur.

Videf ꝙ ad iuſtificationez impij nō requiraf mot⁹ liberi arbitrij in peccatū. Sola enī charitas ſufficit ad delectationem peccati.ſm illud Prouer.x. Vniuerſa delicta operit charitas.ſz charitatis obiectū nō ē peccatuz.ergo non requirif ad iuſtificationē impij mot⁹ liberi arbitrij in peccatum. Pre.qui ī anteriora rēdit ad poſteriora reſpicere non debet.ſm illud Apli ad Phil.iij. Que quidē retro ſunt obliuiſcēs.ad ea vero q̄ ſunt priora extendens meip̄m ad deſtinatū p̄ſequor bravium ſupne vocatiōis.ſz rēdenti ī iuſticiā retrorſum ſunt peccata preterita.q̄ eoz debet obliuiſci.nec in ea ſe debet extendere per motum liberi arbitrij. Pre.in iuſtificatione impij nō remittif vnū peccatum ſine alio.impiū enī eſt a deo diuidiā ſperare veniā.ſi igitur in iuſtificatione impij oporteret liberū arbitriū moueri p̄tra peccatū.oporteret ꝙ de omnib⁹ peccatis ſuis cogitaret.qđ videf inconueniens.tum q; requireref magnū tēpus ad hmōi cogitationē.tū etiā q; peccatoz quoꝝ ē homo oblitus veniā habere nō poſſet .q̄ mot⁹ liberi arbitrij in peccatū nō requirif ad iuſtificationem impij. Sed p̄tra ē qđ dr in p̄s. Dixi cōfitebor aduerſum me iniuſticiam meā dño.ꝛ tu remiſiſti impietatē peccati mei. Rñ. dōm ꝙ ſicut ſupra dictū.iuſtificatio impij ē quidā mot⁹ quo humana mens mouef a deo a ſtatu peccati in ſtatum iuſticie.oportet igif ꝙ hūana mēs ſe habeat ad vtrūq; extremoz ſm motuz liberi arbitrij.ſicut ſe habet corpus localiter motū ab aliq̄ mouēte ab duos termīos mot⁹.manifeſtū ē aūt in motu locali corporū ꝙ corpus motū recedit a termino a q̄ ꝛ accedit ad terminū ad quē.vñ oportet ꝙ mens hūana vñ iuſtificaf p motū liberi arbitrij recedat a peccato ꝛ accedat ad iuſticiā.receſſus aūt ꝛ acceſſus ī motu liberi arbitrij accipif ſm deteſtationē ꝛ deſideriū. Dicit enī Aug⁹ ſup Job. exponens illud. Mercēnarius aūt fugit.affectiōes nre motus aiaz ſunt letitia animi diffuſio.triſticia animi fuga ē.p gredieris animo cum appetis.fugis aīo cū metuis. Oportet igif ꝙ in iuſtificatione impij ſit motus liberi arbitrij duplex. Vnus q̄ p deſiderium tēdat ī dei iuſticiā.ꝛ alius q̄ deteſtef peccatū. Ad j.q dōm ꝙ ad eandē virtutē pertinet ꝓſequi vnū oppoſitorū ꝛ refugere illud.ꝛ ideo ſic ad charitatē ptinet diligere deū.ita etiā deteſtari peccata p q̄ aīa ſepaf a deo. Ad.ij. dō.ꝙ ad poſteriora nō debet hō regredi p amorē.ſz q̄tuz ad hoc debet ea obliuiſci vt ad ea nō afficiaf.debet tñ eoꝝ recordari p conſiderationē vt ea deteſtef. ſic enī ab eis recedit. Ad.iij.dōm ꝙ in tpe p̄cedēte iuſtificationē oportet ꝙ hō ſingula peccata q̄ cōmiſit deteſtef q̄z memoriam habet.ꝛ ex tali conſideratione p̄cedēti ſubſequif in aīa quidam motus deteſtātis vniuerſaliter oīa peccata cōmiſſa. īter q̄ etiā includūf peccata obliuioni tradita.q; hō ī ſtatu illo ē ſic diſpoſit⁹.vt etiā de his q̄ nō meminit ꝓtereref ſi memorie adeſſent.ꝛ iſte mot⁹ occurrit ad iuſtificationez.

Ad ſextuz ſic ꝓceditur

Videf ꝙ remiſſio peccatoz nō debeat numerari inter ea q̄ requirunf ad iuſtificationē impij. Subſtātia enī rei non ꝓnumeraf bis q̄ ad rem requirunf.ſicut hō nō debet ꝓnumerari aīe ꝛ corpi.ſz ipa iuſtificatio impij ē remiſſio peccatoz vt dictū eſt.ergo remiſſio peccatoz nō debet cōputari īter ea q̄ ad iuſtificationē impij requirunf. Pre.idē ē gratie infuſio ꝛ culpe remiſſio.ſicut idē ē illuminatio et tenebraz expulſio. ſz idem nō debet cōnumerari ſibipſi. vnū enī multitudini opponif.ergo nō debet culpe remiſſio cōnumerari infuſioni gre. Pre.remiſſio peccatorū conſequitur ad motū liberi arbitrij in deū ꝛ in peccatū ſicut effectus ad cauſam, p fidē enī ꝛ cōtritionē remittūf peccata, ſz effectus nō debet cōnumerari ſue cauſe. q; ea que cōnumerant quaſi ad inuicē cōdiuiſa ſunt ſimul natura. ergo remiſſio culpe nō debet cōnumerari alijs q̄ requirūt ad iuſtificationē impij. Sz p̄tra ē ꝙ in enumeratiōe eoz que requiruñ ad rem non debet ꝓtermitti finis qui

est potissimū in vnoquoq; sz remissio pcōz ē finis in iu/
stificatiōe impij. Dicit enī Esa. xxvij. Iste ē oīs fructus
aut auferat peccatū ei⁹. ergo remissio pcōz debet enume
rari īter ea q̄ requirūt ad iustificationē ipij. Rñ. dōm
q̄ tuor enumerāt q̄ requirūt ad iustificationē impij. s.
grē infusio. motus liberi arbitrij in deū p fidez. z motus
liberi arbitrij in peccatū. z remissio culpe. Cuius ratio est
q̄r sicut dictū ē. iustificatio ē quidā motus. q̄ aīa mouet a
deo a statu culpe in statuz iustitie. in quolibet aūt motu q̄
aliquid ab altero mouet tria requirunt. Primo quidem
motio ipius mouentis. scdo motus mobilis. z tertio con/
sūmatio motus siue puentio ad finē. Ex pte igit motio/
nis diuine accipit grē infusio. ex parte vero liberi arbitrij
moti accipiūtur duo motus ipius fm recessum a termio
a q̄ z accessum ad terminū ad quē. Cōsūmatio aūt siue p
uentio ad terminū but⁹ motus imporat p remissionem
culpe. in hoc enī iustificatio cōsūmat. Ad j. g̃ dōm q̄ iu
stificatio impij dr ee ipa remissio peccatoz fm q̄ oīs mo
tus accipit specie a termino. z tñ ad terminū cōsequendū
multa alia requirūt. vt ex supra dictis pz. Ad. ij. dōm
q̄ grē infusio z remissio culpe dupliciter considerari pos/
sunt. Uno modo fm ipam substātiā actus. et sic idē sunt.
eodem enī actu deus z largit grāz z remittit culpā. Alio
modo possunt cōsiderari ex pte obiectoz. z sic differūt fm
differentiaz culpe. que tollit z gratie que infundit. sicut
etiā in rebus naturalib⁹ generatio z corruptio differunt.
q̄rum generatio vni⁹ sit corruptio alteri⁹. Ad. iij. dōm
q̄ ista nō ē cōnumeratio fm diuisionē generis in species.
in q̄ oporter q̄ cōnumerata sint simul. sz fm differētiam
eoz q̄ requirunt ad cōpletionē alicui⁹. in q̄ quidē enume
ratione aliquid potest ee prius z aliquid posterius. quia
principiorum et ptiū rei composite potest e ee aliquid alio
prius.

Ad septimuz sic procedit

Videt q̄ iustificatio impij nō fiat i instāti. sz successiue.
q̄r vt dictū ē. ad iustificationem impij requirit motus li/
beri arbitrij. Actus enī liberi arbitrij ē eligere. qui p̄exigit
deliberationē cōsilij vt dictū ē. Cū igit deliberatio discur
sum quēdā importet qui successionē quādā habet. videt
q̄ iustificatio impij sit successiua. Ppe. motus liberi ar
bitrij nō est absq; actuali cōsideratiōe. sz impossibile est si/
mul multa itelligere i actu. vt i primo dictū ē. cuz igit ad
iustificationē impij requirat motus liberi arbitrij in di/
uersa scz in deū z in peccatū. videt q̄ iustificatio ipij nō
possit ee i instāti. Ppe. forma q̄ suscipit magis et min⁹
successiue recipit in subiecto. sicut pz de albedine z nigre/
dine. sz gratia suscipit magis z minus. vt supra dictū est. g̃
nō recipit subito in subiecto. cū igit ad iustificationē im
pij requirat grē infusio. videt q̄ iustificatio impij nō pos
sit ee in instāti. Ppe. mot⁹ liberi arbitrij qui ad iustifi
cationē impij occurrit ē meritoriū. ita z oportet q̄ p̄cedat a
grā. sine q̄ nullū ē meritū. vt infra dicet. sz pr⁹ ē aliquid
cōsequi formā q̄z fm formaz operari. g̃ prius infundit grā
z postea liberū arbitriū mouet in deū z in detestationem
peccati. nō g̃ iustificatio ē tota simul. Ppe. si grā infun
datur aīe oportet dare aliqd instās in q̄ primo aīa insit. si
militer si culpa remittit oportet vltimū instans dare in q̄
bō culpe subicaet. sz non pōt ee idē instans. q̄r sit opposi/
ta simul inessent eidē. g̃ oportet ee duo instātia sibi succe/
dētia. inter q̄ fm phūz in. vj. phisicoz. oportet cē tps me
diū. nō g̃ iustificatio fit tota simul sz successiue. Sz ē

ē q̄ iustificatio impij fit p grāz spūs sancti iustificātis. sed
spūs sancti⁹ subito aduenit mētibus hoīuz. fm illud Act.
ij. Factus ē repēte de celo sonus tanq̄ aduenientis spūs
vehemētis. vbi dicit glosa q̄ nescit tarda molimina spūs
sancti grā. ergo iustificatio impij nō ē successiua. sz instā/
tanea. Rñ. dōm q̄ tota iustificatio impij originaliter
cōsistit i grē infusione. Per eā enī z liberū arbitrium mo
uetur z culpa remittitur. grē aūt infusio fit i instāti absq;
successione. Cuius ratio ē. q̄r q̄ aliqua forma non subito
inprimat subiecto. cōtingit ex hoc q̄ subiectū nō ē dispo
tum. z agens indiget tpe ad hoc q̄ subiectū disponat. et
ideo videmus q̄ statim cū materia ē disposita p alteratio/
nem p̄cedentē forma substātialis acquiritur materie. z
eadem rōne. q̄r diaphanū est fm se dispositum ad lumē
recipiendum. subito illuminatur a corpe lucido in actu.
Dictum ē autem supra q̄ deus ad hoc q̄ gratiaz infun/
dat aīe. non requirit aliquā dispositionē nisi quā ipe facit
Facit autem hmōi dispositionē sufficiētem ad susceptio/
nem gratie. q̄ñq; quidē subito. quadoq; aūt paulatim et
successiue. vt supra dictū ē. q̄ enī agēs naturale nō subi/
to possit disponere materiā cōtingit ex hoc q̄ est aliq̄ p̄por/
tio eius qd i materia resistit ad virtutē agētis. z p̄pter hoc
videm⁹ q̄ quāto virtus agētis fuerit fortior tāto materia
citius disponit. Cum igit virtus diuina sit infinita. p̄t
q̄z tamcūq; materiā creatam subito disponere ad formaz
te multo magis liberum arbitrium hominis cuius mot⁹
pōt esse instātaneus fm naturā. sic igitur iustificatio im/
pij fit a deo in instāti. Ad. j. ergo dōm q̄ motus liberi
arbitrij qui cōcurrit ad iustificationem impij ē cōsensus
ad detestandū peccatū z ad accedendum ad deū. qui qui/
dem consensus subito fit. Contingit autē q̄ñq; q̄ p̄cedit
aliqua deliberatio q̄ nō est de substātia iustificatiōis. sed
via in iustificationē. sicut motus localis est via ad illumi
nationē z alteratio ad generationez. Ad. ij. dōm q̄ si/
cut in primo dictum ē. nihil p̄hibet duo simul itelligere
actu fm q̄ sunt quodāmodo vnū. sicut simul itelligim⁹
subiectū z p̄dicatū inq̄ntū vniūtur i ordine affirmationis
vni⁹. z p eūdē modū liberū arbitriū pōt i duo simul mo/
ueri fm q̄ vnū ordinat i aliud. motus aūt liberi arbitrij
in peccatū ordinat ad motū liberi arbitrij in deum. p̄pter
hoc enī bō detestat peccatū q̄r ē p̄tra deū cui vult adherere
z ideo liberū arbitriū i iustificatiōe impij simul detestat
peccatū z p̄uertit se ad deū. sicut etiā corp⁹ simul receden
do ab vno loco accedit ad aliū. Ad. iij. dōm q̄ non ē ra
tio q̄re forma subito i materia nō recipiatur. q̄r magis z
min⁹ p̄t ineesse. sic enī lumē non subito recipet in aere qui
p̄t magis z min⁹ illuminari. sed ratio ē accipiēda ex parte
dispolitionis materie vel subiecti. vt dictū est. Ad. iiij.
dōm q̄ i eodē instāti in q̄ forma acq̄rit incipit res operari
fm formā sicut ignis statim cū ē generat⁹ mouet sursum
z si mot⁹ eius esset instantaneus in eodē instāti comple/
retur. motus autem liberi arbitrij qui est velle nō ē succes
siuus. sed instantaneus. z ideo non oportet q̄ iustificatio
impij sit successiua. Ad. v. dōm q̄ successio duoruz op
positorum in eodem subiecto aliter est considerāda in
his que subiacent tempori z aliter in his q̄ sunt sup̄ tp̄s.
In his enī que subiacēt tēpori nō ē dare vltimū instās i
quo forma p̄ior subiecto ineat. ē aut dare vltimū tp̄s z
p̄imū instās i q̄ forma subsequēs ineat materie vl subie/
cto. Cui⁹ ratio ē. q̄r in tempore nō pōt accipi ante vnum
instans aliud instans p̄cedēs imediate eo q̄ instantia
non consequēter se habeant in tempore. sicut nec puncta

in linea. vt pbat in. vj. phisicoꝝ. sz tps terminatur ad instās. z ideo in toto tpe pcedēti q aliquid mouet ad vnaz formā subest forme opposite. z i vltimo instanti illius tēporis qđ ē primū instans sequētis tpis. bz formā que est termin⁹ motus. Sz in his q̄ sunt supra tps aliter se habet. si qua enī successio sit ibi affectuū vel intellectualium pceptionū. puta in angelis. talis successio nō mēsuratur tpe ꝓtinuo. sz tpe discreto. sicut z ipa q̄ mēsurant nō sunt ꝓtinua vt in primo habitū est. vñ in talib⁹ ē dandū. vltimum instās in q̄ primū fuit. z primuz instās in quo ē id qđ sequit. nec oportet esse tps mediū. qz non ē ibi ꝓtinuitas tēporis q̄ hoc requirebat. mēs aūt būana q̄ iustificat ꝑm se quidē e sup tps. sz p accidēs subdit tēpori incōpleꝝ sz intelligit cū cōtinuo z tpe ꝑm fantasmata ī quibus species itelligibiles ꝓsiderat. vt in primo dictū ē. z ideo iudicandū ē ꝑm hoc de eius mutatiōe ꝑm cōditionē motuū tēporaliū. vt sz dicam⁹ q̄ nō ē dare vltimū instans ī quo culpa infuit. sz vltimū tps. ē aūt dare primū instans ī q̄ gra inest. in toto aūt tpe pcedēti inerat culpa.

Ad octauum sic procedit

Videt q̄ gre infusio nō sit prima ordine nature inter ea q̄ requirunt ad iustificationē impij. Prius enī ē recedere a malo cōpleꝝ accedere ad bonum. ꝑm illud ps. Declina a malo z fac bonū. sz remissio culpe pertinet ad recessuz a malo. infusio aūt gre pertinet ad psecutionē boni. ergo naturaliter prius ē remissio culpe cōpleꝝ infusio gre. Pre. dispositio pcedit naturaliter formā ad quaz disponit. sz motus liberi arbitrij ē quedā dispositio ad susceptionē gre. ergo naturaliter pcedit infusionē gre. Pre. peccatū impedit aīam ne libere tēdat in deū. sed prius est remouere id qđ pbibet motuz cōpleꝝ motus sequat. ergo prius ē naturaliter remissio culpe z motus liberi arbitrij in peccatū cōpleꝝ motus liberi arbitrij ī deū z cōpleꝝ infusio gre. Sz contra. causa est prior naturaliter suo effectu. sz gre infusio causa est oīuz aliox q̄ requirunt ad iustificationē impij. vt supra dictū est. ergo ē naturaliter prior. Rñ. dom q̄ pdicta q̄tuor que requirūt ad iustificationē impij tpe quidē sunt simul. qz iustificatio impij non ē successiua. vt dictū ē. sed ordine nature vnū eox est prius altero. z ī ter ea naturali ordine primū est gre infusio. scōm motus liberi arbitrij ī deū. tertiū ē motus liberi arbitrij in peccatū. quartū vero ē remissio culpe. Cuius ratio ē. qz in q̄libet motu naturaliter primū ē moto ipius mouētis. scōm aūt est dispositio materie siue motus ipi⁹ mobilis. vltimuz vero ē finis vel termin⁹ motus ad quē terminat motio mouētis. sic sagit dei mouētis motio ē gre infusio. vt dictū est supra. motus aūt vel dispositio mobilis ē quidē duplex motus liberi arbitrij. termin us autē vel finis motus ē remissio culpe vt ex supra dictis ptz. z ideo naturali ordine primuz ī iustificatione impij ē gratie infusio. scōm ē motus liberi arbitrij in deū. tertiū vero ē motus liberi arbitrij ī peccatuz Propter hoc enī ille qui iustificat detestat peccatū. sqz est ꝓtra deū. vñ motus liberi arbitrij ī deuz pcedit naturaliter motū liberi arbitrij in peccatū cū sit causa z ratio eius quartū vero z vltimū ē remissio culpe ad quam tota ista trāsmutatio ordinat sicut ad finē. vt dictū est. Ad. j. ergo dom q̄ recessus a termino z accessus ad terminum dupliciter ꝓsiderari pōt. Uno mō ex pte mobilis. z sic naturaliter recessus a termino pcedit accessum ad terminum. prius enī est ī subiecto mobili oppositū qđ abijcit. z post modū ē id qđ p motū assequit mobile. Sed ex pte agentis ē ecōuerso. agens enī p formā que ī eo pexistit agit ad remouēdū ꝓtrariū. sicut sol p suam lucē agit ad remouēdū tenebras. z ideo ex pte solis prius est illuminare q̄ tenebras remouere. ex pte aūt aeris illuminādi prius est purgari a tenebris q̄ cōsequi lumē ordine nature. sz vtrūq̄ sit simul tempore. Et quia infusio gre z remissio culpe dicunt ex pte dei iustificātis. ideo ordine nature prior est gre infusio q̄ culpe remissio. Sz si sumant ea q̄ sunt ex pte hois iustificati est ecōuerso. nā prius ē ordine nature liberatio a culpa q̄ cōsecutio gratie iustificātis. Vel potest dici q̄ termini iustificatiōis sunt culpa sicut a quo et iustitia sicut ad quē. gratia vero ē causa z remissionis culpe z adeptionis iustitie. Ad. ij. dom q̄ dispositio subiecti pcedit susceptionē forme ordine nature. sequit aūt actionem agētis p quā etiā ipm subiectū disponitur. z ideo motus liberi arbitrij nature ordine pcedit cōsecutionem gre. sequit aūt gratie infusionem. Ad. iij. dom q̄ sicut phūs dicit in. vj. phisicoꝝ. in motibus animi oīno pcedit mot⁹ in principiū speculationis vel in finē actionis. sz in exterioribus motibus remotio impedimēti pcedit assecutionem finis. z qz motus liberi arbitrij ē motus animi prius nature ordine mouet in deum sicut in finem q̄ ad remouendū impedimentum peccati.

Ad nonuz sic proceditur

Videtur q̄ iustificatio impij nō sit maximum opus dei. Per iustificationē enī impij psequit aliquis gram vie. sz p glorificationē psequit aliquis graz patrie q̄ maior ē ergo glorificatio angelox vel hoīuz est maius opus q̄ iustificatio impij. Pre. iustificatio impij ordinat ad bonum pticulare vnius hois. sz bonū vniuersi est maius q̄ bonū vnius hois. vt ptz in primo ethi. ergo maius opus ē creatio celi z terre q̄ iustificatio impij. Pre. maius ē ex nibilo aliq̄d facere z vbi nibil coopatur agenti q̄ ex aliq̄ facere aliq̄d cū aliq̄ cooperatiōe patiētis. sz in ope creationis ex nibilo fit aliq̄d. vñ nibil pōt coopari agēti. sed ī iustificatiōe impij de ex aliq̄ aliq̄d facit. i. ex impio iustū z ē ibi aliq̄ cooperatio ex pte hois. qz ē ibi mot⁹ liberi arbitrij vt dictū ē. g̃ iustificatio impij nō ē maximū opus dei Sz contra ē qđ ī ps dr. Miserationes eius super oīa opa eius. z ī collecta dr. Deus q̄ omnipotētiā tuā parcendo maxīe z miserādo manifestas. z Aug⁹ dicit exponēs illud Joh. xiij. Maiora hoīb facies. qđ maius opus est vt ex impio iust⁹ fiat q̄ creare celū z terraz. Rñ. dom q̄ op⁹ aliq̄d pōt dici magnū dupliciter. Uno mō ex pte modi agēdi. z sic maximū opus ē creationis in q̄ ex nibilo fit aliq̄d. Alio mō pōt dici op⁹ magnū, ꝓpter magnitudinē eius qđ fit. z ꝑm hoc maius opus ē iustificatio impij q̄ terminat ad bonū eternū diuine pticipatiōis q̄ creatio celi z terre q̄ terminat ad bonū nature mutabilis. z ideo Aug⁹ cū dixisset q̄ magis ē q̄ ex impio fiat iustus q̄ creare celū z terrā. subiūgit. Celū enī z terra trāsibūt. predestinatox aūt salus et iustificatio pmanebit. Sed sciendū ē q̄ aliq̄d magnum dr dupliciter. Uno mō ꝑm quātitatē absolutā. et hoc mō bonū glie ē maius q̄ bonū gre iustificātis impiū. et ꝑm hoc glorificatio iustox ē maius opus q̄ iustificatio impij. Alio mō dr aliq̄d magnum q̄ntitate ꝓportionis. sicut dr mons paruus z milium magnū. z hoc mō bonū gre impium iustificātis ē maius q̄ bonū glie beatificātis iustū. qz plus excedit bonū gre dignitatē impij qui erat dign⁹ pena. q̄ bonum glie dignitatem iusti. qui ex hoc ipo q̄ est iustificatus. est dignus glia. z ideo Aug⁹ dicit ibidem

Judicet qui pōt vtrū maius sit iustos angelos creare q̄ impios iustificare. certe si eq̄lis ē vtrūq; potētie, hoc maioris ē misericordie. Et p hoc ptz rūsio ad primū. Ad ij. dōm q̄ bonū vniuersi ē maius q̄ bonū ptriculare vnius si accipiat vtrūq; in eodē genere. sz bonū grē vni⁹ maius ē q̄ bonū nature toti⁹ vniuersi. Ad. iij. dōm q̄ ratio illa ꝓcedit ex pte modi agendi. sm quē creatio ē maximum opus dei.

Ad decimū sic ꝓceditur.

Videt q̄ iustificatio sit opus miraculosum. Opa enī miraculosa sunt maiora nō miraculosis. sz iustificatio impij ē maius op⁹ q̄ alia opa miraculosa. vt ptz p Augus. i auctoritate inducta. ergo iustificatio impij ē opus miraculosum. Pre. mot⁹ voluntatis ita est i aīa sicut inclinatio naturalis i reb⁹ naturalib⁹. sz q̄n de⁹ aliquid opat in rebus naturalib⁹ ꝓtra inclinationē nate ē op⁹ miraculosum sicut cū illumīat cecū. vel suscitat mortuū. Voluntas aūt impij tendit i malū. cū igit deus iustificādo hoīez moueat eū in bonum. videt q̄ iustificatio impij sit miraculosa. Pre. sicut sapiētia ē donū dei. ita et iusticia. sz miraculosum est q̄ aliquis subito sine studio sapientiā assequat a deo. ergo miraculosum ē q̄ aliquis impi⁹ iustificetur a deo. Sz ꝓtra. opa miraculosa sunt sup potētiā naturalem. sz iustificatio impij nō est sup potentiā naturalem. Dicit enī Aug⁹ in libro de ꝑdestinatione sanctorū q̄ posse habere fidē sicut posse habere charitatē nature ē hoīuz. habere aūt grē ē fideliū. ergo iustificatio impij nō ē miraculosa. Rn. dōm q̄ in opib⁹ miraculosis tria ꝙsueverunt inueniri. quorū vnū est ex pte potentie agētis. q̄ sola diuina virtute fieri possunt. et ideo sunt simpliciter mira quasi habētia causam occultā. vt in primo dictū ē. et sm hoc tā iustificatio impij q̄ creatio mundi et vniuersaliter omne opus q̄ a solo deo fieri pōt miraculosum dici pōt. Sc̄do i quibusdā miraculosis opib⁹ inuenit q̄ forma inducta ē supra naturalē potētiā talis materie. sicut i suscitatione mortui vita ē supra naturalē potētiā talis corpis et q̄tum ad hoc iustificatio impij nō est miraculosa. quia naturaliter aīa ē grē capax. eo enī ipso q̄ facta ē ad imaginem dei capax est dei p gratiā. vt Aug⁹ dicit. Tertio modo in opib⁹ miraculosis inuenitur aliquid ꝓter solitum et cōsuetū ordinē causandi effectū. sicut cuz aliquis infirm⁹ sanitatē ꝑfectā assequit subito ꝓter solitū cursū sanatiōis que fit a natura vel arte. et q̄tuz ad hoc iustificatio impij q̄n q̄ ē miraculosa et q̄n q̄ non. Est enī iste cōmunis et cōsuetus cursus iustificatiōis vt deo mouēte interius aīam homo ꝙuertat ad deū primo quidē cōuersione imꝑfecta et postmodū ad ꝑfectā deueniat. q̄ charitas inchoata ꝙmeretur augeri vt aucta mereatur ꝑfici. sicut Aug⁹ dic. Q̄nq; vero tam vehemēter deus aīaz mouet vt statim quādam ꝑfectionē iusticie assequat. sicut fuit in cōuersione Pauli. adhibita etiā exterius miraculosa ꝓstratiōe. et ideo conuersio Pauli tanq̄ miraculosa i ecclia cōmemorat celebriter. Ad. j. ergo dōm q̄ q̄dā miraculosa opa et si sint minora q̄ iustificatio impij q̄tū ad bonū q̄d fit. sunt tñ ꝓter cōsuetū ordinē taliū effectuū. et ideo plus habent de ratione miraculi. Ad. ij. dōm q̄ nō quādocūq; res naturalis movet cōtra suā inclinationē ē opus miraculosum. alioquin miraculosum eēt q̄ aqua calefieret vel q̄ lapis sursum ꝓiceret. sz q̄nq; hoc fit ꝓter ordinez ꝓprie cause q̄ nata est facere hoc. Justificare autem impium nulla alia causa pōt nisi deus, sicut nec aquā calefacere nisi ignis. et ideo iustificatio impij a deo q̄tū ad hoc nō ē miraculosa.

Ad iij. dōm q̄ sapientiā et scientiā homo natus est acquirere a deo p ꝓpriuz ingeniū et studium. et ideo q̄n ꝓter hūc modū hō sapiēs vel sciēs efficitur ē miraculosuz. sed grāz iustificātē nō est hō natus acq̄rere p suā operationē sz deo operante. vnde non ē simile.

Deinde cōsiderandū.

est de merito q̄d est effectus grē coopantis. Et circa hoc quer̄t dece. primo vtrum hō possit aliq̄d mereri a deo. sc̄do vtrū aliquis sine grā possit mereri vitā eternā. tertio vtrū p gram possit mereri vitā eternam ex cōdigno. quarto vtrū grā sit principiū merēdi mediante charitate principaliter. quinto vtrū homo possit sibi mereri primā gratiaz. sexto vtrū homo possit eā mereri alij. septimo vtrum possit sibi aliquis mereri repationez post lapsum. octauo vtrū possit sibi aliq̄s mereri augmentū grē vel charitatis. nono vtrū possit sibi mereri finalez ꝑseverantiā. decimo vtrū bona tpalia cadant sub merito.

Ad primum sic procedit.

Videt q̄ hō nō possit aliquid mereri a deo. Null⁹ enī videt mercedē mereri ex hoc q̄ reddit alteri q̄d debet. sed p oīa bona q̄ facimus nō possumus sufficiēter recompēsare deo q̄d debem⁹ q̄n semp amplius debeam⁹. vt etiā phūs dicit i. viij. ethi. vñ et Luc. xvij. dr. Cū oīa q̄ ꝓcepta sunt feceritis dicite. serui inutiles sumus q̄d debuimus facere fecimus. g hō nō pōt aliquid mereri a deo. Pre. ex eo q̄ aliq̄s sibi ꝓficit nihil videt mereri apud eū cui nihil ꝓficit. sz hō bene opando sibi ꝓficit vel alteri hoī. nō autez deo. Dicit enī Job. xxv. Si iuste egeris q̄d donabis ei aut q̄d de manu tua accipiet? g hō non pōt aliquid a deo mereri. Pre. quicūq; apud aliquē aliquid meret cōstituit eū sibi debitorē. debitū enī est vt aliquis mercēdē rependat sz deus nulli ē debitor. vnde dr Roma. xi. Quis ꝓior dedit ei et retribuet ei. g nullus a deo pōt aliquid mereri. Sz cōtra ē q̄d dr Piere. xxxi. Est merces opi tuo. sed merces dr q̄d ꝓ merito redditur. ergo videt q̄ hō possit a deo mereri. Rn. dōm q̄ meritum et merces ad idē referunt. Ad enī merces dicit q̄d alicui recōpensat ꝓ retributiōe opis vel laboris q̄si quoddā ꝑcium ipsius. vñ sicut reddere iustum ꝑciū ꝓ re accepta ab aliquo ē actus iusticie. ita etiā recōpensare mercedez opis vel laboris est actus iusticie. iusticia aūt e q̄litas quedā est. vt ptz p phūm in. v. ethi. et ideo simpliciter ē iusticia inter eos q̄z ē simpliciter equalitas. eorū vero quorū nō ē simpliciter eq̄litas nō ē simpliciter iusticia. sz quidā iusticie modus pōt esse sicut dr quoddaz ius paternū siue dñatiuū. vt in eodē libro phūs dicit. et ꝓpter hoc i his i quib⁹ ē simpliciter iustū. ē et simpliciter ratio meriti et mercedis in quib⁹ aūt ē sm quid iustū et nō simpliciter. i his etiā nō simpliciter ē ratio meriti. sz sm quid. in q̄tuz saluat ibi iusticie ratio. Sic enī et filius meret aliquid a ꝓpatre et seru⁹ a dño Manifestū ē aūt q̄ inter deū et hoīem ē maxima inequalitas. in infinitū enī distant et totū q̄d ē hoīs bonū ē a deo vnde nō pōt hoīs ad deū esse iusticia sm absolutā equalitatē. sz sm ꝓportionē quandā. in q̄tuz. s. vterq; opat sm modū suū. modus autē et mēsura hūane virtutis hoī est a deo. et ideo meritū hoīs apud deū esse non pōt nisi sm p suppositionē diuine ordinatiōis. ita sc̄z vt id hō ꝙsequat a deo p suā operationem quasi mercedē ad q̄d deus ei virtutem opandi deputauit. sicut etiā res naturales hoc cō

sequūtur ꝑ ꝓpios motus et opationes ad qđ a deo sunt ordinate. differēter tñ. qz creatura rōnalis seipaz mouet ad agendū ꝑ liberū arbitriū. vnde sua actio habet rōnem meriti. qđ non ē in alijs creaturis. Ad. j. ergo dđm ꝙ hō inq̄tum ꝓpria volūtate facit illđ qđ dz mereť. alioq̄n act⁹ iusticie q̄ qs reddit debituz nō esset meritor⁹. Ad ij. dđm ꝙ deus ex bonis nr̄is nō q̄rit utilitatē. sz gl̄iaz. id ē. manifestationē sue bonitatis. qđ etiam ex suis opibus q̄rit. ex hoc aūt ꝙ euz coh̄m⁹ nihil ei accrescit sz nobis. z iō meremur aliquid a deo nō q̄si ex nr̄is opib⁹ aliquid ei accrescat. sed inq̄tum ꝓpter eius gl̄iam opamur. Ad. iij. dđm ꝙ qz actio nostra nō habet rōnez meriti nisi ex ꝓsuppositione diuine ordinationis. nō sequiť ꝙ deus efficiaťr simpliciter debitor nobis. sz sibi ipsi inq̄tum debitū ē vt sua ordinatio impleatur.

Ad secūdū sic proceditur.

Videť ꝙ aliquis sine gr̄a possit mereri vitam eternā. Illud enī bō a deo mereť ad qđ diuinitus ordinaťr. sicut dictum ē. sed hō fm suā naturā ordinaťr ad beatitudinez sicut ad finē. vnde etiā naturaliter appetit esse beatus. ergo homo ꝑ sua naturalia absq̄ gr̄a mereri pōt beatitudinē q̄ est vita eterna. Pre. idē opus q̄to ē minus debitū tāto ē magis meritorīū. sz minus debitū ē bonū qđ fit a b eo qui minorib⁹ bñficijs est ꝓuentus. cuz igiť ille qui habet sol̄ū bona naturalia minora bñficia sit consecut⁹ a deo q̄ ille qui cū naturalib⁹ habet gratuita. videť ꝙ eius opa sint apud deū magis meritoria. z ita si ille qui habet gratiā pōt mereri aliq̄ modo vitā eternā. multo magis ille q̄ nō habet. Pre. misericordia z liberalitas dei in infinitum excedit misericordiā z liberalitatē bñanam. sz vnus hō pōt apud aliū mereri etiā si nunq̄ suā gr̄am añ habuerit. ergo videť ꝙ multo magis hō absq̄ gr̄a vitā eternā possit a deo mereri. Sz ꝙtra ē qđ Apl̄s dicit Roma. vj. Gratia dei vita eterna. Rñ. dđm ꝙ hoīs sine gr̄a duplex status ꝓsiderari pōt. sicut supī dictū est. Un⁹ quidem nature integre. q̄lis fuit in Adā ante peccatū. Alij⁹ aūt nature corrupte. sicut ē ī nobis ante reparationē gr̄e. Si ergo loq̄mur de hoīe q̄ ad primū statū. sic vna rōne nō pt mereri absq̄ gr̄a vitā eternā ꝓpria naturalia. qz sc̄z meritū hoīs dependet ex ꝓordinatione diuina. Actus aūt cuiuscūq̄ rei nō ordinaťr diuinitus ad aliquid excedēs ꝓportionem virtutis q̄ ē principiū actus. hoc enī ē ex institutione diuine ꝓuidentie vt nihil agat vltra suā virtutem. Vita aūt eterna ē quoddā bonū excedēs ꝓportionē nature create. qz etiā excedit cognitionē z desideriū eius. fm illud. j ad Cor. ij. Nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs ascendit. Et inde ē ꝙ nulla natura creata ē sufficiēs principiū actus meritorij vite eterne nisi supaddaťr aliq̄d supnaturale donū qđ gr̄a dicit. Si vero loquamur de homine sub peccato existēte addit cū hoc scđa ratio ꝓpter impedimentū peccati. Cū enī peccatū sit q̄daz dei offensa excludēs a vita eterna. vt patz ꝑ supī dicta. nullus in statu peccati existēs pōt vitā eternā mereri nisi prius deo reconciliet dimisso peccato. qđ fit ꝑ gr̄am. peccatori enī nō debet vita sz mors. fm illud Roma. vj. Stipendia peccati mors. Ad. j. ergo dđm ꝙ deus ordinauit humanaz naturā ad finē vite eterne ꝓsequēdū nō ꝓpria virtute. sed per auxiliū gr̄e. z hoc modo ei⁹ actus pōt esse meritorius vite eterne. Ad. ij. dđm ꝙ hō sine gr̄a nō potest hr̄e equale opus opi qđ ex gr̄a ꝓcedit. qz q̄to est ꝑfectius principiū actiōis tanto est ꝑfectior actio. sequeret aūt ratio suppositā eq̄litate operationis vtrobiq̄. Ad. iij. dđm ꝙ q̄tum ad primā rōnem inductā dissimiliter se habet in deo z in hoīe. nam hō omnē virtutē benefaciēdi hz a deo. nō autē ab hoīe. z ideo a deo non pōt hō aliquid mereri nisi ꝑ donum eius. qđ Apl̄s signāter exprimit dicēs. Quis prior dedit ei z retribuet ill⁹ sz ab hoīe pōt quis mereri antecēs ab eo accepit p id qđ accepit a deo. Sz q̄tum ad scđaz rationē sumptā ex impedimēto peccati. sic ē de hoīe z d deo qz etiā homo ab alio mereri nō pōt quē offendit pri⁹ nisi ei satisfaciens reconciliet⁹.

Ad tertium sic proceditur.

Videť ꝙ hō in gratia ꝓstitut⁹ nō possit mereri vitā eternam ex cōdigno. Dicit enim Apl̄s ad Roma. viij. Non sunt cōdigne passiones huius tp̄is ad futurā gl̄iam q̄ revelabiť in nobis. sz inter alia opera meritoria maxime videnť esse meritorie sanctorū passiones. ergo nulla opa hominū sunt meritoria vite eterne ex cōdigno. Pre. sup illđ Roma. vj. Gratia dei vita eterna. dicit glo. posset vere dicere stipendiū iusticie vita eterna. sed maluit dicere. gr̄a dei vita eterna. vt intelligeremus deū ad eternā vitam ꝑ sua miseratiōe nos ꝓducere. non meritis nostris. sed id qđ ex cōdigno quis mereť nō ex miseratione. sz ex merito accipit. ergo videť ꝙ hō nō possit ꝑ gratiā mereri vitem eternā ex cōdigno. Pre. illud meritū videť eē ꝓdignū qđ equatur mercedi. sz nullus act⁹ pūtis vite pōt equari vite eterne q̄ cognitionē z desideriū nostrū excedit. excedit etiā charitatē vel dilectionē vie sicut z excedit naturā ergo hō non pōt ꝑ gratiā mereri vitā eternā ex cōdigno. Sed ꝙtra. id qđ redditť fm iustū iudiciuz videtur esse merces cōdigna. sz vita eterna redditť a deo fm iudiciuz iusticie. fm illud. ij. ad Timo. iiij. In reliquo reposita ē mihi corona iusticie. quā reddet mihi dñs ī illa die iust⁹ iudex. ergo hō mereť vitā eternā ex cōdigno. Rñ. dđm ꝙ opus meritorium hoīs dupliciter cōsiderari pt. Uno modo fm ꝙ ꝓcedit ex libero arbitrio. Alio modo fm ꝙ ꝓcedit ex gr̄a spūssancti. Si cōsidereť fm substantiaz op⁹ z fm ꝙ ꝓcedit ex libero arbitrio. sic non pōt ibi eē condignitas ꝓpter maximā inequalitatem. sed est ibi cōgruitas ꝓpter quādā equalitatē ꝓportionis. Videť enī cōgruū vt hoī opanti fm suā virtutē deus recōpenset fm excellētiā sue virtutis. Si aūt loquamur de opere meritorio fm ꝙ ꝓcedit ex gratia spūssancti. sic est meritorū vite eterne ex cōdigno. Sic enī valor meriti attendit fm virtutē spūs sancti mouētis nos ī vitā eternā. fm illud Joh. iiij. Fiet ī eo fons aque saliētis in vitā eternā. Alit̄ dit etiā ꝓcium opis fm dignitatē gr̄e ꝑ quā homo cōsors factus diuine nature adoptaťr in filiū dei. cui debeť hereditas ex ipso iure adoptionis. fm illud Roma. viij. Si filij et heredes.

Ad. j. ergo dđm ꝙ Apl̄s loquit de passionib⁹ sanctor⁹ fm eorū substantiā. Ad. ij. dđm ꝙ verbū illius glose intelligendū ē q̄tum ad primā causam ꝓueniēdi ad vitam eternam q̄ ē miseratio dei. meritū aūt nostrū ē causa subsequens. Ad. iij. dđm ꝙ gr̄a spūssancti quaz in plenti habemus z si non sit equalis gl̄ie in actu. ē tñ equalis in virtute. sicut z semē arboris in quo est virtus ad totaz arborē. z sil̄iter ꝑ gr̄am inhabitat hoīem spūssanct⁹ qui est sufficiens causa vite eterne. vñ z dr̄ē pignus hereditatis nostre. ij. ad Cor. j.

Ad quartum sic proceditur

Videť ꝙ gratia non sit principiū meriti principaliu⁹ per

charitatē ꝯ alias virtutes. Merces enī opi debet, ſm illud Matth.xx. Voca operarios et redde illis mercedē ſuā. ſz qlibet virtus ē principiū alicuius opis. Eſt enim virtus habit⁹ opatiu⁹. vt ſupra habitū ē. ergo qlibet virtus ē ē qliter principium merēdi. Pre. Apls dicat. j. ad Cor. ix. Unuſquiſq; ꝓpriā mercedē accipiet ſm ꝓprium laborē. ſz charitas magis diminuit laborē ꝯ augeat. qz ſicut Aug⁹ dicit in libro de verbis dñi. Dia ſeua t īma/ na facilia t ꝓpe nulla facit amor. ergo charitas nō ē principalius principiū merēdi ꝯ alia virtus. Pre. illa virtus videt principalius ee principiū merēdi cuius actus ſunt maxime meritorij. ſz maxime meritorij videtur eſſe actus fidei t patiētie ſiue fortitudinis. ſicut ptz ī martyribus qui ꝓ fide patiēter t fortiter vſq; ad mortē certauerunt. ergo alie virtutes principali⁹ ſunt principiū merendi ꝯ charitas. Sz ꝓtra ē qđ dñs Joh. xiiij. dicit. Si quis diligit me diliget a patre meo. t ego diligā eū t manifeſtabo ei meipſum. ſed in manifeſta dei cognitione cōſiſtit vita eterna. ſm illud Joh. xvij. Hec ē vita eterna vt cognoſcāt te ſolū deū verū t viuū. ergo meritum vite eterne maxie reſidet penes charitatez. Rñ. dōm ꝙ ſicut ex dictis accipi pōt human⁹ actus habet rōnez merendi ex duob⁹. Primo quidē t principaliter ex diuina ordinatione ſm ꝙ actus dr ee meritorius illius boni ad qđ hō diuinitus ordinat. Secdo vero ex pte liberi arbitrij. in ꝯtum ſcz hō habet p ceteris creaturis vt p ſe agat voluntarie agens. t ꝯtum ad vtrunq; principalitas meriti pertinet charitatē conſiſtit. Primo enī cōſiderādū ē ꝙ vita eterna in dei fruitione conſiſtit. motus aūt humane mentis ad fruitionē diuini boni ē ꝓprius actus charitatis. p quem oēs actus aliarū virtutū ordinant in hūc finē ſm ꝙ alie virtutes imperant charitate. t ideo meritum vite eterne primo ptinet ad charitatē. ad alias aūt virtutes secundario ſm ꝙ eor⁹ actus a charitate imperātur. Similiter etiā manifeſtū eſt ꝙ id qđ ex amore facimus maxie voluntarie facimus. vñ etiā ſm ꝙ ad rōnem meriti requirit ꝙ ſit volūtariū principaliter meritū charitati attribuit. Ad j. ergo dōm ꝙ charitas inꝯtum habet vltimū finē p obiecto mouet alias virtutes ad operandū. ſemp enī habitus ad quē ptinet finis impat habitibus ad quos ptinēt ea/que ſunt ad finem. vt ex ſupra dictis ptz. Ad. ij. dōm ꝙ opus aliqđ pōt eſſe laboriosum t difficile dupliciter. Uno modo ex magnitudine opis. t ſic magnitudo laboris ptinet ad augmētū meriti. t ſic charitas nō diminuit laborē. imo facit aggredi opa maxia. magna enī opatur ſi eſt. vt Greg⁹ dicit in quadaz omelia. Alio modo ex defectu ipius opantis. vnicuiq; enī eſt laboriosum t difficile qđ nō ꝓpria volūtate fit. talis labor diminuit meritū t a charitate tollit. Ad. iij. dōm ꝙ fidei actus nō ē meritorius nisi fides p dilectionē operetur. vt dr ad Gal. v. Similiter etiā actus patiētie t ꝛtitudinis non eſt meritorius nisi aliquis ex charitate hoc opetur. ſm illud. j. ad Cor. xiij. Si tradidero corpus meū ita vt ardeā. charitatem aūt nō habuero. nihil mihi ꝓdeſt.

Ad quintum ſic ꝓceditur.

Videt ꝙ homo poſſit ſibi mereri primā grām. Quia vt Aug⁹ dicit. fides meret iuſtificationē. iuſtificat autē homo p primā grām. ergo hō poteſt mereri ſibi primā gratiam. Pre. de⁹ nō dat grām niſi dignis. ſz non dr alicui⁹ dignus aliq̄ dono niſi qui ipm ꝓmeruit ex cōdigno. ꝙ aliquis ex cōdigno pōt mereri primā grām. Pre. apud hoīes aliquis pōt ꝓmereri donū ia acceptum. ſicut qui accepit equū a dño. meret ipm bñ vtendo eo in ſeruitio dñi. ſz deus liberalior ē ꝯ hō. ergo multo magis primaz grām ia ſuſceptam pōt hō ꝓmereri a deo p ſubſequentia opa. Sz contra ē ꝙ ratio grē repugnat mercedi operum ſm illud Rom. iij. Ei qui opat merces nō imputatur ſm grām. ſz ſm debitū. ſed illud meretur hō qđ imputatur ſibi ſm gratiā quaſi merces opis eius. ꝙ primā grām non pōt hō mereri. Rñ. dōm ꝙ donū gratie cōſiderari pōt dupliciter. Uno modo ſm rōnez gratuiti doni. t ſic manifeſtū eſt ꝙ omne meritū repugnat grē. qz vt ad Rom. xi. Apls dicit. Si ex op⁹ iam non ex gra. Alio mō pōt cōſiderari ſm naturā ipius rei q̄ donat. t ſic etiā non pōt cadere ſub merito nō habēris gratiam. tum qz excedit ꝓportionē nature. tum etiam qz ante gratiam in ſtatu peccati bz hō impedimētū ꝓmerēdi grām. ſ. ipm peccatū Poſtꝯ aūt ia aliquis bz gratiaz nō pōt gra ia habita ſub merito cadere. qz merces ē termin⁹ opis. gra vero ē principiū cuiuſlibet boni opis ī nobis. vt ſupra dictū eſt. Si vero aliud donū gratuitū aliquis mereat virtute grē p̄cedentis ia nō erit prima. Cm manifeſtū eſt ꝙ nullus pōt ſibi mereri primā gratiā. Ad. j. ergo dōm ꝙ ſic Aug⁹ dicit in libro retractationū. Ipſe aliqn in hoc fuit deceptus ꝙ credidit initiū fidei cē ex nobis. ſed cōſummationē nobis dari ex deo. qđ ipe ibidē retractat. t ad hūc ſenſum videt ptinere ꝙ fides iuſtificationū mereat. Sz ſi ſupponam⁹ ſic fidei veritas bz ꝙ initiū fidei ſit in nobis a deo. ia etiaz ipe actus fidei ꝙſequitur primā gratiā. t ita nō poteſt cē meritorius prime grē. p fidē igit iuſtificat hō nō ꝙſi hoc credēdo mereat iuſtificationē. ſed qz duz iuſtificat credit eo ꝙ motus fidei requirit ad iuſtificationez impij. vt ſupdictū ē. Ad. ij. dōm ꝙ deus non dat gratiā niſi dignis. non tñ ita ꝙ prius digni fuerit. ſed qz ipe p gratiā eos facit dignos qui ſolus pōt facere mundū de īmundo cōceptum ſemine. Ad. iij. dōm ꝙ omne bonuz opus hoīs ꝓcedit a prima cauſa ſicut a principio. non autē ꝓcedit a quocunq; būano dono. t ideo nō eſt ſimilis ratio de dono gratie t de dono humano.

Ad ſextuz ſic ꝓcedit

Videt ꝙ hō poſſit alteri mereri primā gratiaz. qz Mat. ix. ſup illud. Videns ieſus fidē illoz t c. dicit glo. Quātuz valet apud deū fides ꝓpria apud quē ſic valuit aliena vt int⁹ t extra ſanaret hoīez. ſed interior ſanatio hoīs eſt per primā gratiā. ꝙ homo pōt alteri mereri primā gratiam. Pre. orationes iuſtorū nō ſunt vacue ſz efficaces. ſm illud Jac. vlt. Multū valet deprecatio iuſti aſſidua. ſz ibidem ꝓmittit. Orate p invicē vt ſaluemini. cuz igit ſalus hoīs nō poſſit cē niſi p gratiā. videt ꝙ vnus hō poſſit alteri mereri primā gratiā. Pre. Luc. xvi. dr. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis. vt cū defeceritis recipiāt vos in eterna tabernacula. ſz nullus recipit in eterna tabernacula niſi p gratiā p quā ſolā aliquis meret vitā eternam. vt ſupra dictū eſt. ergo vnus hō pōt alteri acquirere merendo primā gratiā. Sed ꝓtra ē qđ dr Piere. xv. Si ſteterit Moyſes t Samuel coraz me. non eſt ania mea ad ꝓpulū iſtum. qui tñ fuerūt maxumi meriti apud deū. videt ergo ꝙ nullus poſſit alteri mereri primā graz. Rñ. dōm ꝙ ſicut ex ſupra dictis ptz. opus noſtrū habet rōnem meriti ex duob⁹. Primo quidē ex vi motiōis diuine. t ſic meret aliquis ex cōdigno. Alio mō habet rationem meriti ſm ꝙ ꝓcedit ex libero arbitrio inꝯtum

volūtarie aliquid facim⁹. ⁊ ex hac ꝓte ē meritū ꝯgrui; qz cōgruū ē vt dū hō hñ vtiť sua virtute deus ſm ſuperexcellentē virtutē excellētius operet. Ex q̄ ꝓz ꝙ merito cōdigni nullus pōt mereri alteri primā gratiam niſi ſolus xp̄s. qz vnuſquiſq; noſtrū mouet a deo ꝓ donū gr̄e vt ipe ad vitam eternā ꝓueniat. ⁊ ideo meritū cōdigni vltra hāc motionē nō ſe extēdit. Sz aīa xp̄i mota ē a deo ꝓ gratiaz non ſolū vt ipe ꝓueniret ad gl̄iam vite eterne. ſz etiā vt alios ī eam adduceret inq̄tum ē caput eccl̄ie ⁊ actor ſalutis humane. ſm illud Hebre. ij. Qui multos filios ī gl̄iam adduxerat auctorē ſalutis ꝛc̄. Sz merito cōgrui ꝑt aliquis alteri mereri primā gratiā. Quia enī hō in gr̄a ꝓſtitutus implet dei volūtatē. cōgruū eſt ſm amicicie ꝓportionem vt deus impleat hoīs voluntatē in ſaluatione alterius. ſz q̄nq; poſſit h̄re impedimētū ex ꝓte illius cuius aliq̄s ſanctus iuſtificationē deſiderat. Et in hoc caſu loquitur auctoritas Hieremie vltimo inducta. Ald. j. g dōm ꝙ fides alioz valet alij ad ſalutē merito cōgrui. nō merito cōdigni. Ald. ij. dōm ꝙ impetratio orationis īnitiť miſericordie. meritū aūt cōdigni īnitiť iuſticie. et ideo multa orādo impetrat hō ex diuina miſericordia. que tū nō meretur ſm iuſticiā. ſm illud Dañ. ix. Nec̄q enī ī iuſtificationibus nr̄is ꝓſternimus p̄ces ante faciē tuā. ſz in miſerationibus tuis multis Ald. iij. dōm ꝙ pauperes elemoſynas recipientes dicunť recipe alios ī eterna tabernacula vel impetrādo eis veniā orādo. vel merēdo ꝓ alia bona ex cōgruo. vel etiā materialiter loquendo. qz ꝓ ipſa opera miſericordie que quis in pauꝑes exercet meretur recipi in eterna tabernacula.

Ad ſeptimuz ſic procedit

Videť ꝙ aliquis poſſit ſibi ipi mereri repationē poſt lapſum. Illud enī qđ iuſte a deo petitur hō videť poſſe mereri. ſed nihil iuſtius a deo petiť vt Aug⁹ dicit c̄z ꝙ reparetur poſt lapſum. ſm illud p̄s. Cū defecerit virtus mea ne derelinquas me dñe. ergo hō pōt mereri vt reparetur poſt lapſum. Pre. multo magis homini ꝓſunt opera ſua c̄z ꝓſint alij. ſed hō pōt aliquo mō alteri mereri repationē poſt lapſum ſicut ⁊ primā gratiam g̃ multo magis ſibi mereri pōt vt reparet poſt lapſum. Pre. homo qui aliq̄n fuit in gr̄a ꝓ bona opa q̄ fecit meruit ſibi vitaz eternā. vt ex ſupra dictis ꝓz. ſed ad vitā eternā nō poteſt quis ꝓuenire niſi reparet ꝓ gr̄am. ergo videť ꝙ ſibi meruit repationē ꝓ gratiā. Sz ꝙtra ē qđ dr Ezech. xviij. Si auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua ⁊ fecerit iniquitatem oēs iuſticie ei⁹ q̄s fecerat nō recordabūtur. ergo nihil valebūt ei p̄cedentia merita ad hoc ꝙ reſurgat. nō ergo aliquis pōt ſibi mereri repationē poſt lapſū futurū. Rñ. dōm ꝙ nullus pōt ſibi mereri repationem poſt lapſum futurū nec̄q merito cōdigni nec̄q merito cōgrui. Merito quidē ꝯdigni hoc ſibi mereri non pōt. qz ratio huiꝰ meriti dependet ex motione diuine gr̄e. q̄ quidē motio interrūpitur ꝓ ſequēs peccatū. vñ oīa beneficia q̄ poſtmoduz aliqs a deo cōſequiť quibꝰ reparatur nō cadūt ſub merito tā c̄z motione prioris gratie vſq; ad hoc nō ſe extendēte. Meritum etiā cōgrui q̄ quis alteri primā gratiā meretur impeditur ne cōſequať effectū ꝓpter impedimentū peccati ī eo cui quis meretur. multo igiť magis impediť talis meriti efficacia ꝓ impedimentū qđ ē ⁊ in eo qui meretur et ī eo cui meretur. hoc enī vtrūq; in vnā ꝑſonā cōcurrit. ⁊ ideo nullo mō aliquis pōt ſibi mereri repationē poſt lapſum. Ald. j. ergo dōm ꝙ deſideriū quo quis deſiderat repationē poſt lapſum ad gr̄e augmentū. Ad octauum ſic procedit Videť ꝙ hō non poſſit mereri augmētuz gratie vel charitatis. Cuz enī aliquis recepit p̄miū qđ meruit nō debeť ei alia merces. ſicut de quibuſdā dr Mat. vj. Receperūt mercedē ſuā. ſi igitur aliquis mereret augmentū charitatis vel gratie. ſequereť ꝙ gratia augmētata nō poſſet vlterius expectare aliud p̄miū. qđ ē incōueniēs Pre. nihil agit vltra ſuā ſpeciē. ſed principiū meriti ē gratia vl charitas. vt ex ſupra dictis ꝓz. ergo nullus pōt maiorem gratiā vel charitatē mereri c̄z habeat. Pre. id qđ cadit ſub merito mereť hō ꝓ quēlibet actū a gratia vel charitate ꝓcedentē. ſicut ꝓ quēlibet talē actum mereť hō vitaz eternam. ſi igiť augmētū gratie vel charitatis cadat ſub merito. videť ꝙ ꝓ quēlibet actū charitate informatum aliquis mereatur augmētū charitatis. ſz id qđ hō mereť infallibiliter a deo ꝓſequitur niſi impediatur ꝓ peccatū ſequens. Dicit enī. ij. ad Timo. j. Scio cui credidi ⁊ certus ſum. q⁹ potens ē depoſitū meū ſeruare. ſic ergo ſequeretur ꝙ ꝓ quēlibet actum meritoriū gratia vel charitas augereť. qđ videť incōueniēs cū q̄nc̄z actus meritorij nō ſint multū feruentes ita ꝙ ſufficiāt ad charitatis augmētū. nō ergo augmentū charitatis cadit ſub merito. Sed contra eſt qđ Aug⁹ dicit ſup epl̄am Joh. ꝙ charitas mereť augeri vt aucta mereať ⁊ ꝓficere. ergo augmētū charitatis vel gratie cadit ſub merito. Rñ. dōm ꝙ ſicut ſupra dictum ē illud cadit ſub merito cōdigni ad qđ motio gratie ſe extēdit. motio aūt alicuius mouētis nō ſolū ſe extēdit ad vltimū terminū mot⁹. ſz etiā ad totū ꝓgreſſum ī motu. terminus aūt motꝰ gr̄e ē vita eterna. ꝓgreſſus aūt ī hoc motu ē ſm augmētū charitatis vl gratie. ſm illud Prouer. iiij. Juſtoꝝ ſemita q̄ſi lux ſplendēs ꝓcedit. ⁊ creſcit vſq; ad p̄fectā diē qui ē dies gl̄ie. Sic igiť augmentū gratie cadit ſub merito cōdigni. Ald. j. g dōm ꝙ p̄miū eſt terminus meriti. Eſt aūt duplex terminꝰ motus ſz vltimus ⁊ medius qui ē ⁊ principiū ⁊ terminꝰ. ⁊ talis terminus ē merces augmēti. merces aūt fauoris humani ē ſicut vltimus terminus bis qui finē ī hoc ꝓſtituūt. vñ tales nullā aliā mercedē recipiūt. Ald. ij. dōm ꝙ augmētuz gratie nō eſt ſupra virtutem p̄exiſtentis gratie. ſz ſit ſupra quātitatem ipſius. ſicut arboz ⁊ ſi ſit ſupra quantitatem ſeminis. nō ē tamen ſupra virtutē ipſius. Ald iij. dōm ꝙ quolibet actu meritorio mereť hō augmentū gratie ſicut ⁊ gratie ꝓſūmationē que ē vita eterna. ſz ſicut vita eterna non ſtatim redditur ſed ſuo tp̄e. ita nec gratia ſtatim augetur ſed ſuo tp̄e. cū ſcz aliq⁹ ſufficiēter fuerit diſpoſit⁹ ad gr̄e augmentū.

Ad nonum sic ꝓceditur.

Videt ꝙ aliquis possit ꝓseuerãtiaz mereri. Illud enĩ qđ hõ obtinet petẽdo põt cadere sub merito habẽtis gratiaz. sz ꝓseuerãtiam petẽdo hoies a deo obtinẽt. alioquin frustra peteret a deo in petitionib⁹ orationis dñice. vt Aug⁹ exponit in libro de bono ꝓseuerãtie. ergo ꝓseuerãtia põt cadere sub merito habẽtis gram. ℙre. magis est non posse peccare q̃z nõ peccare. sed non posse peccare cadit sub merito. mereť enĩ aliquis vitã eternã. de cui⁹ rõne ẽ impeccabilitas. ergo multo magis põt aliquis mereri vt nõ peccet. qđ ẽ ꝓseuerare. ℙre. maius ẽ augmentũ gratie q̃z ꝓseuerãtia in gra qua quis bz. sed hõ põt mereri augmẽtũ gre. vt supra dictũ ẽ. ergo multo magis põt mereri ꝓseuerantia in gra quã quis habet. ℙsz ꝓtra ẽ ꝙ omne qđ quis mereť a deo cõsequi nisi impediať ꝓ peccatuz. sz multi habẽt opera meritoria qui nõ cõsequũtur ꝓseuerãtiã. nec põt dici ꝙ hoc fuit ꝓpter impedimentuz peccati. qz hoc ꝑm qđ ẽ peccare opponitur ꝓseuerantie. ita ꝙ si aliquis ꝓseuerantiã mereť deus nõ ꝓmuteret aliquẽ cadere i peccatũ. nõ igitur ꝓseuerantia cadit sub merito. ℝñ. dicendũ ꝙ cũ hõ naturaliter habeat liberũ arbitriũ flexibile ad bonũ z ad malũ. dupliciter põt aliquis ꝓseuerantiaz in bono obtinere a deo. Uno quidẽ modo ꝓ hoc ꝙ liberũ arbitriũ determinaťur ad bonũ ꝓ gram ꝓsũmatam. qđ erit i glia. Alio mõ ex ꝑte motiõis diuine q̃ hoiem inclinat ad bonũ vsq̃z ad finem. sicut aũt ex dictis ꝑz illud cadit sub bũano merito qđ cõꝑaťur ad motuz liberi arbitrij directi a deo mouẽte sic̃ termin⁹. nõ aũt id qđ cõparaťur ad ꝓdictuz modus sicut principiũ. Uñ ꝑz ꝙ ꝓseuerantia glie que ẽ terminus ꝓdicti motus cadit sub merito. ꝓseuerãtia autẽ vie nõ cadit sub merito. qz dependet soluz ex motiõe diuina q̃ est principiũ oĩs meriti. sed deus gratis ꝓseuerantie bonũ largiť cuicũq̃z illud largitur. Ad. j. ergo dicendũ ꝙ etiã ea q̃ nõ meremur orãdo impetram⁹. nã z peccatores deus audit petẽtes quã nõ mereňť. vt patz ꝑ Aug⁹. sup illud Job. Scimus qz peccatores de⁹ non exaudit. alioquin frustra dixisset publicanus. Deus ꝓpicius esto mihi peccatori. vt dz Luc. xviij. Et siliter ꝓseuerantie bonũ aliq̃s petẽdo a deo impetrat vel sibi vel alij q̃z uis sub merito nõ cadat. Ad. q. dicendũ ꝙ ꝓseuerãtia q̃ erit i glia cõparaťur ad motũ liberi arbitrij meritoriũ sicut terminus⁹. non aũt ꝓseuerantia vie rõne ꝓdicta. Et siliter dicendũ est ad tertiũ de augmẽto gratie. vt ꝑ ꝓdicta ꝑz.

Ad decimũ sic ꝓceditur.

Videt ꝙ tpalia bona cadãt sub merito. Illud enĩ qđ ꝓmittiť aliquibus vt ꝓmiũ iustitie cadit sub merito. sz tpalia bona ꝓmissa sunt i lege veteri sicut merces iustitie. vt ꝑz Deutero. xxviij. ergo videt ꝙ bona tpalia cadãt sub merito. ℙre. illud videť sub merito cadere qđ deus alicui retribuit ꝓ aliquo seruitio qđ fecit. sz deus aliqñ recõpensat hoibus ꝓ fruitio sibi facto aliq̃ bona tpalia. Dicit enĩ Exo. j. Et qz timuerũt obstetrices deũ edificauit illis domos. vbi glo. Greg. dicit ꝙ benignitatis earũ merces potuit i eterna vita retribui. sz culpa mẽdacij terrenaꝫ recõpensationẽ accepit. z Ezech. xxix. dicit. Rex babylonie seruire fecit exercitũ suũ seruitute magna aduersus tyrum. z merces nõ ẽ reddita ei. z postea subdit. Erit merces exercitui illi⁹ z dedi ei terrã egypti ꝓ eo ꝙ laborauerit mihi. ergo bona tpalia cadũt sub merito. ℙre. sicut bonũ se habet ad meritũ ita malũ se habet ad demeritũ. sz ꝓpter demeritũ peccati aliqui puniunť a deo tpalibus pẽnis. sicut ꝑz de sodomitis Gen. xix. g z bona tpalia cadũt sub merito. ℙsz ꝓtra ẽ ꝙ illa q̃ cadũt sub merito nõ sil'iter se habẽt ad oes. sz bona tpalia z mala sil'iter se habẽt ad bonos z malos. ꝯm illud Eccl. ix. Uniuersa eque eueniũt iusto z impio. bono z malo. mũdo z imundo. imolanti victimas z sacrificia cõtemnenti. ergo bona tpalia nõ cadunt sub merito. ℝñ. dicendũ ꝙ illud qđ sub merito cadit est ꝓmiũ vel merces qđ bz rõnem alicui⁹ boni. Bonũ autẽ hoĩs ẽ duplex vnũ simpliciter. aliud ꝯm quid. bonũ hoĩs simpliciter ẽ vltim⁹ finis ei⁹. ꝯm illud ꝑs. Mihi aũt adhrere deo bonũ ẽ. z ꝓ ꝓsequẽs oĩa illa q̃ ordinant vt ducãtia ad hũc finẽ. z talia simpliciter cadũt sub merito. Bonum aũt ꝯm quid z nõ simpliciter hoĩs ẽ qđ ẽ bonũ ei vt nũc vel qđ ei ẽ ꝯm quid bonũ. z hmõi nõ cadũt sub merito simpliciter. sz ꝯm quid. Sedm hoc g dicendũ ẽ ꝙ si tpalia bona ꝓsiderenť ꝑut sunt vtilia ad opa virtutũ quib⁹ ꝓducimur in vitã eternam. ꝯm hoc directe z simpliciter cadũt sub merito. sicut z augmẽtum gre z oĩa illa quibus hõ adiuuaťur ad ꝓueniẽdũ in beatitudinẽ post primã gratiaz. tantũ enĩ dat de⁹ viris iustis de bonis tpalib⁹ z etiam de malis quãtũ eis expedit ad ꝓueniẽdũ ad vitã eternã. z in tantũ sunt simpliciter bona hmõi tpalia. vñ dz in ꝑs. Timentes aũt dñm nõ minuenť oĩ bono. z alibi. Non vidi iustũ derelictũ. Si autẽ ꝓsiderenť hmõi tpalia bona ꝯm se. sic nõ sunt simpliciter bona hoĩs. sz ꝯm quid. z ita non simpliciter cadũt sub merito. sz ꝯm quid. inq̃ntũ scz hoies mouẽť a deo ad aliq̃ tẽporaliter agẽda in quibus suũ ꝓpositũ ꝓsequũntur deo fauẽte. vt sicut vita eterna est simpliciter ꝓmiũ operũ iustitie ꝓ relationẽ ad motionẽ diuinã sicut supra dictũ ẽ. ita tpalia bona i se cõsiderata habẽt rationez mercedis habito respectu ad motionẽ diuinã q̃ voluntates hoĩuz mouentis ad hec ꝓsequẽda. sz interdũ in bis non habeãt hoies rectã intentionẽ. Ad. j. ergo dicendũ ꝙ sicut Aug⁹ dicit cõtra Faustũ libro. xiij. In illis tpalibus ꝓmissis figure fuerũt futuroꝝ spũalium q̃ ipleťur i nobis. Carnalis enĩ ꝑs ꝓmissis vite pntis inhrebat. z illoꝝ non tm̃ lingua. sz etiã vita ꝓphetica fuit. Ad. q. dicendũ ꝙ ille retributiões dicũť eẽ diuinit⁹ facte ꝯm cõparationẽ ad diuinã motionẽ. nõ aũt ꝯm respectũ ad malitiã voluntatis. ꝓpue q̃z tũ ad regẽ babylonis q̃ nõ impugnauit tyrum q̃si volẽs deo fuire. sz potiꝰ vt sibi dominiũ vsurparet. Siliter etiã obstetrices sz habuerint bonã volũtatẽ q̃z tũ ad liberationẽ pueroꝝ. nõ tm̃ fuit ea ꝑ recta voluntas q̃z tũ ad hoc ꝙ mendaciũ ꝓfinxerunt. Ad. iij. dicendũ ꝙ tpalia mala infligunť in penã impijs inq̃ntũ ꝓ ea nõ adiuuãť ad cõsecutionẽ vite eterne. Iustus aũt qui ꝓ hmõi mala iuuãť nõ sunt pene sz magis medicine. vt supra dictum ẽ. Ad iij. dicendũ ꝙ oĩa q̃ eueniũt bonis z malis q̃z tũ ad ipaz substantiã bonoꝝ vel maloꝝ tẽpaliũ. sz nõ q̃z tũ ad finem. qz hmõi ꝓ huiusmodi manuducũť ad beatitudinẽ. nõ aũt mali. Et hec de moralibus in cõmuni dicta sufficiant.

Explicit prima ꝑs secũde partis sacre theologie doctoris eximij z luminis ecclesie preclarissimi sancti Thome de Aquino ordinis fratrũ ꝓdicatoꝝ: Impressa Basilee. Anno dñi Milesimo quadringẽtesimooctuagesimoquinto die .xx. Augusti.